


8
9 K
46

IN HYMNOS ECCLESIASTICOS FERME OMNES

MICHAELIS TIMOTHEI GATEENSIS I. V. D.

Breuis elucidatio,

Libris quatuor comprehenſa, ac numeris diſtincta.

Opus longè vtiliſsimum, nunc primùm in lucem editum, Duplici Alphabetico Indice ornatum:

Altero principiorum omnium hymnorum: altero verò materiarum omnium in interpretatione comprehenſarum.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS, Apud Franciſcum Zilettum. 1582.

Catalogus Doctorum quorum autem in hac hymnorum expositione vsus est Author.

Abbas Panorm.	1	Eusebius Emisenus.	23
Adam de S. Victore.	2	Enthymius.	24
Albertus Magnus.	3	Fulgentius Episcopus.	25
Albericus de Rosata.	4	Gregorius.	26
Alcuinus Leuita.	5	Gulielmus.	27
Ambrosius.	6	Hieronymus.	28
Angelus Pientinus.	7	Iacobus de Valentia.	29
Augustinus.	8	Ioannes Damascenus.	30
Barptolomæus Placent.	9	Iosephus de bello Iudaico.	31
Basilius Magnus.	10	Isidorus.	32
Bart. a Saxoferrato.	11	Ioannes Episcopus.	33
Beda.	12	Iodocus Clitouæus.	34
Bernardus.	13	Iustinus Martyr.	35
Boetius Seuerinus.	14	Iustinianus Imperator.	36
Catechismus Romanus.	15	Leo Papa.	37
Cyprianus.	16	Maximus Episcopus.	38
Cynus.	17	Nicolaus de Plone.	39
Clemens Papa in suis recog.	18	Raynerius de Pisis.	40
Couarruuias.	19	Rodolfus.	41
Chrysostomus.	20	Seuerianus.	42
Dionysius Carthusia.	21	Theodoretus Episcopus.	43
Henricus.	22	Thomas de Aquino.	44



ILLVSTRISSIMO, AC REVERENDISSIMO D. IOAN. HIERONYMO ALBANO S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI.

Michael Timotheus. S. P. D.

IN sacros hymnos; quibus ego ab ineunte adolescentia sum mirificè delectatus, meditationes aliquot effudi verius, quàm scripsi: idq; ad meam vnius vtilitatem cùm sæpius fecissem, animaduerti paulatim earum numerum eo creuisse, vt iustum volumen implerent: quiduis autem cogitaui potius, quàm quod accidit; videlicet fore, vt eæ dignæ cuiquam viderentur, quæ in publicum prodirent. Sed quando hoc amicis flagitantibus denegare non potui, aut nimium mei, mearumq; ineptiarum amantibus, aut mihi nimium blandientibus: vt meorum scriptorum tenuitatem alicuius principis viri dignitate subleuarem, ad te confugi pater amplissime: tuarum virtutum splendore volui mei nominis obscuritatem illustrari. Neq; verò hoc audaciæ mihi tribui velim. Quem enim potius mearum re-

rum patronum, & quasi tutelare numen eligerem, quàm cui me, meaq; omnia iam pridem dicaui? cuius omnes & publicis, & priuatis in rebus sapientiam admirantur, & vno ore summis laudibus ad cœlum ferunt. Illud potius adaciæ tribuendum esset, si tam breui, ac rudi epistola laudes tuas immensas includere me posse sperarem, quas vel disertissimis cogitando consequi, ne dum æquare dicendo, difficillimum esset. Quare ijs omissis, quæ mea testificatione non egent, & omnium præconijs celebrantur, illud magnopere abs te peto, vt hæc mea studia per te commendari hominibus æquo animo patiaris, tuiq; nominis inscriptione honestari. Vale.

Antonius Mar. Venafranus Lectoribus.



ECCE conuiuium, prudentissimi Lectores, à Michaele paratum; ad quod tria hominum genera inuitantur, pauperes, diuites, ac proceres: in quo pauperibus tanquam infantibus lac præbetur; quibus ordo, sensusq; verborum ostenditur. Diuitibus verò tanquàm adultis cibus paratur; quibus ea, quæ latent, documenta promuntur. Proceribus demum lautas vndequaq; epulas proponit; quibus diuina mysteria, horumq; mystice hymnorum significationes patefiunt. Quanta autem hæc mensa redundet ciborum copia, satis huius operis index indicabit. Veniant itaq; ad cœnam inuitati non inuiti, & læti, alacresque discumbant. Hinc enim edent non modo pauperes, verum etiam diuites, & principes: & saturabuntur, & laudabunt Dominum, qui requirunt eum. Valete, Deumque pro authore orate.





Antonij Hortenſij.





VATVOR hymnorum pretioſa volumina, tanquàm
Quatuor auricomo radiantes flore corollas
Nectimus. E ſomno primum ciet, atq; ſecundum.
Tertia pars ſuperis immiſcet ſedibus: acri
Quartus agit ſtimulo liber, & præclara priorum
Facta patrum recolens, exemplis auget opimis.
His vtinam, pater alme, caput, crinemq; decorum
Floribus aſpergens, ſeruorum vota benignis
Auribus excipias: nos contrà dulcibus hymnis
Te veniente die, te decedente canemus.



Vincentius Palmerius de Ferentillo.

VID facis ingenium? quid mens ingrata labori?
Quid manus, & pectus? quid mea musa quoque?
Nonne diuinum pariter nunc cernitis omnes
Quod Michael fecit, & bene feruet, opus?
Timotheus Michael verum qui talibus, inquam
Aemiliæ fuerit tempus in omne decus?
Ipse quod ingenuè fateor, sic sponte fateri
Cogitur ipse quoquè; nec modo vana fides.
Hic postquam superat multorum facta virorum;
Ac alijs hymnos dulcius ore canit.
Quid grauius potuit? quid nam perfectius? & quid
Serius, & melius? si lepor omnis inest?
Vndique nam tersa est oratio pura, venusta,
Munda, polita, nitens, splendida, compta, grauis.
Vsus ad hæc ingens, nec non solertia velox,
Quæ sunt quæque suis cuncta petenda locis.
Quæ potuit rectè recto sunt condita verbo,
Rectè igitur potuit munus obire suum.
Qua propter summo meritas ferat ipse Tonanti
Grates: cum tulerit nomen in astra suum.





Ad Michaelem Timotheum

Epigramma.



DIVINOS inter Michael numerabere olores;
Qui primum sacros instituere choros.
Ac velut vnus eris, diuum qui mentibus hymnos
Præcinit, & docta temperat aure melos.
Tu patrum reparas cantus. Tu dogmata verbis
Elicis, antiquis restituisq; modis.
Hinc toto, meritò, celebraberis orbe; tuosq;
Dum canet hos hymnos, te quoq; Roma canet.

Aurelius Vrsus.



INDEX HYMNORVM
ECCLESIASTICORVM
IN HIS QVATVOR LIBRIS CONTENTORVM
Alphabetico collectus, atq; dispositus ordine.

HYMNORVM PRIMI Libri Catalogus.

HYMNORVM SECVNDI Libri Catalogus.

HYMNORVM TERTII Libri Catalogus.

HYM-

HYMNORVM QVARTI Libri Catalogus.

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS

AMPLISSIME MATERIAS HVIVS EXPOSITIONIS

Ecclesiasticorum Hymnorum comprehendens, per quem facili via (si singula diligenter trutinaueris) comperire poteris tam ea, quæ sunt literæ, quàm quæ expositionis.

A



D

Deus

E



F



G



H



I

Legis

N

O

P



Pauperum

Pius

Pu-

Q



R



S

Septem

Tiran-

V



FINIS.

MICHAELIS TIMOTHEI
GATEENSIS. V. I. D.
IN OMNES FERME ECCLESIASTICOS HYMNOS BREVIS ELVCIDATIO.
Liber primus.
PROOEMIVM.



VM præpoſterus ſit ordo, prius humana ſubſidia 1
petere, ut illis deficientibus, diuini fauoris gratia
poſtuletur: idcirco ego inter omnes ſacerdotes mi- De conſ. diſ.
nimus cupiens huius exigui operis mei principium 1. ca omnis
fore ad inuocationem, honorem, & laudem nomi- Chriſtianus.
nis Ieſu Chriſti; quod dum recolo flectere genua, Coloſſ. 3.
corde ſaltem, debeo: ut moneor à Gregorio, prius 2
ad eum, in quantum poſſum, humilis porrigo pre- 3
ces: qui meis non ponderatis demeritis: ſua ſola cle- c. decet. de im
mentia in me cæleſtis irrigui gratiam influat: ſcientiæ, & eloquentiæ ſupplen- mu. ecc.
do defectum: augendo ingenij modulum, & memoriæ quantitatem: ut poſ- De reliquiis,
ſim ſcripturarum horum hymnorum veritatem pandere, errores fugare, ęnig- & uener. ſan.
mata reſerare, nodos ſoluere, obſcura dilucidare, dubia declarare (ſemper enim c. uno. in 6.
à Deo mihi auxilium ſpe cum omni affuturum confido: ut ſic augmentetur De ueritate
ſcientia, virtus, & gratia in me ipſo. ambulemus

Verùm quamuis iſtorum nunc hymnorum exponendorum aggrediar pro- in virtutem ; Pſal. 83.
uinciam, mei magis erudiendi, quàm alios docendi, & potius quædam prio- De pęn. diſ. 2.
rum ſanctorum patrum dicta, aut ſcripta, quę in dies mihi in mentem veniunt, cū ſanctam.
aut quæ quotidie ex illis elicio: quęq; pro iſtorum hymnorum potiori intelli- 4
gentia facere uidentur: his in chartis cupiam mihi conſcribere, atque ita po- 5
nere; ut ea ſic colligata menti, atque labili meæ non excidant memorię; quàm
vt in lucem ad aliorum eruditionem prodeant: quoniam tamen vſu ſæpe nu- 6
mero uenit, vt quicquid homo ſibi ſcribit, vel ob non expreſſam haud fidelium
amicorum veritatem; de qua ſæpe rogati, eam tales ſubticere minimè verecun- 7
dantur; aut ſaltem erubeſcunt hodie; vel etiam ſuaſu bonorum atq; uerè ami-
corum: id ſiue inutile, ſiue vtile, ſiue honori ſcribenti ſit, ſiue dedecori: in
lucem edatur: ea propter, ſiue quod ipſe ſcripſi, aut edatur, vel non edatur:
hoc ipſum parum, aut nihil curo: illud vnum tantùm hic mihi diſpiciendum, 8
atque obſeruandum præ cæteris operæpretium quidem eſſe iudico, quod
ſanctos doctores, ac patres omnes, qui ſacrarū ſcripturarum veritatem pande-
re enixè laborarunt: immo, & quemcunque hominem, qui hodie ſacra Domi-
ni eloquia vult ſcrutari feciſſe, ac facere firmiſsimè credere debemus; nempe
ſicuti gallus, qui profundæ noctis peruigil, horas ſuo cantu diuidit, dormien- 9

1.q.1.c.Necesse. tes excitat, diem appropinquantem præcinit: prius se ipsum alarum verbere
1.cor.9. ad cantandum excitat; ita prudenter me ipsum, antequam veritatem manife-
Luc.4. stare velim, & prædicare uirtutes videar, à somno peccati excitem, & corpus
10 meum castigem: quia ut fatur Gregorius; necesse est, ut munda manus sit,
Gregor. quæ aliorum sordes diluere curat: Ne cum alijs prædicauerim; ut vtar ver-
11 bis Apostoli; ipse reprobus efficiar: neve mihi iustè illud Lucæ dici audiam;
Galat.6. Medice cura te ipsum: cum dicat Gregorius, magna quippè stultitia est, si quis
12 alijs mederi properat, qui in facie vulnus portat. Cæterum quidquid velint,
l. 2. C.de ue-te.jur.enucl. dicant alij: scit enim Deus, qui non irridetur, hunc ad laudem, & gloriam no-
minis sui me suscepisse laborem; quem & me ipsum defensurum esse a detra-
ctatoribus confido; tamquam qui saltem fideliter, si non sufficienter, pro eo
elaboraui. Omnium enim habere memoriam, & penitus in nullo peccare, di-
Isai.53. uinitatis magis, quàm mortalitatis est: quòd & à maioribus dictum est: Nec
24.q.3.c.1.
13 me latet; quia nos omnes esse medici volumus: sic omnes interpretes, aut cor-
14 rectores librorum esse præsumimus. Verùm neque correctoribus, neque de-
15 trahentibus resisto: sed velut agnus, coram tondente, non aperiens os suum.
16 sum paratus ab anniculo doceri. laudantes verò minimum hunc laborem meũ,
17 melioribus rationibus roborantes, & etiam meritò reprehendentes ample-
18 ctor. Ascribatur ergo insufficientiæ meę quidquid in hoc opusculo reprehen-
19 dendum existit: me tamen reddant aliqualiter in his excusatum cognoscendæ
20 veritatis affectus & non debilis amor. Sed iam stylum nostrum ad ipsius hy-
mni primi expositionem conuertamus; atque ad eius titulum, qui talis est.

Diebus Dominicis Hiemalibus ad Nocturnum Hymnus Primus.

Beatus Greg. author. PRIMO dierum omnium, & reliqua. § Nostra sancta mater Eccle-
sia mundana illa vita, tenebris ignorantiæ, errorum, cæcitateque pec-
1 catorum, quæ animæ inferunt mortem: & falsis illecta voluptatibus: nihil dete-
rius, nihilq; apud Deum detestabilibus esse perspiciens: obnixè: non dicã sacris
initiatos tantùm; sed & Christianos omnes: ad finem æternæ beatitudinis diri-
gere, & (quod & in præsenti, quinetiam & in sequentibus hymnis facit) indu-
cere auidè cupiens, nos hortatur, vt in sacratissimo die Dominico de nocte, ex-
cusso somni torpore, surgamus; Petituri admissi peccati veniam, & futuri
prȩseruationem; & immortalis uitȩ beatitudinem. Quare verba facturus de
Quid sit hymnus. non nullis Ecclesiasticis hymnis: Primo quid hymnus sit, dicendum fore, exi-
stimaui. Et quidem omnes ferè sciunt, nomen hymnus; vt probati sentiunt
2 authores, græcum esse uocabulum; latinè laudem Dei cum cantico, vel uocem
humanam in laudem Dei metricè compositam, significans, sicut & omnes psal-
mi in hebrȩa lingua dicuntur certa carminis lege esse formati: Proinde & Psal-
modia hymnus crebro dicitur: ut apud Dauidem; Te decet hymnus Deus in
Psal.64. Sion. Aptè itidem, & hæc diuinarum laudum cantica (quorum nunc exposi-
tionem, Deo authore, aggredimur) dicuntur hymni: quoniam in Dei laudem
concinuntur, & certa carminis lege constructa sunt. Differentia tamen est
3 inter psalmum, hymnum, & canticum. Nam in psalmo opera; in hymno laus,

in cantico mentis exultatio intelligitur,de quibus tribus sic fatur Apostolus:docentes,& commonentes uosmetipsos in psalmis,hymnis,& canticis spiritualibus cantantes,& psallentes in cordibus vestris Domino. Neque quispiam hymnorum u um tamquam quiddam leue,& futile debet ullo pacto reputare,quando quidem is à tota Ecclesia hodie est approbatus,vt ostendunt canonicę sanctiones, ac sanctorum decreta. siquidem tam ex institutione Gelasij Papæ; quàm ex approbatione conciliorum Tolosani,& Agathen. hymni in singulis diuinis officijs concinuntur. Vnde hymni psalmos,vt hic videmus,in diuinis officijs præcedunt, in nocturnis verò,scilicet in vesperis,completorio,& laudibus matutinis postponuntur:quoniam,inquit Gulielmus,dies pertinet ad spirituales,qui habent gaudium conscientiæ:ideo illos exultation inducit in operationem, istos per operationem oportet venire ad exultationem.

Coloss.3.& cantantes distin.12.

4 Gelas. De cons.dist. 1.c.de hymn. Dist.5. conuenit. Guliel.li.7.de anno sola.

Rursus stando hymnos cantamus;in erectione corporum ostendentes:quòd in laudando Deum corda sursum erecta habere debemus:Mens enim nisi cōsonet linguæ,certum est,vocem quantumlibet clamorosam Domino non placere. 5

Hymni quoque in paschate haud concinuntur: ad demonstrandum, quoniam in resurrectione non cantabimus hymnum huiusmodi: sed in plateis Hierusalem cantabimus alleluia. Porrò quomodo hymni in ecclesijs Dei cęperint cantari demum referamus: dicentes quod Augustinus dicit; quòd cum Ambrosius à Iustina Imperatrice Ariana perfidia damnata, persecutionem pateretur,& intra Ecclesiam cum plebe catholica insidijs vrgeretur, instituit hymnos,& psalmos secundum morem Orientalium decantari: ne populus mæroris tædio contabesceret: quod ad omnes fuit postmodum deriuatum. Postremò priusquàm litera exponatur, præmittendum etiam duxi hoc loco,quòd omnes ferè initio suorum operum solent & ipsi præmittere:nempè quod sacra scriptura quatuor modis exponitur,scilicet historicè,allegoricè,anagogicè, & tropologicè. Planè historia est narratio rei gestæ,per quam ea, quæ in præterito facta sunt,cognoscuntur. Allegoria est tropus,quo aliud significatur, quàm dicatur. Vnde Allegoria est de vno ad aliud sermonis transumptio. Et dicitur ab allos quod est alienum,& igoria, quod est dictio,vel locutio:quia aliud dicitur, & aliud intelligitur. Vnde Allegoria multis modis sumitur. Quandoque à persona;vt Isaac significat Christum. Quandoque à re, quę non est persona: vt aries occisus significat carnem Christi passam. Quandoque à loco:vt Christus prædicaturus,ascendit ad montem;vbi eminentia loci significat sapientiam eius,eloquentiam,vel excellentiam. Quandoque à numero: vt apprehendent septem mulieres virum vnum, idest septem dona gratiarum. Quandoque à tempore:vt non sit fuga vestra in hieme,idest gelicidio charitatis. Quandoque à negotio,vel facto:vt interfectio Goliæ à Dauid,interfectionem diaboli à Christo significat. Anagogia species est allegoriæ;sed differentia est,quia allegoria est mysticus sensus,pertinens ad militantem Ecclesiam:Anagogia verò est mysticus sensus pertinens ad triumphantem Ecclesiam. Vnde anagogia est locutio de terrenis:quæ per terrena dat intelligere supercœlestia: vt in illis uerbis Apostoli;Hierusalem,quæ sursum est mater nostra. & dicitur ab ana, quod est sursum, & agogi ductio. Tropologia est sermo conuersus ad ædificationem animę,& morum bonorum informationem,& dicitur à tropos, quod est conuersio,& logos sermo,sicut cum dicitur, quod per hoc quòd Dauid interfecit

6 In lib.confes. 7 8 9 10 Dis.77.c. ieiunium in uerbo anagogē. 11 Genes.22. Exod.29 Matt.5 Isai.4 Matt.24 1.Reg.17 12 Galat 4 13 Guliel. lib. 1 c.1.

Goliam:intelligitur,quòd humilitas deuicit ſuperbiam,& ſapientia vicit certitudinem. Et,vt quatuor prędicta breuiter comprehendamus:Hiſtoria docet factum;Tropologia faciendum,Allegoria credendum,vel intelligendum, Anagogia præparandum. Exemplum in hac dictione:Hieruſalem;Hiſtoricè enim nomen eſt eiuſdem ciuitatis. Tropologicè typus eſt animæ. Allegoricè figura eſt Eccleſiæ militantis. Anagogicè typum gerit Eccleſiæ triumphantis. Ideò iſta præmiſimus,vt ſciatur,quod aliquando textus erit exponendus hiſtoricè; aliquando allegoricè:& ſic de alijs. Quibus ſic præmiſsis, conſideremus modo ſingula verba. *Primo dierum omnium &c.* Hæc dictio primo,& aduerbij,& nominis vim ſolet habere. Aduerbij quidem vim hic haberet:ſi non haberemus reſpectum ad verba ſequentia,nempè *dierum omnium,* tunc enim ſtaret loco aduerbij:ſignificans id,quod dicimus in principio,primitus,& primiter, principaliter,& à primo. Si autem conſideremus illam, prout ſit adiecta alicui nomini ſubſtantiuo,ſicut hic;tunc vtique locum nominis habebit:vt hoc ſibi velit. In primo die dierum omnium:in quo Deus decreuit ſe manifeſtare, ſeu communicare creaturis. In primo enim illo die;qui dies Dominicus dicitur: Mundus ſumpſit exordium;& formata deſcribitur lux,hoc eſt dies ille (quamquam & Angelicam naturam in principio factam ibi per lucem etiam intelligere poſſumus)

Guliel.libr.1. cap 6

14 naturalis,habens.24.horas:quem Durandus ſolet ſic deſcribere. Naturalis dies eſt ſpatium,quo ſol ducitur circa totam terram ab oriente vſq; ad occidentem, ſcilicet,ſpatium diei,& noctis:quod ſemper continet.24.horas. Aduerte tamen,

15 quòd hic primus dies,qui hic primus dicitur, vnus appellatus eſt in Geneſi; & cauſam quærens Baſilius magnus,ipſe ſibi reſpondens,inquit: quamobrem caput ipſius temporis non diem primum,ſed unum appellauit: vt ex appellatione etiam affinitatem ad ipſum ſęculum haberet. Is enim, qui unici principij, ac incommunicabilis ad aliud præ ſe fert formam accomodatè ſanè,atque appoſitè vnus eſt nuncupatus. Et quamquam,inquit ipſe, ſcriptura nobis afferat plura ſæcula,dicens in pluribus locis:ſæculum ſæculi;& ſæcula ſęculorum: tamen & illic nec primum,neque ſecũdum ſæculum nobis enumeratur,ut ſtatuum potius, variarumque differentiæ rerum:ſed non deſcriptiones, ac fines, ſucceſsionesve

Baſi.magnus in examerон. 2.tom.

16 ſæculorum, ex eo demonſtrentur. Et ut diximus, dies primus appellatur eo, quia ante ipſum diem nullus huius ſęculi fuit dies:illum enim nox non præceſſit,& illi nox non ſucceſsit: quoniam inter ſex illos dies in Geneſi diſtinctos: quibus Deus deſcribitur formaſſe hunc mundum:dies Dominicus fuit illorum primus,& primum obtinuit locum:ſicut etiam (vt dicitur) erit vltimus; Item in eo Angelus conuerſus eſt ad Deum. Item in eo data ſunt filijs Iſrael mandata: Item in eo Chriſtus natus eſt;Item in eo ſpiritus ſanctus datus eſt Apoſtolis:Item in eo omnes reſurgemus:Item in eo continuandum eſt in laude Dei: Item cœlum,& terra in eo ſunt creata:Item in eo Chriſtus reſurrexit: quę quidem duo myſteria vltima proponuntur nobis hic ab Eccleſia:& primum exprimitur,dum ſequitur. *Quo mundus extat conditus.* Circa primum igitur myſterium,quod eſt creationis rerum;ubique patet Deum creaſſe mundum, hoc eſt,

Geneſ.1.

17 omne,quod cœlum, & terra complectitur: dicitur enim in Geneſ.In principio creauit Deus cœlum,& terram. Porrò pręter cœlos, quos opera digitorum eius Dauid nuncupauit,ſolis etiam ſplendorem,huncque ac cęterorum ſiderum ornatum addidit: ſpiritualem quoque naturam, innumerabileſque Angelos,

Geneſ.1. Pſal.32 Eccleſ.48 Pſal.103

qui Deo adsisterent, ipse ex nihilo creauit. Terram et super stabilitatem suam: Di. 72. c. quod
Deus verbo suo precepit in media mundi parte consistere: effecitque, vt ascende- dic.
rent montes, & descenderent campi in locum, quem fundauit eis. Preterea non Psal. 103.
solum arboribus, omnique herbarum, & florum varietate conuestiuit, atque or-
nauit; sed innumerabilibus etiam animantibus; quemadmodum aquas, & aera, ita
& terras compleuit. Vltimo hominem ex limo terre corpore ita affectum, &
constitutum effinxit: vt non quidem in ipsius naturæ; sed diuino beneficio im- 18
mortalis esset, & impassibilis: si Domino creatori suo pareret. Quamobrem 19
ex predictis clarum euadit: quòd mundus hoc in loco dicitur creatorum vniuer- Ioan. 1
sitas, sic Ioan. mundus per ipsum factus est. Aliquando uerò mundus dicitur 20
minor, qui microcosmos uocatur, homo scilicet. eo quòd, secundum Beatum Gre. in hom. Ascen. domi.
Gregorium, de omnibus creaturis aliquid habeat: uidelicet, esse cum lapidibus: & in lib. mo.
uegetari cum arboribus: sentire cum animalibus: intelligere cum Angelis. Ali- ral. 6. c. 7
quando uerò mundus dicitur natura cum miseria, & culpa, obstinatione, siue in- 21
duratione: ut, totus mundus in maligno positus est. Et pro illis non ualet ora- 1. Io. cap. 5
tio, ut: Non pro mundo rogo: sed verè mundus, secundum Albertum Magn. su- Ioan. 17 Alber. magn.
mitur pro eo, quod est uerè mundus à munditia dictus in mente diuina, qui di- Ioan. 17.
citur mundus archetypus. Habes de mundi creatione. Quia uerò non Satis
erat res & mundũ Deum creasse; nisi etiam conseruasset, ac etiam redimeret op
portuno tempore: quod quidem fecit in sua passione, & eius gloriosa resurre-
ctione, ideo de alio resurrectionis nostræ nempe mysterio, subdit sancta Eccle-
sia, dicens. *Vel quo resurgens conditor Nos morte victa, liberat.* Vbi aduerten- 22
dum est, quòd homo cum positus esset à Deo in honore, & in Paradiso terre- Genes. 1
stri, & ipse constituisset eum regem, & dominum omnium creaturarum illi Psal. 48
subiectarum; elatus in superbiam, non intellexit, nec considerauit beneficia sibi
collata: Vnde ne conturbaret suas delicias, parere, & placere elegit potius vxori,
quàm Deo: Deuictus ergo à sua concupiscentia, & diaboli fallacia, mancipium
factus est iure belli, amisit & potestatem super creaturas omnes quas possidē- 23
bat: Diabolusque eas sibi appropriians: qui illum debellauerat: princeps huius Ioan. 14
mundi superstitit; & ipse miser, qui prius poterat non mori, in moriendi necessi Rom. 5. c.
tatem ex diuina sententia incurrit; & sic vsque ad Christum mors regnauit. Ve 24
rum Dominus condolens interitu mortis perire humanum genus, venit in hũc Bellum inter
mundum; humanam accipiens naturam, & cum diabolo huius mundi Principe, Deum & diabolum.
& forti armato pugnare cœpit; ut erueret de manu sua, ac tyrannide miserum il-
lum. Ex aduerso fortis armatus satan contra ipsum instruxit non modicum,
& paruum bellum; sed multum, & magnum: nunquam enim destitit uersutia, cal
liditate, & fallacia eum persequi; vt patet, postquam ieiunauit 40. diebus, & 40. Matt. 4
noctibus, in deserto etiam aperto bello illum impugnare cœpit. Nam statim ac Matt. 2
natus est, tentauit per Herodem illum occidere. Adultum deinde, ut potato- Matt. 11
rem vini, amicum publicanorum, & furiosum iniquorum oculis ostendebat; & Mar. 7
ut insanum: demum non destitit donec ad quatuor tribunalia traxit, ueluti ma-
gnum seductorem, ac notatum crimine læsæ maiestatis: tamquam regnum am-
bientem contra Cæsarem: Nec quieuit, donec vidit illum cruci affixum. Con-
tra quæ omnia Dominus noster sola uirtute, nempe patientia, mansuetudine, ac 25
omni cum humilitate respondebat illis iudicibus, & si iniquis, uera loquens, & Quomodo mortem conculcauerit.
ueritatem de omnibus exprimens. Nam productus coram Pilato nulla in eo

Christus. fuit inuenta mortis causa. Hoc tamen non obstante, principum, sacerdotum,
Mar.16 ac seniorum suasu, qui clamabant, crucifige, crucifige, crucifige eum; fuit con-
26 demnatus, & crucifixus, & sepultus; tertia demũ tamen die, quæ fuit Dominica
Mar.16 summo mane illius anima corpori iterum coniuncta est: Dicit enim Marcus:
Christus resurrexit à mortuis mane prima sabbati, id est, die post sabbatum; at-
que ita is, qui triduum illud mortuus fuerat, ad uitam, ex qua moriens discesse-
rat, rediјt, & surrexit victor diaboli, quem expugnauit, uicit, & prostrauit, atque li
gauit. Verùm ubi dicit textus victa morte, intellige per mortem: ut diximus
diabolum: iuxta illud Pauli. Verùm regnauit mors, idest, diabolus, ab Adam vs-
27 que ad Christum. Vltimo loco ubi dicitur, *nos liberat*: dic: scilicet, à peccato:
Rom.5.c. Ideo dicebat Paulus qui dedit semetipsum pro nobis; ut redimeret nos ab omni
Conc.Trid.in decret. de pecca. Orig sess.5 iniquitate; & mundaret, sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum ope-
rum, secundo à diabolo. Vnde dicebat Oseas, de manu mortis, idest, diaboli li-
Tit.2 berauit nos. Tertio ab inferno: idem propheta inquit. Ero mors tua, o mors,
Oseæ.13 ero morsus tuus inferne. Liberauit autem Christus omnes illos, qui meriti sui
28 capaces esse poterant; sicut fuerunt sancti Patres, qui non propter reatum perso-
næ: sed propter reatum naturæ detinebantur. Damnati autem huius meriti ca
paces non sunt; neque paruuli in limbo detenti: quia de corpore Christi non
sunt, nec per fidem, nec per fidei sacramentum.

Prædictis itaq; tantis Dei erga nos beneficijs existens affecta sancta mater Eccle-
sia, illa nobis rememorat, ut obtineat, quod suadere nititur; suadet enim nobis,
vt surgamus nos quoq;, & illum quæramus; sic pergens: *Pulsis procul torpo-
ribus, Surgamus omnes ocyus*. Conqueritur Deus de tepidis dicens. Vtinam
Apoc. 3 frigidus esses, aut calidus; sed quia tepidus es, ideo incipiam te euomere ex ore
meo; præcipit ergo, ut hanc tepiditatem procul pellamus; & velociter surga-
Luc.1 mus, vt seruiamus Domino in lætitia; quæ enim cum lætitia fiunt, celerrimè fiũt
2.Cor.c.6 &c. & quia hilarem datorem diligit Deus: iubemur hic ergo cum celeritate à som-
no de nocte surgere; causam adiungit cum ait. *Et nocte quæramus pium: sicut*
29 *Prophetam nouimus*. Profectò caput nostrum Christus iam surrexit; quo cer-
tè & nos resurrecturos esse certissimè credimus: turpe est enim, vt sedeat seruus,
quando coram eo surgit Dominus. Sed certè resurgemus: si solliciti, è mol-
libus ad spiritualia concinenda, atq; ad ipsum Deum quærendum euigilabimus,
30 posthabitis, ac vitijs omnibus fugatis; Pius est enim Deus noster, & magis in
Luc.18 nocte, idest, in tempore tribulationis nobiscum est, & non est sicut euangelicus
De pœn. dist 1.c.importuna. ille amicus, qui nolebat surgere in nocte, & dare panes tres petenti. Tali tempore
quæramus pium, sicut Prophetam nouimus, scilicet, quæ fuisse; quasi dicat filijs
suis mater eccle. si rex ille tantus, & potens Dauid (Prophetam enim Dauidem
hic per excellentiam, & figuram illam antonomasiam accipere debemus) in me-
Psal.6. dio noctis surgebat ad confitendum Domino, qui per singulas noctes lectum
Psal.76. suum lacrymis lauabat: quiq; cum corde suo in nocte meditabatur; quiq; no-
cte etiam Dei nominis memor fuit, & legem eius custodire satagebat: cur
non surgimus & nos ad exemplum tanti viri? Quid igitur stamus? non ne &
l. Vrbana. ff. de uerb sign. & ca. ueniens de sponsa. & ma rim. Dominus noster fuit, & erat in oratione pernoctans? non ne exemplum dedit
nobis? Qui non solùm in vna noctis parte orabat: sed tota nocte in oratione
vigilabat. Pernoctare enim ille propriè dicitur, secundum humanas leges, qui
tota nocte vigilat. Surgamus (dico) præamandi fratres, & procul pellamus
omnem

omnem torporem, ſegnitiem, atq; pigritiam; ſurgamus (inquam) ad confiten- Luc.6
dum,& deplorandum peccata noſtra,pulſis,dico,& fugatis peccatis omnibus:&
quæramus (vt ait ſapiens) cum intentionis ſimplicitate : Cum (vt Iſaias ait) Sap.1.
feſtinatione & antequam tranſeat tempus, in quo poteſt inueniri; Cum (vt ait
Pſal.quærite faciem eius ſemper) perſeuerantia ſine ceſſatione,pium Deum ſci- Iſai.55. Pſal.104.
licet, qui pianit nos. Non ergo expectemus, quemadmodum quidem negli- 31
gentes,acedioſi,& pigri,& parum deuoti: fallitur enim extremam,qui ſe conducit
ad horam,vltimam diei horã ad dandũ Deo laudes,ſed de nocte ſurgamus, ſicut
Prophetam regium,Pſaltem feciſſe agnouimus, cum dixit: Media nocte ſurge- Pſal.118.
bam ad confitendum tibi. Vltimo conſidera circa hanc literam: quod de no-
cte multum vigiles eſſe debemus in oratione potius, quàm de die: quoniam
ſicut Angelus, qui fuit iudicij Dei figura; tranſijt ad AEgyptiacum populum; Exod.12.
& primogenita eius de nocte percuſsit: ſic D.N.Ieſus Chriſtus cum uenerit ad
iudicium generale faciendum de nocte,teſte Matthęo, veniet. Vigilantes dico, Matt.c.25.
in oratione nos eſſe oportet: quoniam ſerui beati erimus, cum venerit Domi-
nus,ſi inuenerit nos vigilantes: ſiue verò uenerit in prima vigilia,hoc eſt in pue- 32
ritia noſtra,ſiue in ſecunda vigilia,hoc eſt,in adoleſcentia,vel in iuuẽtute noſtra, Luc.12.
ſiue venerit in tertia vigilia,hoc eſt, in ſenectute noſtra; ſi inuenerit nos vigilan-
tes,beati reputari nos poterimus. Curautem hortatur nos ſancta Eccle. vt
celerrimè ſurgamus;& nocte: ad Dauidis exemplum; pium quæramus; conti-
nuo ſubdit. *Noſtras preces ut audiat; ſuamque dextram porrigat: et expiatos ſordibus,*
reddat polorum ſedibus. Piger enim,ut ait ſapiens meretur lapidari cum ſterco- 33
re bouis; ſed non ſic,qui cum lætitia,& cum celeritate, hilaritateq; ſeruit Deo; Eccl. 22.
iſte de cõgruo meretur à Deo exaudiri: Diuina eius dextera ſubleuari;& ſi in ſor
dib. eſt,purgari,tandemq; in cœli ſede collocari;& hoc promittit ecclesia Deum
facturũ in hoc verſiculo;noſtras preces vt audiat,hoc eſt, nõ ſolum audiat Deus
preces noſtras; ſed etiam porrigat nobis ſuam dexteram; qui eiecti de Paradiſo
ſumus errantes, & exules in hoc mundo; vt filij Euæ in hac lachrymarum valle:
(humiliatum eſt enim, & deiectum cor noſtrum in laboribus) reſtituat dein- Pſal.106.
de nobis amiſſam iuſtitiam, & ſanctitatem; quam primum patentem noſtrum Rom.5. 1.Cor.15.
Adam amiſiſſe, ac perdidiſſe non ſolum ſibi ſoli, ſed & nobis etiam tenet, & af- 34
firmat poſt Apoſtolum concil. Triden. Purgatosq; à peccatis reddat nos cęleſti Conc. Trid.
patriæ,paradiſo; & demum reponat nos in ſedibus Angelorum,eorum videlicet,
qui nõ reliquerunt ſuum domicilium. Fundamus ergo preces coram Domino
ſæpe,fratres;quia reſpexit in orationem humilium, & non ſpreuit preces eorum,
ait Propheta ſanctus; & Dominus dicit clamauit ad me, & ego exaudiam eum; Pſal. 101.
audit quidem Dominus,etiam ſi dormiat clamantes ad ſe; cum enim diſcipuli Pſal.91.
eius operirentur fluctibus ferè maris, clamauerunt,dicentes, Domine ſalua nos:
perimus: tunc ſurgens imperauit ventis,& mari,& facta eſt tranquillitas magna: Matth 8
ſic ſurget pro nobis, cum clamauerimus ad eum, & porriget tunc nobis
ſuam dexteram. Non enim falleret vnquam Iob dicentem: operi ma- Iob. 14.
nuum tuarum porriges dexteram; & Dauid quærentem Dominum, ſu- Pſal.17. Pſal.62.
ſcepit dextera eius. Deinde expiatos, ac à peccatorum maculis purgatos con-
uenit nos eſſe (expoliti namq; lapides tunſionibus, & preſſuris,ſuis coaptantur
locis) & non inquit Iſaias, tranſibit per eam pollutus: ſi poni volumus in ſedi- Iſai. 35.
bus illis beatæ ciuitatis: vbi eſt dies æternus; & vnus omnium ſpiritus,ubi eſt cer

 ta ſecu-

ta securitas, & secura æternitas, & æterna tranquillitas, & tranquilla fœlicitas;& fœlix suauitas;& suauis iucunditas. Sed ut nos excitet sancta eccle.animumq; ad magis,magisque in Deum laudandum,precipuè in tali hora, in qua corpus magis quiesceret,dulcique somno stertoret; dona promittit beata:dicens. *Vt quiq; sacratissimo, Huius diei tempore.Horis quietis psallimus Donis beatis muneret.* Quicunque etiam in horis noctis istius sanctæ quietis surgemus in isto diei dominicæ tempore: quo Christus resurrexit; ditemur;ac muneremur donis beatis.Magna promissio pro paruo labore: Quot enim surgunt illa hora;ut lucrentur, vel vnum obolum? & hic nobis non aurum, aut argentum: sed beata dona, & hic dum viuimus gratiarum dona,& naturalia,& supernaturalia,& post mortem dona gloriæ promittuntur, nempe pro terrenis cęlestia, pro temporalibus sempi-
35 terna,pro modicis magna.& æternitas,immortalitas,& denuo paradisus: qui est
36 Dei fruitio,& summatim dona, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit. Cæterum annotent hic, & obseruent omnes clerici, & sacerdotes tertium versum, & dum in choro sunt, quieti Deo laudes persoluant; nec sint, sicut quidam garruli,& quietis impatientes; non valentes in locis suis consistere pedibus: Nunc ad hunc, nunc ad illum compsaltem, & locum meantes; vana ac profana colloquia,strepitus,clamores,& fabulationes ore proferentes; quæ omnia ab ordinarijs locorum vult arceri sacrosanctum conc.triden.Purgandæ enim animæ principium,inquit Basilius magnus,habet silentium, & quies: dum neque lingua rerum humanarum quicquam loquitur: neque oculi corporum venustatem, & commensurationem speculantur,neque aures mentis vigorem per auditum concentus ad uoluptatem instituti,aut hausti hominum facetorum,risumq; mouentium peruertunt: quæ res potissimum tenorem ac vigorem mentis dissoluere consueuit. Enimuerò quia superiora per nos habere nequimus:immo in nobis cognoscimus multa,quæ nos impediunt,& auertunt Deum à nobis; iuxta illud Isaiæ. Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos,& Deum vestrum,& peccata vestra absconderunt faciem eius à uobis, ne exaudiret. Et quia Deus spiritus est,
37 nos verò caro; rogamus abesse vitia; & ad filium versi, ita dicimus. *Iam nunc paterna claritas.*Vox captandæ beneuolentiæ ex parte illa diuinitatis: quæ æqualis est patri:sicut claritas semper fuit cum sole ita paterna claritas semper cum patre: Nos ergo hic filium Dei inuocamus; qui dicitur paterna claritas; splēdor
38 enim,& imago patris est. Vnde,& sapiens ait. Vapor est virtutis Dei,& emanatio quædam est claritatis omnipotentis Dei sincera, & Paulus similiter ait. Qui cum sit splendor gloriæ,& figura substantiæ eius,portansque omnia verbo virtutis suæ purgationem peccatorum faciens; sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. *Te postulamus affatim, Absit libido sordidans; Omnisque actus noxius;*
39 *Ne fœda sit vel lubrica Compago nostri corporis.* Vbi magna necessitas,magna debet esse,& larga,& abundans postulatio. Sed vbi est maior necessitas, quàm sit ipsius animæ, quæ aggrauatur, & deprimitur suo pondere cum & ei velle adsit; sed perficere aliquando non possit? Demus igitur operam ne in corpore nostro vlla sit macula libidinis: quæ animam nostram simul,& corpus polluere, aut contaminare possit: aut aliqua nociua operatio, quæ nobis obsit, & Deum offendat: nec ipsa corporis nostri compago,& coniunctio,siue concretio sit fœda,hoc est, sordibus plena, & facilis siue labilis: vt labatur in aliquā peccati labē. Est autem fœda compago nostri corporis: quando caro,vel corpus præest virtuti, &

Conc. Trid. in sess.2 & sess. 22. in decreto de obser. & euit. in cel. miss.
Basil.mag. in epist. ad beatū Gregor. Tom.2.
Isai.59.
Ioan.4.
Sapien.7.
Hebræ.1.
Hebræ.1.
Sapien.9.
Sapien.9.

tuti, & animæ, & ratio vel anima est pulchrior; quando prædominatur corpori. Si ergo sapimus: Paulum audiamus, & præcepta eius obseruemus: ipse namque ait ad nos, fugite fornicationem: omne enim peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? empti enim estis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore vestro: dicit Deum, non maculas, non vitia, non sordes esse in corpore nostro portandas. Deponamus itaque, & reijciamus carnis vestes, quæ non corporis superficiem dumtaxat: sed hominē totum interius, & exterius tegunt, & obnubunt: & sicut hic interioribus tenebris offuscatur, & igne libidinis vritur; ita ibi de eo fiet, quod sequitur. Caueamus fratres, ne in inferno detrudamur; & emendemus nos hic in mundo, dum tempus habemus acceptabile; aliter infernus deuorabit nos valde, & acriter Auerni, siue inferni doloribus cruciabimur, & ad pęnā, & damni, & sensus condemnabimur. Est autem Auernus teterrimus, & obscurissimus carcer: vbi perpetuo, & inextinguibili igne damnatorum animæ cum immundis spiritibus torquētur, qui etiam Geenna, & Abyssus, & propria significatione Infernus vocatur: & dicitur Auernus ab, à, quod est sine, & ver veris: quod est delectatio; quasi sine vere, idest sine delectatione. Vnde Bernardus ait.

1 Cor. 6.

Nemo dominus est membrorum suorum. l. homo liber ff ad L. Aquil.

1. Cor 6.

41

Semper in æternum nox obscurabit Auernum:
Est ibi densarum magna congeries tenebrarum.
Nec Sol, nec Luna, nec Stella videbitur vna.
Sunt ibi serpentes flammas ex ore vomentes:
Diffirmes, nigri; sed non ad verbera pigri.
Hunc semel ingressus, nullos habet inde regressus.
Hoc lucrum feret qui mundi sordibus hæret.

Verum considerans sancta eccle. quòd valde exorandus est ille, qui non tantum inferni: sed etiam cęlestium, & terrestrium habet imperium; ne illuc intrare nos permittat: Et cum primò Christum inuocasset, vt à vitijs carnis purgaretur; ex æterna generatione illum nominauit dicens. *Iam nūc paterna claritas*; quia solus Deus potest mundum facere de immundo conceptū semine: Modò cum petit sibi & peccata dimitti: & commoda æternæ vitæ donari: alio vtitur nomine, maxima cum ratione. Nam secundum hoc nomen redemptoris Christo propriè competit, & peccata dimittere; quia suo sanguine nos redemit, ut aliquādo ipse dixit: Vt sciatis; quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: illius est etiam vitam donare æternam: Nam sua cruce illam nobis acquisiuit: Hac de causa sic subdit. *Ob hoc Redemptor quæsumus; Vt probra nostra diluas: Vitæ perennis commoda, Nobis benigne conferas.* Planè quia timemus, ne ignibus Auerni mancipemur; propter hoc rogamus te Domine, vt probra nostra, atque peccata omnia diluas, & remittas nobis, ne amplius dedecorent, vel vituperent, siue maculent animam, corpusve nostrum, & concedas nobis perēnis vitæ, hoc est, æternæ vitæ commoda munificè, liberaliterq;. Hæc autem æternę vitæ commoda sunt illa bona, de quibus ait Propheta: credo videre bona Domini in terra viuentium. Apparet ergo hic vitam esse multiplicem: Alia enim est vita natu-

Iob. 14. Marc. 2.

42

Matth. 9.

43

Psal. 26.

ta naturæ,quæ eſt animæ,& corporis coniunctio, quæ perdurat mediante cibo,
L.uerbo uictus.ff.de ver. ſign. 12. q 1 .cap. duo.
& potu. Alia eſt vita diſciplinæ,quæ eſt modus & ordo quidam,ſecundum quē
quis viuere debet. Et ſecundum hoc dicimus aliam eſſe vitam clericorum, aliā
laicorum. Alia eſt vita actiua, alia contemplatiua: de quibus vener. ait Beda,
quippe vita eſt,ſtudioſum Chriſto famulum iuſtis inſiſtere laboribus,&c. Con-
Vener. Beda in homil feſti.ſancti. Io. Euangeliſtæ.
templatiua autem vita eſt,cum longo quis bonæ actionis exercitio edoctus,diui
næ orationis dulcedine inſtructus, crebra lacrymarum compunctione aſſuefa-
ctus, à cunctis mundi negotijs vacare,& in ſola dilectione oculum mē tis intende
re didicerit: gaudiumq; perpetuæ beatitudinis,quod in futura percepturus eſt
vita,& in præſenti cæperit ardenter deſiderando prægustare &c. Alia eſt vita gra
Ioan. 6.
tiæ,cum quis moritur vitijs, & viuit Deo per opera bona: Hinc illud Ioan. qui
credit in me,vitam habet, & hanc perfectè non poſſumus habere in hoc ſæculo.
Alia eſt vita, quæ vocatur vita æterna,quæ eſt videre Deum patrem,& quem mi
ſit Ieſum Chriſtum. Et hæc vita ſecundum Aug. eſt in ſpecie,in æternitate mā
Aug.in hom. Euang.ſanct. Ioan,
44 ſionis in requie, in mercede cōtemplationis,quæ ibi eſt,ubi nullum inuenit indi-
gentem,quæ non patitur, quæ cohæret ſummo bono, quæ eſt beata: commoda
itaque iſtius perpetuæ vitæ dilargiri hic nobis petimus. Et ut rogata obtineat:
nam qui miſericordiam rogat, ſuam miſeriam oſtendit,exilium nempe, & ſi con
tigerit poſtulata recipere; ſe gratum fore promiſit dicens. *Quo carnis actu exules, effecti ipſi cœlibes: Vt poſtulamus cernui: Melos canamus gloriæ*. In quibus uer-
bis expergiſi nos oportet; ſiquidem quemadmodum, qui eſt alienus à patria
dicitur exul, aduena, & peregrinus, ideſt longe remotus à patria: ſic & nos
L.1.C.de infit. pæn. uel.
propter opera noſtra uitioſa,& peccata efficimur exules à cœleſti patria, ſcili-
cet Paradiſo. Et notandum eſt,quod cœlebs dicitur eſſe, qui vxorem non ha-
Conc. Trid. ſeſſ. 24. can. 10.
45 bet,nec vult,ſed vult caſte uiuere;& dicitur quaſi cœlo beatus,quia talis eſt, qua-
lia ſunt lumina in cœlo;quæ abſque connubijs ſunt: Inde cęlibatus, uitæ conti-
nētia, & à carnali conſortio abſtinentia.

Notandum eſt inſuper, quòd melos nomen græcum,dicitur cantus ſuauitas,
et dulcis modulatio; ex terrenis igitur cernui, ideſt,inclinati, & proni: (cum
enim nosmetipſos in terram proſternimus ante Deum,ut humilitatem animi cū
corporis habitu demonſtremus, rectè cernui eſſe dicimur) ſperamus, & expe-
ctamus cœlibes,ideſt, mundi, & expiati; & ſic conſequenter cœleſtes cantantes
tibi Domine interim dulci cantu laudes debitas. Et ut, inquam, ſupradicta
præſtet nobis Deus: hac oratione ſancta mater Eccleſia ſubdit, *Præſta pater*
46 *piſſime,Patriq; compar unice, Cum ſpiritu paraclito, regnans per omnem ſæculum*.
Amen. Hæc vox, pater piiſsime, non ſine magna emphaſi venit hic conſide-
randa: quando quidem magis pium,& pium eſſe Deum quidē oſtendit. Etenim
cum ipſe admiranda pulchritudine, ordine inæſtimabili, mole magna, continua
duratione, vtilitate fęcunda, & delitijs totam abundantem condidiſſet creaturā;
cœlum enim, ac terram fecit, & omnia,quæ in eis ſunt: In cœlo ſolem, lunam,
ſtellas, ſidera, atque innumerabiles Angelos; In terra primo aquas, cæte gran-
dia in mari, & piſces omnes, & aquatilia, herbas item, flores plantas, ſemina, &
Genes. 1.
iumenta;ſimiliter reptilia,& beſtias, & omnia uolatilia, hominem poſtremò ad
imaginem ſuam creauit, ut illi ſubijceretur terra, & ipſe dominaretur vniuerſis,
quæ mouentur ſuper terram: profectò hanc conſiderantes creationem, pium
Deum eſſe fateri cogimur. Quod etſi etiam nunquam ſatis laudatum aduer-

tamus,

tamns,ad conseruationē tñ dictarū rerū multo magis illum acclamabimus: magis piumq; se conseruando: nisi enim conditis rebus perpetua sua prouidentia adesset, atque eadem ui,qua ab initio constitutę sunt; illas conseruaret ; statim ad nihilum reciderent; ait enim scriptura: quomodo posset aliquid permanere; nisi tu voluisses; Aut quod à te uocatum non esset, conseruaretur? Deus ergo,quia eius occultissima uis ad singula pertinet: non enim longè ab vno quoque nostrum est: in ipso enim viuimus,& mouemur, & sumus, ac omnes etiam in ipso viuunt creaturę supradictæ;& omnibus similiter animantibus dat affluēter pabula ad uescendum, & animalia omnia pusilla cum magnis implentur eius bonitate: Ideò nuncupari post magis pius. Ad hæc quia nos Christiani æterno patri cæteris nationibus gratiores sumus; Propter enim homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, ac passus est, crucifixus, & mortuus: Ideò verè & ex corde clamare possumus: O pater pijssime; O Pijssime igitur pater,qui piasti, & mundasti nos à uitijs: Pater inquam ac creator omnium rerum: & ò vnice Christe fili Dei, qui patri secundum diuinitatem es ęqualis: quique ante omnia sæcula regnas cum spiritu consolatore: dona,& cōcede nobis, quæ supra orantes à te petiuimus. Amen.

Sap. 11.
Act. 17.
Iacob. 1.
Psal. 103.

Diebus Dominicis Aestiuis Ad Nocturnum Matutinum Hymnus Secundus.

NOcte surgentes vigilemus omnes. & reliqua. Sancta mater Ecclesia cum Beato Iacobo Apostolo agnoscens deprecationem iusti assiduam multum valere,& vigiliam,intendendo soli Deo, ad aures Dei proculdubio peruenire, hortatur nos propter hoc ad sacras uigilias nocturnas,& decantandas Deo laudes: quò tandem cælestis regni consortium assequamur, & fœlicem perpetuò viuamus uitam. Iam verò literam percurramus dicentes; quòd ex hoc primo versu: vbi admonet Ecclesia nocte surgendum nobis esse,& vigilandum: exprimitur tempus proprium,& cōgruū huic hymno decantando in officio, scilicet matutinali: quinimmo in eius ferè principio,& ante Psalmorum modulationem. Quod sanè matutinum officium secundum primitiuæ Ecclesiæ institutionem; circa medium noctis celebrare, ac persolui solitum est: ad imitationem(vt prædictum est) sancti Prophetæ dicentis: media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuę. Et adhuc in pluribus insignibus Ecclesijs (vt sacrosanctę Virginis Mariæ aræ cœli Romæ, & in compluribus alijs: in omnibus etiam ferè monasterijs, & religiosis domibus)obseruatur hic modus celebrandi officium matutinum circa medium noctis spatium. Canitur autem nocturnale officium media nocte,primò quia primogenita Aegypti de nocte interfecta sunt, & primogenita Israelis saluata. Vt igitur Dominus seruet nobis primogenita nostra,idest hæreditatem regni cœlestis,quam nobis primogenitus Dei filius acquisiuit: Ideo ei, canimus officium nocturnale ne simus sicut Esau, qui pro edulio lenticulæ rusticæ,perdidit primogenita sua. Secundo quia Dei filius fuit media nocte natus iuxta illud sapientiæ. Cum enim quietum silentium contineret omnia,& nox in suo cursu medium iter haberet; omnipotens

Beatus Greg. author.
Iacobus.
1
Psal. 118.
Exod. 12.
Hebr. 12.
Genes. 25.
7.9.1.
c.quàm periculosum
Sap. 18.

nipotens sermo tuus exiliens de coelo à regalibus sedibus uenit Iesus filius tuus.
Vt ergo ipsius natiuitati grati simus; eum de nocte laudamus, & gratias de ip-
sius natiuitate agimus. Tertio, ut noctes delictorum nostrorum illuminaren-
Act.16. tur. Vnde Paulus, & Syllas in vinculis existentes media nocte orantes, hymnū
cunctis audientibus, dixisse memorantur: Vbi terrę motu facto repente ianua
sponte patefacta est; & eorum vincula illicò sunt soluta. Quartò propter car-
nis illecebras; Nam psallendo, & orando, vigilia honestatis carnis macerat, &
Eccles.31. domat. Sed ad aliū modo transeamus tractatum: præmittentes; quòd nox tri-
2 pliciter secundum Iacobum de Valentia sumitur in sacra scriptura: & primo tē-
Iacob.de valen.in Psal.1. poraliter; & tunc nox est absentia diei: secundo moraliter; & tunc nox dici-
tur aduersitas: Tertio sumitur allegoricè; & sic lex uetus dicitur nox. Nocte
igitur idest lege omnino relicta, & abiecta, quæ secundum literam occidit, &
perimit: surgamus, & vigilemus in clara luce Euangelij: ut diuino illius splendo-
re collustrati, fide integra, & germana intueamur te Dominum Deum nostrū.
Secundum ergo hunc intellectum infideles hic uocari uidentur: nempe ut ab
infidelitate surgant, & ad Iesum Christum vigilent. Vel sic, & uocat nos fi-
deles: nocte, idest ex hac mundana, & adhuc remissiori uita, & in terrenis impli-
cata; quæ nos à summo bono abstrahit, & in mæstitias, & sollicitudines mer-
git, & in mortem deniq; nos rapit, surgentes; vigilemus bonis operibus: nos
met ipsos componentes, atque adornantes; vt honestiores, & decentiores aulā
3 ingrediamur cœli. Vigilemus itaque, quia Dominus veniet sicut fur in nocte.
1.Thess.5. Mar.13. Vigilate (inquit) quia nescitis diem neque horā; an mane, an sero, an media no-
cte: Vigilemus (inquam) hoc est operemur bonum. Beatus enim ille seruus,
Luc.12. quem cum uenerit Dominus, inuenerit vigilantem in bonis operibus; quia su-
per omnia bona sua constituet eum, idest, ipse in Dei gloria collocabitur.
At quoniam uigilia nostra esse debet in meditatione noui, ac etiam ueteris
quandoque testamenti: Idcirco subsequitur. *Semper in psalmis meditemur, atq;*
4 *Viribus totis, Domino canamus Dulciter hymnos.* Iubemur hic semper in Psalmis
meditari: quæ quidem sententia cum illa conuenire uidetur: qua præcipit nobis
Psal.94. Dauid sanctus: vt in psalmis iubilemus Deo: inquit enim ipse, venite, exulte-
mus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. Præoccupemus faciem eius in
confessione, & in psalmis iubilemus ei. Quare sicut nostra mater Ecclesia
vocauit, & inuitauit nos, ut meditemur in Psalmis: Ita Dauid sanctus uocat
nos ad confitendum Deo, atq; ad psallendum, eique iubilandum. Vel potius
5 hęc sententia conuenire uidetur illi; qua præcipit nobis Iesus: vt semper ore-
Luc.18. mus; quæ profectò sententia obligat semper, sed non ad semper: Nam hæc
dictio, semper, non importat continuitatem temporis, quia necesse est, oratio-
nem interrumpi tempore dormitionis, & aliquarum aliarum necessitatum: sed
benè importat constantiam, siue, insistentiam orationis temporibus, & horis ad
6 orandum congruis: Hinc Basilius magnus dicebat. Refectioni vna hora sit or-
In Epist. ad sanctum Grego.tom.2. dinata; quæ eadem suo recursu certa seruetur; Ita ex 24. diurnis, ac nocturnis
horis vix liceat istam ad corporis alimoniam impendere: reliquis verò mentis
exercitio vacetur. Sic hoc loco dicemus etiam, nos semper in psalmis meditari, &
non deficere: quando horis canonicis rogare non desistimus; & distinctis horis
tam nocte, quàm die competenter septē vicibus horas canonicas persoluemus:
Dictum enim septē horarū canonicarū officiū, iura canonica pensum seruitutis

ap-

pellant. *In psalmis meditemur*, *dicit*, Psalmos.n.quos propheta Dauid cantauit: c.1.de celeb. miss.
euangelicè nos cantamus;quia tota lex Euangelica continetur propheticè in libro psalmorum:Ideo ecclesia in omnibus officijs frequentat,& cantat psalmos Dauid simul cum Euangelio. Nam in officio matutinali cantat tres nocturnos cum psalmis Dauid,& lectionibus de ueteri testamento; vel de aliquorum antiquorum Patrum doctrina.vel uita:vt nos uiuere doceat ad illorum sanctissima instituta,correspondentia moribus patrum veteris testamenti: sed in tertio nocturno cantat Euangelium:per quod denotatur concordia, & consonantia legis euangelicæ cum ueteri testamento. Meditari igitur in psalmis, non
7 in lasciuis cantilenis:non in comœdijs:non in choræis;non in ludis;oportet: In sacris enim canonibus nobis huiusmodi prohibentur: Quandoquidem Hieronymus ad Damasum Papam ita scribit. Sacerdotes Dei omissis Euangelijs: & prophetis uidemus comœdias legere;amatoria buccolicorum versuum verba cantare: tenere Virgilium in manibus:& id,quod in pueris adest causa necessitatis,crimen in se facere voluntatis. Meditemur,dico,in psalmis non ore tenus;
8 non labijs tantum: quid enim prodest strepitus labiorum: si mutum est cor? orare enim ueraciter: est amaros in compunctione gemitus,non verba composita resonare. Nihil igitur cogitet animus,quàm id solum quod precatur. Insuper canamus dulciter hymnos: quia in natiuitate Domini post apparitionem factam pastoribus concinuisse hymnum auditi sunt & Angeli. Testatur enim Lucas.nam & subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum,atque dicentium hymnum hunc, Gloria in excelsis, & in altissimis Deo;& in terra pax hominibus bonæ voluntatis: reliqua adiecta referuntur à Symmacho Papa. Cum Angelis ergo canamus,ut de numero Angelorum si-
9 mus:Vnde apte quidem & apposite solebat dicere Basilius magnus ad beatum Gregorium scribens: Quid itaque beatius esse poterit, quàm in terra tripudium Angelorum imitari,mox orto die ad precationes properantem hymnis,& odis venerari creatorem,deinde inclarescente iam sole ad opera manuũ cõuersum,precatione nusquam non concomitante,& hymnis quasi sale quodam condire operas? Hilarem namque, & iucundum animi habitum hymnorum so-
10 latia largiuntur. Quod Paulus quoq; monet, cum ait, impleamini spiritu loquentes vobismet ipsis in Psalmis, & hymnis,& canticis spiritualibus: canentes, & psallentes in cordibus uestis Domino. Dominum etiam dixisse perhibet Matthęus, cum inquit; & hymno dicto; exierunt in montem oliuarum.

Dis.17.c.sacerdotes. Hieronymus. Clementina vnica de reliquijs & uener. san per glos. Luc.2. Basil. mag.in Epist.ad beatũ Greg.tom.2. Ephes.5. Matt.26.

Quid profutura verò sit cantatio hymnorum:pergit, dicens. *Vt pio Regi pariter canentes, Cum suis sanctis mercamur aulam, Ingredi cœli, simul & beatam ducere uitam.* En modo,quod haurimus à iugi Psalmorum; hymnorumque modulatione adeptionem scilicet æternæ beatitudinis;sine fine ergo perseueremus in Psalmis,hoc est,in bonis operibus:persoluamusque Deo nostro suauiter nostros hymnos,& laudes totis uiribus, animo,scilicet,& corpore.

Ad hæc pio regi nostro Christo canentes, demus etiam laudes;ut sicut corpore,& animo pio regi hymnos concinuimus; pariter anima, & corpore mereamur ingredi regnum æternę beatitudinis: & habere simul cum sanctis suis ipsam uitam æternam. Aulæ verò dicuntur domus regiæ, siue principum.

Porrò hæc vox,pio Regi debet nos magis excitare ad laudes,quia naturaliter erga omnes pios afficimur; sed magis tenemur affici erga regem tam pium:qui

pro

pro nobis animam suam posuit; vt mereamur ingredi cęli ianuam; & in uisionem adduci paternæ gloriæ. Et vt beata deitas nobis dilargiatur petita, prosequimur humiliter dicentes. *Præstet hoc nobis deitas beata Patris, ac nati pariterq; sancti Spiritus, cuius reboat in omni gloria mundo. Amen.* Est autem in Christo domino nostro, non solùm humanitas, sed etiam deitas: si quidem deitas in eo est, qua ante omnia sæcula in forma Dei æqualis est patri: humanitas vero in eo

Leo. est, qua nouissimis diebus: inquit Leo; in forma serui vnitus est homini. Gloria ergo, & laus trinitatis sanctissimæ reboat, & resonat in omni mundo, & bene

Act. 2. in omni mundo: siquidem Parthi, & Medi, Elamitæ, & habitantes Mesopotamiam, Iudæam, & Cappodociam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, Pamphyliam, Aegyptum, & partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenem, & aduenæ Romani, Iudęi quoque, & proselyti (dicunt gentes, audiuimus, quòd ipsi locuti sunt, nostris linguis magnalia Dei: nam & tunc uerificatum est illud, quod per Ioelem dicit do

Ioel. 2. minus, in nouissimis diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem; & filij vestri prophetabunt.

Diebus Dominicis ad Laudes Hiemales Matutinas Hymnus Tertius.

Beatus Amb. Author. Psal. 103. Genes. 8.

Aeterne rerum conditor, & reliqua. Ecclesia sancta veritatis columna, omnia in sapientia Deum fecisse, & creasse cum propheta agnoscens: ac tēporum tempora dedisse: in hunc quoq; mundum autem illum nomine gallum; velut nocturnam lucem uiantibus creasse; noctem quidem à die segregantem: cuius voce quoque petram culpam diluisse perhibetur: hoc (laudando Deum) suauissimum eructauit canticum: In quo ipsum quidem commendare intendit, qui æternus est, idest, sine initio, & fine: & rerum omnium, visibilium scilicet, & inuisibilium creator Deus: deinde describit multiplicem vtilitatem, & commoditatem quæ hominibus in ipsa hora prouenire solent, nempe in aurora, qua instituit istud canticum ab ecclesiasticis viris cantari debere: laudes enim Dei tali hora deuote recitando, in anima Dei electa omnia illa mysticè spiritus sanctus operatur, quæ gallo canenti tali hora attribuuntur, ut in expositione hymni de-

1 monstratur. Quòd autem æternus sit Deus; patet: quia sicut Deus est vbiq; semper præsens: quamquam præsentior sit diligentibus, & negligentibus adsit: nullo tamen loco circumscribitur, vel continetur, sic æternus est; & nullo tempo

2 re mesuratur: Cum ipsi tempus nullum competat siue præteritum, siue præsens, siue futurum: Nam tempus præsens esse non habet, quia semper pertransit: Deus autem semper manet idem; tempus præteritum modo non est, nec habet

Psal. 101. esse subsistens: sed de Deo dicitur in Psal. ipsi peribunt: tu autem permanes: similiter tempus futurum non est sed expectatur: Deus autem semper est, quia est principium sine principio & sine fine; Nec perpetuum, cum perpetuum habeat principium cum tempore, licet sine fine, ut anima. Sempiternum est, quod nec habuit principium sub tempore, nec finem habebit, sicut æternum. Temporale est, quod incipit cum tempore, & habet finem, ut corpus nostrum.

3 Rerum omnium item dicitur conditor Deus noster; hoc est, corporalium; vt

sunt

ſunt elementa :ſpiritualium; ut ſunt Angeli : compoſitarum ; vt homo . Vnde nota, quòd Deus omnia ſimul creauit ; nec aliquam nouam ſpeciem poſtmodum addidit,quam prius non fecerit : ſicut enim in mente artificis prius eſt forma rei,quàm opus exeat; ſic ideæ rerum ante mundi conſtitutionem erant in mente creatoris : quod factũ eſt in ipſo uita erat: Nõ enim aliquid extra ſe aſpiciebat,ſecundum quod mundum faceret . Ex hoc patet , quòd omnis creatura prius in Deo exiſtit,quàm in ſe ipſa,quæ cum ab ipſo per creationem proceſsit, ab ipſo quodammodo diſtare cæpit : Vnde rationalis creatura ad ipſum redire debet; cui primò coniuncta fuit, antequam eſſet. Cæterum qualiter Deus conditor noctem, & diem regat; nunc exprimit Eccleſia ſancta dicens. *Noctem, diemq; qui regis : Et temporum das tempora* . Christum noctem ; diemq; regere neminem latet : Apud Ioan.namque legitur : Pater vſque modo operatur,& ego operor : ſi quidem cum patre operatus eſt creando, modo operatur conſeruando : Vnde pſaltes . Tuus eſt dies, & tua eſt nox : tu fabricatus es auroram, & ſolem : modo regis, & diſponis non ſolum diem , & noctem : verum & omnium temporum diſtinctionem,& omnia à te creata ſunt in mundo . Similiter dat temporum tempora: hoc eſt alternationes ſua Deus prouidentia,& viciſsitudines temporum facit,diei,ſcilicet,& noctis,ac cæterorum huiuſmodi : diuidit enim , & alternat,ac mutat tempora : Videmus enim ; quòd aliquando in magno frigore ſumus; & ſic hieme:aliquando in magno calore & ſic in æſtate: aliquando verò neque in frigore,neque in calore; ſed in temperatiſsimo aere; & ſic in vere : En modo quomodo Dominus noſter dat temporum tempora;omniaq; ſua diuina prouidentia regit,& gubernat. Sed myſtice:regis noctem Domine,& diem, ideſt, & infidelem, legem veterem ſequentem,ideſt,noctem; & fidelem,atque Chriſtigenam, nouam legem amplectentem , atque obſeruantem, ideſt,diem,& vt vnico verbo dicam; peccatorem , & iuſtum regis . Nam quæcunque hic de nocte, & de gallo , & eius nocturno cantu dicuntur , ſenſibiliter, atque corporaliter , ad literam primum intelligenda ſunt ; vt prima facie ponuntur; deinde verò ad ſpiritualem transferenda ſunt intelligentiam , & in myſtico accipienda ſenſu;quo nox,& tenebræ peccatũ,ſiue peccatorẽ ſignificãt.Nam nox in ſacra ſcriptura pro peccato,& peccatore ſumitur: ſomnus vero torporem, & inertiam in peccato ſignat : Lux autem diuina , diuinæ gratiæ fulgorem indicat : vt etiam dicitur in hymno infra poſito; qui incipit. Nox,& tenebræ,gallus Chriſtum; eius verò cantus vocem Chriſti inſinuat, nos per Euangelium,& doctrinã apoſtolicam excitantis : vt excuſſo torpore noxio ad bonum opus euigilemus , & exurgamus . Notandum demum,quòd hymnus iſtius materiæ conformitati prope modum reſpondet,ac cognatus eſt hymno infra poſito; qui incipit ; Ales diei nuncius . Sed ad quid Deus det temporum tempora,iam ſubdit; nempe. *Vt alleues faſtidium* . Huiuſmodi enim uariatione,mutatione, alternaq; illorũ ſucceſsione faſtidium tollitur : quod nobis inferretur,& daretur:ſi vnius dumtaxat ſortis,& conditionis iuge tempus haberemus: ſi enim continuus foret dies ſine nocte:id ſanè tædium nobis ingereret; & tanto magis , ſi perpetua nobis eſſet nox ſine die; Miſer enim homo, ſi ſemper dies eſſet:nimis laboris ſtudio affectus,periret : Pari modo ſi ſemper nox eſſet , deficeret,& torpore:& inertia, & propter tenebras. Fuit etiam iſta datio temporum non tantùm homini : ſed etiam feris vtilis ; quoniam nox non tantum hominibus requiem adducit, & di-

Ioan. 1. 4

Ioan. 5. 5

Pſal. 73.

Geneſ. 1.

6

Greg. Magnus in lib. moraliũ. 29. cap. 9. & 13.

7

8

urnis fessos labribus fortiores reddit; sed ipsis etiam feris liberam prodeundi facultatem præstat: Dies item homini, & alijs mansuetis animalibus destinata est;ne immitia,simul & mitia in vnum conuenientia mutuò læderentur: Iuxta illud Dauidicum: in ipsa, scilicet, nocte pertransibunt omnes feræ syluarum; ortus est sol; & congregatæ sunt in cubilibus suis. Item & tunc exibit homo ad operationem suam; & sic mansueta ab immansuetis non læduntur. O patris potentiam; O filij sapientiam; Spiritus sancti bonitatem: quàm admirabile est nomen tuum: Valde enim admirabilia esse apparuerunt: alio nimirum opere ad aliud optimè se habente: & omnibus in uniuersum inter se ad vnius mundi perfectionem tendentibus. Quapropter æterna Dei sapientia hominis, ac bruti rationem habens, diei, & noctis, & æternum posuit spatium, & temporibus tempora subeuntia: ut alleuet fastidium.

Sed quid dicat Ecclesia, dispiciamus. *Præco diei iam sonat: Noctis profundæ per-*
9 *uigil. Nocturna lux uiantibus, A nocte noctem segregans.* Præco diei hic dicitur gallus, auis domestica, & satis quidem nota, qui quatuor hic proprietates habere describitur: nempe primo, ut sit diei propinqui nuncius: sui siquidem cantus pręconio diem propinquum nunciat. Secundo dicitur noctis profundæ peruigil: quoniam noctæ intempesta, dum cætera animantia sopor altus habet; vigil ille excubat, magisq; clamorosè cantat: quàm monefaciat; ut magis excitet sopore grauatos. Tertiò dicitur nocturna lux uiantibus. quo ad munus & officium; quia noctu iter agentibus significat horas: non secus ac interdiu uiam carpentibus lux solis eas insinuat, & conspicantibus solem, temporisq; decursum nunciat. Quartò & vltimo diei præco memoratur segregare à no-
10 cte noctem: Habet enim nox sex partes, siquidem sero, siue vesperum, conticinium, intempestum, gallicinium: crepusculum; mane; has enim noctis partes dissepárat suo cantu per insitam uim quandam illi à diuina prouidentia; qua ordinatissimè erumpit in cantum in ijsdem noctis partibus, siue temporibus, quasi

Iob. 38.

noctis discretor: Vnde ex hoc non immeritò de eo percontatur beatus Iob. quis (inquit) dedit gallo intelligentiam? eius enim cantus est suauis in noctibus, nec solum suauis; sed etiam utilis, qui quasi bonus cohabitator, & dormientem excitat, & sollicitum admonet, & uiantem solatur; processum noctis canora significatione protestans: hoc canente, latro suas relinquit insidias: hoc ipse lucifer excitatus oritur, cœlumque illuminat: hoc canente mæstitiam trepidus nauta deponit, omnisq; crebro vespertinis flatibus excitata tępestas, & procella mitescit: hoc canente deuotus affectus exilit ad precandum; legendi quoque munus instaurat: hoc postremò canente ipsa Ecclesię petra culpam suam diluit, quam prius quàm gallus cantaret ter negando contraxerat: istius cantu spes omnibus redit. ægris leuatur incommodum, minuitur dolor uulnerum, febriũ flagrantia mitigatur: reuertitur fides lapsis. Iesus titubantes respicit, errantes colligit; Denique respexit Petrum, & statim error abscessit: pulsa est negatio, secuta est confessio. Hæc Ambrosius. quæ verè apparent epilogus totius huius pręsentis hymni. quia in istis verbis totus hic verbum de verbo recitatur hymnus. Mysticè modo literram nostram perpendamus: dicentes præco di-
11 ei, idest, verbum Dei, iam sonat, hoc est, lumine gratiæ nos excitat, & uocat nos à somnolentia peccati surgere: iuxta illud Apostoli, surge, qui dormis; & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus, qui & Lazarum excitauit: cùm ait, Sed uado: ut

Ambr. in exameron in descrip operum quintæ diei.

Ephes. 5.

do: ut à somno eum excitem. Vel præco, idest, Ioannes Baptista diei.i.Christi: Ioan.8.
Christus enim se diem appellauit: ego sum lux mundi. Ego sum dies; vos ho Ioan.11.
ræ. Est etiam Ioannes nocturna lux uiantibus; quia de illo dixit Dominus Ioan.5.
Ioannes erat lucerna ardens, & lucens ad illuminandum, & ad inflammandum Ioan.1.
nos iam in tenebris, & in frigore vmbræ mortis sedentes missus est. Homo
namque minus est à Deo, cui nomen erat Ioannes; & per ipsum, qui testimo- Isaias.9.
nium de Christo perhibuit, populus, inquit Isaias, gentium qui ambulabat in
tenebris, vidit lucem magnam, habitātibus in regione vmbræ mortis lux orta 13
est eis. Multa circa quatuor præcedentes versus potuissent dici: sed nolo nimia prolixitate alijs esse fastidio. Quęnam verò alia bona ex hoc præcone hauriantur; nunc prosequitur, sic inquiens. *Hoc excitatus lucifer, Soluit polum caligine: Hoc omnis errorum chorus, Viam nocendi deserit.*

Lucifer est stella illa matutina, quæ solis ortum suo splendore; ut nuncius præuenit: quæ vulgari; poeticoq; more dicitur excitare per ipsum diei præconem, quasi prius sopore fuisset depressa, & galli cantu excita se prępararet ad ortum: Paulo enim post tempus galli cantus, Lucifer exoritur; & cœlum ipsum à caligine, hoc est, à vapore tenebroso purgat, & mundat; quia cum exoritur, secum ferè maiorem alijs sideribus splendorem. Tunc itidem omnis malefactorum turma, & caterua, uel exercitus nocendi finem faciunt: qui enim malefacit, inquit Ioannes, odit lucem: & malè agendi audacia tenebis crescit: sed ut diximus, in ipso galli cantu diem vicinum nunciante, fures, sicarij, & latrones noctis Ioan.3.
opacitate nocendi occasionem ante nacti, à suis desistunt maleficijs, lucis propin
quitate deterriti. Sed spiritualiter literam reserantes, sic dicamus: Hoc, idest, Ioan.14.
à patre, lucifer, idest Christus exiens & splendorem diuinæ gratiæ præseferens, soluit polum, hoc est, aufert animam fidelem à Diabolo; & illum iam principem mundi misit foras, uel soluit polum, idest, animam fidelem à caligine, hoc est, à nigredine peccatorum mundat. Similiter & hoc, scilicet Christo domino nostro aduentante omnis malignorum spirituum caterua viam nocendi deserit: di-
cit enim psaltes: Tu domine contribulasti capita draconum in aquis; similiter Psal.73.
alibi: Hoc Christo exurgente imperatum est uentis, hoc est, multitudini aereo- Matt.8.
rum Dæmonum, seu spirituum; & facta est tranquilitas magna. Pari modo hoc, scilicet, Christo, prædicante suum Euangelium, & veritatem, omne conuenticulum, ac secta hęreticorum deserit maledictam sententiam alijs nocendi.

Et quoniam, sicut nauta prę nimio dolore noctis fatigatus tendit ad portum: vt ibi recolligat vires, aliquantulum requiescens: sic anima fatigata in nimio labore vitiorum tendit ad portum, hoc est, ad Christum: & hoc est, quod subdit. *Hoc nauta vires colligit, Pontique mitescunt freta: Hoc ipsa petra Ecclesię. Canente culpam diluit.* Nocturno enim tempore ingrauescentes maris tempestates ob negatum lucis diuinę beneficium magis formidantur à nautis. Iactati igitur grauibus procellis intempesta nocte, cum galli cantum audiunt nautę vires, animumq; reuocant: quia ob speratę diei propinquitatem sedatior fieri solet tempestas, & mitescere ventorum fragor, ac procellarum fremitus. Igitur sic dicamus. Hoc, nempe Christo Domino, & ab eo ductor nauis colligit vires, idest virtutes: hoc est, peccator existens obrutus in mari peccatorum, currit ad portum, nempe Christum prædicantem: ut virtutes bonas, & vires bonæ operationis reassumat, sic freta, idest, ebullitiones vitiorum: pontiquę, idest, concupi-

centiæ mitescunt,& in eo esse cessant. Vel sic, nauta, idest, Petrus Archiapostolus existens in mari ad piscandum cum germano suo Andrea nomine; auditis Christi uerbis, scilicet,faciam uos fieri piscatores hominum, colligit vires. Similiter cum ambulantem in fluctibus,ne mergeretur,erexit ita, vt uires colligeret,& ipsum de profundo pelagi liberauit. Hoc inquam, nempè per Christum,canente,ipsa petra Ecclesiæ,idest,Petrus (sic enim dictus est,quia post resurrectionem Christus ædificauit super eum,tanquam solidissimam petram,Ecclesiam;& voluit eum tanquam basem,& fundamentum sustinere hanc suā sanctam Ecclesiam,idest eos,quos ipse redimeret) culpam trinæ negationis flendo,& pœnitendo diluit,siue deleuit.

Matt.26. Nam audito (ut fatur Matthæus) galli cantu,recordatus est uerbi Dei,quod ante dixerat:antequam gallus cantet, ter me negabis;egressus foras,& conuersus,fleuit amarè. Quòd autem ad galli

Alber. magn. uocem redijt,& culpam diluit Petrus,mysticè designatur inquit Albertus ma-

Luc.22.t.2. gnus,quia ad uocem prædicatoris peccator reuertitur propter gallis ex proprie

15 tates:quarum prima est,quia percutit se ante cantum, quod corporis significat castigationem,ut Paulus inquit,castigo corpus meum,& in seruitutem redigo,

2.cor.9. ne fortè cum alijs prædicauero,ipse reprobus efficiar. Secunda est, nam intelligentiam habet distinctionis horarum,serò,an media nocte, an galli cantu;

Marc.13. an manè. In omnibus illis horis præcipuè cantant galli: serò in prima hora no

Nota. ctis propter iuuenes,media nocte propter in uirili ętate existentes, galli cantu

Iob.38. propter senes. Manè autem quando iam alia lux oritur propter eos, qui ulti-

Prouer.30. mo senio sunt confecti:secundum Iob;quis dedit gallo intelligentiam? Ter

Luc.12. tia proprietas est,quia gallus, sicut dicitur in prouerb. benè graditur in hoc, quòd succinctos habet lumbos;vnde sint lumbi uestri præcincti,hoc est,carnis, luxuria per continentiam restricta. Quarta proprietas: gallus inuentorum granorum est communicatiuus cum infimis sui generis,hoc est, cum gallinis, & hoc competit prædicatori;ut sua communicet:fuerunt illis omnia communia,

Act.4. & distribuebatur vnicuique,prout cuique opus erat. Quinta proprietas est, in capite ardens rubicundissimo colore:quod significat decorem fidei per dilectionem operantis in mente. Sic enim dicitur; candidus est in veritate fidei; & rubicundus calore charitatis & ardore. Sexta proprietas est, quòd pugnax

Cant.5. animal est. Vnde & natura sibi calcar acutum dedit,quo pugnat,& hoc significat audaciam pro gallinis,hoc est,congregatione commissorum se exponendi.

2.cor.12. Ego libentissimè impendam,& superimpendar ego ipse pro animabus uestris. Et quia iste preco non cessat nos uocare, & excitare, ideo additur magna exhortatio facta nobis ab Ecclesia,& dulciter nos sic monet:ò filij, *Surgamus ergo strenue. Gallus iacentes excitat: Et somnolentos increpat: Gallus negantes arguit.* Hic acriter reprehendimur,quòd quoti die uocati sumus à prophetis, ab apostolis,& ab euangelistis ad uitæ nouitatem,ueniam, gratiam,immo & ad gloriam;& tamen non audimus; sed audiamus illam (preamandi fratres) & surgamus de nocte,& demus Deo nostro creatori laudem, honorem,& gloriam: sicut fas est. Non ne hic uidemus,quòd Christus nos iacentes, & prostratos in lecto excitat,& vocat? Immo,& omnes eius Apostoli, & prædicatores quotidiè hic Romæ in ecclesijs,& omnibus in locis,uicis,castris, & ciuitatibus excitant nos ad bene agendum. Nam quid aliud est iste gallus hoc loco, nos excitans,nisi prophetæ,sancti apostoli,& prædicatores nostri temporis,ut bene.

hoc etiam

hoc etiam aduertit Beatus Gregorius,cum inquit:Qui nam alij galli nomine si gnant,nisi prædicatores sancti? qui inter tenebras vitæ præsentis student ventu ram lucem prædicando,quasi cantando nunciare? surgamus (inquam) strenuè festinanter,atque cum omni sollicitudine statim,atque nocte hunc suauissimũ, dulcem,& misericordem;immo vndecunque omni misericordia refertum galli cantum audimus,quia dormientes in nocte,hoc est,in peccatis increpat ista galli cantus vox sancta reprehendit omnes, negantes scilicet surgere, & depeccatis,& de lecto in nocte, quia sicut ille, qui dormit, ineptus est ad omne opus,sic anima nostra in peccatis manens, inanis efficitur Deo. Non sis tar Greg. in libr. moral. 30. c. 1
dus,ò sacerdos sancte,non sis,ò leuita,non sis ò diacone:non sis ò clerice: (qui 16
in Domini sortem vocatus es:assumptusque in hæreditatem: eamque assecutus es: ut cum propheta debeas iugiter psallere: Dominus pars hæreditatis meæ &c.) non sis piger,atque segnis ad reddendum Deo uota tua, & laudandum dominum Deum tuum. Vnde Salomon dicebat. Melius est non uouere,quàm post vota promissa non reddere:vnde & versus. Dandi tolle moras,dando citò munus honoras. Munus dedecoras inueniendo moras. Sed quid boni,si strenuè surgimus,cum à gallo excitamur, promittitur nobis refundi,sic prosequitur. *Gallo canente spes redit: Aegris salus refunditur: Mucro latronis conditur: Lapsis fides reuertitur.* Spes, inquam, redit euadendi cuiuspiam periculi:quod horrida noctis opacitas reddidit grauius, & formidabilius. Tunc etiam ægris salus instauratur: morbus enim nocte ingrauescens sæpenumero circa diluculum fit lentior. Præterea tunc etiam mucro Psal. 15. Eccle. 5.
latronis absconditur,eiusque vagina reponitur:quia ob diei aduentum à latro 17
cinio etiam inuitus latro cessat. Demum tunc lapsis fides reuertitur:vt Beato Petro,qui ante negando prolapsus; galli per cantum ad fidem reuersus est. Verum vertentes sensum,dicamus sic;gallo canente,idest,Christo per suos prædicatores prædicante,spes,& fiducia recuperandæ salutis, redit: & peccatores quantumlibet vitiosi,ac indurati redeunt ad spem veniæ, & salutis: & sic ægris peccatoribus salus,& medela à peccatis refunditur. Porrò mucro,& gladius diaboli conditur;hoc est,insidiæ diaboli:quæ vt mucro cædunt hominem,& cruciant animam æternaliter. Vel mucro (prædicatoribus canentibus) idest falsa doctrina cuiuscunque mali hominis,& seductoris reprobatur, ac fugit: quia per Christi doctrinam hæretici,& cæteri huiusmodi sunt reprobati. Fides tamen etiam istis quandoque per eorum pœnitentiam,& prædicatorum nostrorum prædicationem reuertitur. Et quoniam gallo canente spes redit, ideo vertit se pia nostra mater ecclesia ad sponsum suum Iesum;ipsum rogans, ne patiatur quemquam prolabi in tale vitium,& ait. *Iesu labentes respice: & Nos uidendo corrige. Si respicis lapsi stabunt, Fletuque culpa soluitur.* Vbi non
sine causa Iesus in auxilium,& salutem nostram inuocatur:Iesus siquidem sal 18
uator interpretatur:quia cunctis salutifer uenit:vt Matthæus ait: & Gregorius post eum;Potestatem enim habet dimittendi peccata, sicut ipse dicit, cum inquit;vt sciatis,quia filius hominis potestatem habet in terra dimittendi peccata. O beati illi,qui sæpe hoc nomen Iesu inuocant:Nomen quidem Iesu,nomẽ dulce;nomen delectabile:nomen Iesu,nomen quidem confortans: quid est enim Iesus nisi saluator? Ergo Iesu propter nomen sanctum tuum esto nobis Iesus Matt. 1. De immuni. eccl. ca. decet demum in 6. Mar. 2.

 & salua

19 & salua nos. Et nota, quòd hoc nomine Iesus ab Angelo in conceptione vocatus est: Euangelista testante: vocabis (inquit) nomen eius Iesum, & ab omnibus in circuncisione: sic vocatus est: Iesus hebraicè dicitur Mesias, Græcè Christus, latinè unctus, vel saluator: eo quòd saluum faciet populum suum; uel quia ipse nobis salutem dedit. Præterea Iesus uocatur etiam & hebraicè Emmanuel, quod est nobiscum Deus, nobiscum enim est per præsentiam maiestatis, per participationem veritatis, & per vinculum caritatis, & per adimpletionem veritatis, vocatur etiam Iesus, via, veritas, & vita. via in exemplo, vel præcepto, ueritas in promissione, uita in prœmio. Sabaoth verò, idest Deus exercituum, siue militarium virtutum, siue victoriarum interpretatur, vel omnipotés, vt ipse sit, qui exercitus Angelorum, atque hominum disponit. Adonai, quòd est Dominus, ut iuxta illud: Domine dominus noster quàm admirabile est nomen tuum iu uniuersa terra: Dominus inquam, fortis, & potens, dominus potens in prælio. Vocatur Iesus insuper, secundum Isaiam, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri sæculi, & princeps pacis. Admirabilis in creatione, consiliarius in integra rerum cognitione, Deus in rerum creatione, fortis in rerum dispositione, pater futuri sęculi in meritorum tributione. Princeps pacis dicitur, uel quia fuit mediator Dei, & hominum, vel etiam hominum, & Angelorum; uel quia confert illis pacem, quæ exuperat omnem sensum. Demum Iesus dictus est Nazarenus a quodam uico Galilææ. Deus dictus propter vnicam cum patre substantiam: Dominus verò dicitur propter seruientem creaturam. Deus & homo dicitur, quia verbum, & caro. Verbum dicitur, quia per eum pater omnia condidit; siue iussit. Imago propter similitudinem patris. Sed nunc ad expositionem literæ deueniendo sic repete: & dic: quia prædicatore prædicante, spes redit. Tu ergo, ò Iesu dulcissime, saluator mundi respice nos misericordia tua: & nos videndo, hoc est, miserando, corrige, & castiga, & purga nos ab omni crimine, & peccati labe: si enim tu respexeris eos, qui lapsi sunt, profectò benigno tuo intuitu lapsi omnes resurgent, & stabunt, & permanebunt; ut iusti ante oculos tuos. Sunt etiam quidam; qui legunt hunc versum sic, si respicis, lapsus cadunt: qui & sic etiam stare, ac legi potest: dicentes sic: si respicis, tunc lapsus, idest, peccata nostra, & culpæ; quibus prolapsi sumus: cadunt, ac per te destruuntur, delentur. Culpa etiam soluitur, & purgatur; nempe non solum Petri culpa fletu, & lacrymarum gemitu, sed etiam omniũ Petri contritionem similem habentium expiatur peccatum. At verò: quoniam

20 peccata ò Christe, quando nos respicis, remittis: ideo te suppliciter exposcimus dicentes. *Tu lux refulge sensibus: Mentisque somnum discute.* Hoc loco lux est ipse Christus: qui est lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Tu ergo o Christe, qui, inquam, es lux mundi, illuminans nostras mentes, & animam nostram, refulge, & illumina eam, & discute, ac remoue somnum, idest, peccatum, & torporem omnem nostrum in eo: mens enim nostra, quæ diu cogitauit aliquid agere, quod non licet; dormire in illicitis, idest, in peccatis dicitur; & ideo hunc illicitum, & nefarium mentis nostræ somnum à Deo remoueri exposcimus: vt ab eo sic visitata, & tacta, excitetur, & erigatur ad cœlestia desideria. Præterea nota, quod Christus secundum vtramque naturam dicitur lux; quia secundum diuinitatem illuminat intus animam; & secundum humanitatem informat exterius uitam; & hoc


Matt. 9.
Luc. 1.
Psal. 8.
Psal. 23.
Phi 4.
de pœn. dis. 1. c. si sacerdos.
Psal. 5.
Ioan. 1.

& hoc miraculis, prædicationibus, & exemplis. Primum est potentiæ secundum sapientiæ: Tertium bonitatis. Cur autem illuminari intus mentes nostras, & exterius vitam nostram petimus, subiungitur ab authore, cum ait. *Te nostra vox primum sonet: Et ora soluamus tibi*. Et hoc ad honorem tuum Domine; vt scilicet, nostra vox sonet, & laudet te, idest nomē tuum, quod est, Iesus, Primùm: iuxta illud hymnicum: Te primum lingua concinat: hoc est: ante omnia, & antequam aliud negotium peragendum aggrediamur; ut sic tibi psallentes; placeamus tibi ore, voce, & corde. Et sic patet hic in præsenti litera ordo præposterus, idest, figura illa, quæ hysteron proteron dicitur. Nam debebat dici prius ab authore, & primum ora soluamus tibi; deinde: nostra vox te sonet. Vbi 21
pro intelligentia hymnorum sequentium sæpe species huiusmodi tropi, & schematis continentium notandum est nobis: quòd talis prædicta figura causatur in ordine narrationis. Nam sæpe in sacra scriptura quædam narrantur in eodem ordine, quo gesta sunt: sed quandoque per anticipationem, aut interpositionem, quæ dicitur parenthesis, aut per recapitulationem, aut per suppletionem. Vnde totum secundum capitulum Gen. ponitur per recapitulationem, & suppletionem eorum, quæ prænarrata sunt in primo capitulo de ipso Adam. Item omnia, quæ scribuntur in libro deuteronomij, ponuntur per recapitulationem. Item omnia, quæ scribuntur in duobus libris paralipomenon ponuntur partim ad suppletionem eorum, quæ omissa sunt in libris regum, & partim per recapitulationem. Item in psal. 77. per anticipationem prius narrantur quæ gesta sunt in deserto, quàm signa, quæ facta sunt in Aegypto, ut ibidem expresse patet. Præterea; vt aliquid hic de nostro ponamus, habetur apud Modestinum iureconsul. & Imperatore Iustinianum sicut retia siccare, & ex mari deducere: Postremo in nostris quoque hymnis, vt diximus, multa sic præpostera interposita, recapitulata, & suppleta reperiuntur: ut patet, & potest videri in hymno matutinali secundæ feriæ, ibi, te primum lingua concinat, te mentis ardor ambiat. Nam primò menti 22
videtur conuenire, ut concinat, & ambiat Deum, deinde voluntati, postremò linguæ, & ori. Interposita verò expresse videntur exprimi in hymno ad laudes quartæ feriæ: cum ibi dicitur; nox & tenebræ, & nubila confusa mundi, & turbida, lux (ecce interpositio) intrat, albescit polus, Christus uenit, discedite. Hoc idem habes in hymno, qui incipit. Rex sempiterne domine: qui est positus ad matutinum in dominica in albis: Vbi magna, immo maxima interposita deteguntur. At recapitulata apparent, & suppleta in omnibus hymnis, & matutini, & laudum. Nam quid aliud narrat hymnus secundus ad matutinum positus, nisi quod dicitur in hymno primo? nempe, vt de nocte surgamus, & Deo psallamus, & sic deinceps de omnibus alijs, tum ad matutinum, tum ad laudes hymnis. Hoc idem manifestius apparet, & replicatur in hymnis aduentus, natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis, & corporis Christi. Omnes siquidem tales hymni (quamuis in huiusmodi solennitatibus plures sint, qui recitantur) narrant, & replicant vel CHRISTI aduentum, vel natiuitatem, uel passionem, uel resurrectionem, vel ascensionem, & sanctissimi corporis Christi sacramenti institutionem. Secundo loco notanda est figura, quæ dicitur metonymia, idest transnominatio: quia quan- 23

Gen. 1. 2.

Psal. 77.

L. legem Riparum. ff de rer. diui. in §. litorum quoque eod. inst.



doq; imò frequenter ponitur cõtinens pro contento,& e cõtra,ut patet in hymno innocentium primo: cum dicitur:perfunde cunas sanguine,& in multis alijs: & sic etiam aliquando artifex pro artificiato,& e conuerso:& effectus pro causa,
24 & e contra,& id genus reliqua. Item in scriptura multum frequentatur metaphora: qua fit nominis translatio ratione proprietatis: ut simplex homo dicitur agnus. Hæc autem figura in multis nostris hymnis prçsertim in hymno ferię tertię ad vesperas adinuenitur. Vbi per metaphoram viror gratiæ ad herbam virentem tertio die productam congruum habet responsum: similiter in hymno ferię quintę ad vesperas: dũ author per metaphorã quandam in quatuor vltimis versibus alludit ad piscium,& auium conditionem: petens à Deo nobis concedi,ut culpa grauis nullum ad ima degrauet,sicut pisces demerguntur aquis: nullũ etiam iactantia,& animi elatio sustollat ad alta auium per inane uolantium,& sic deinceps. Vltimò magna quoque detegitur metaphora in hymno sanctæ Marię Magdalenę: cum: dicitur: fit ex lebete phiala, in uas translatę glorię: significans,quòd Maria prius sordida,& atra uitijs, & feruens carnalibus concupiscentijs: facta est deinde munda,diuinęq;, gratię receptaculum,& uirtute adornata. Frequentantur etiam, & multæ aliæ in sacra scriptura figuræ: sed inter cæteras allegoria; de qua suprà dictum est: ideo modo cum nostra sancta eccle.
25 finiamus orationem nostram cum ea dicentes. *Deo patri sit gloria: eiusq; soli filio: Cum spiritu paraclito: & nunc & in perpetuum. Amen.* Vbi aduertendum est,quòd gloria,quam Deo hic damus,exterior dicitur: quia augeri, & augumentari potest,secundum quòd crescit numerus electorum in cœlo, & in terra. Nam hæc gloria à nobis Deo sic exhibita,pro honore latriæ sumitur: quæ incæpit ex tẽpore ab Angelis in cœlo post confirmationem,& conuersionem eorum: ilicò incæperunt cantare: sanctus,sanctus, &c. & sic ista exterior Dei gloria consistit in adoratione,& continuis laudibus: quia laudare,& benedicere,& glorificare Deum, & pro beneficijs gratias agere nunquam cessare debemus. Sed gloria Dei interior,hoc est,summum illud gaudium; quod Deus ab æterno habet de se ipso: non datur à nobis Deo: quia pro tali gloria non indiget nostris bonis siue laudibus: quia per se laudabilis est,& gloriosus, & superexaltatus in secula. Amen.

Diebus Dominicis Aestiuis Ad Laudes Matutinas Hymnus Quartus.

Beatus Gregorius author.

ECCE &cætera. Aduertat hic in primis omnis fidelis anima, ne oscitanter prætereat considerare piæ matris ecclesiæ sapientem, ac religiosam diligentiam: cum maximè illi sit curæ: ut fidelis quisque de suo creatore, redemptore, conseruatore, benefactore; demumque clementissimo patre semper cogitet aliquid, & tanto patre digna meditetur: Nec filio suo prçtereat hora aliqua; quin illi reprçsentetur aliquid diuinorum beneficiorum;

ficiorum : Dum pro tempore filios suos inuitat ad Deum laudandum : semper præfatur aliquod beneficium, & quadam emphasi illud proponit : vt excitet animum ad iubilandum in Deo salutari nostro, vt hic facillime videri potest : cum inter omnia homini collata à Deo beneficia : primum illud censetur esse, lux : Nam creatis cœlo, & terra : statim dixit, fiat lux. 1
Siquis autem ignorat quanta afflictio vitam in tenebris sit ducere : audiat senem cęcum illum Thobiam Angelo Raphaeli eum salutanti respondentem, qui pacem illi dederat, quæ pax (respondit) potest mihi esse, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Cum ergo lux sit tantum ab omnibus desiderabilis : & pro magno beneficio sit, frui illa in Deo, tanquam principali illius beneficij; & summopere ab omnibus desiderata: illa ergo appropinquante : sancta mater ecclesia (veluti pro magno Dei beneficio exultans) sic ad suos caros filios exclamare cæpit. *Ecce iam noctis tenuatur vmbra Lucis aurora rutilans, & reliqua.* Vbi hortamur, vt Deũ oremus, ad hoc, ut omnia noxia à nobis auferat; salutaria tribuat; & denique cœleste regnum conferat. Genes.1. Thob.5. 2

Planè hæc præsens litera expositione literali, aut historica egere non videtur; Idcirco alium ei inueniamus, ac demus sensum. Itaque nobis aduertendum est, quòd nox in sacra scriptura secundum Alcuinum, aliquando pro diabolo; aliquando pro membris eius, idest, peccatoribus, & iniquis, aliquando pro ipso peccato; aliquando pro præsenti vita accipitur : Per noctem ergo hoc in loco, aut diabolum, aut peccatum intelligere possumus, quasi dicat sancta nostra mater ecclesia: Ecce nunc filioli, quid prosit nobis exactis noctibus surrexisse, ac Deo laudes dedisse : Nam non ne videtis (inquit) quod tenuatur, ac minuitur noctis, hoc est, diaboli vmbra, idest, obscuritas : qua nos ad peccata trahens, facit obscuros, & nigros : ne (dissimilium enim rarò datur societas) egrediamur ad auroram, nempè, lucis æternæ? 3 Alcuin.leuita i sermone habito in festo Innocentium & Gregor. in lib Moral.4. cap.14.

Si verò de peccato, per noctis vocabulum, accipere volumus; sic dicatur. Profectò (inquit mater nostra ecclesia apparet nunc, quàm fuerit vtile in psalmis meditatum, ac esse bene operatum in præteritis noctibus. Nam, quia sic huc usque surreximus; quia in psalmis meditati sumus; & quia intendimus bonis operibus, ecce quòd noctis, idest, peccati absoluitur, & annihilatur vmbra, siue obscuritas, atque eius grauitas : & consequenter aurora lucis, idest, claritas vitæ perpetuæ rutilat; & nobis appropinquat. Verùm si accipimus hic vmbram pro tempore nequitiæ, & iniustitię obumbratione: auroram uerò pro mente iusti; vt sentit beatus Gregorius : Profectò benedicit : tenuatur, & omnino terminatur vmbra : siquidem, inquit, ille; adhuc tenebrarum reliquijs non caremus : Propheta dicente; non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Paulus quoque ait. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę, & captiuum me ducentem in lege peccati; quę est in membris meis : Adhuc ergo aliqua noctis vmbra est, quia lex carnis, dum mentis legem, & dum lex mētis legē carnis percutit; inter se vicissim lux, & umbra confligit : lucis aurora tamen rutilans coruscat: quando veritatem sequimur, & quando quædam, quæ iam lucis sunt, agimus. 4 In lib. mor. 28.c.8. Psal.142. Rom.7. Psal.55.
Posset etiam sancta mater Ecclesia vocare, & infideles: dicens, in istis duobus versibus : O Hebræi intelligatis, vt benè agatis; quia ecce, quòd iam vmbra, idest, lex vetus, per quam Deum scire cœpistis, & aliqualem 5

Christi cognitionem habere potuistis:tenuatur,& in desuetudinem abire cœpit: & Christi lex gratiæ vobis proponitur,vt lux, & dies; Nox ergo processit; dies autem appropinquauit: Ideo modò induimini Iesum Christum; exuentes vos ueterem hominem,ac nobiscum Christi fidelibus colligite, & conuenite.

Ephes.4.

Et sic insimul. *Nisibus totis rogitemus omnes, Cunctipotentem.* Et omni conatu,totisque viribus nostris omnes (omnes enim peccauimus:& omnes gloria dei egemus) precemur illum,in cuius ditione cuncta sunt posita;Immo non est,qui possit resistere voluntati suæ,& ad quem Mardochæus orationem habens dicebat. Domine Rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita,& sic cunctipotens est.Precemur,inquam,Deum:*Vt Deus noster inseratus omnem, petat languorem. Donet & nobis pietate patris Regna polorum.* Oramus hic demum Deum:ut,post : quàm nostri quidem misertus est;redimendo nempe nos,in sua modo gratia conseruet,& omnem pellat à nobis languorem peccatum nobis ingerentem. Misertus est enim nostri Deus,ac redimit: cum dedit semetipsum pro nobis;ut nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populum acceptabilem, ac sectatorem bonorum operum. Misertus est etiam Deus nostri redimendo à diabolo. Iuxta illud de manu mortis liberauit nos:ab inferno pari modo nos liberans nostri misertus est, nam legitur: O mors ero mors tua,ero morsus tuus inferne. Et quia cum essemus inimici Dei,reconciliati sumus per mortem filij eius. Iam ergo cum nostri misertus sit;rogamus etiam,vt perficiat opus suum in nobis:ut sit mens sana in corpore sano. Item tribuat salutem,hoc est vitam corporis,& animæ;ud liberationem pœnæ,& collationem gloriæ,& consequenter ipse misericordia, natura, & salus,& incolumitas tanquàm patris pietas,donet nobis regna polorum, idest,dignetur nos Deus cœlo (nam nomine polorum hic cœlum intelligimus) quod nomen in tali significatione vsurpatur sæpe, & præsertim apud Bernardum.dum de lucifero verba fecit,dicens.

Roma.3. Hester.3. Tit 2. Oseę 13. Rom.5. Bernardus de contemptu mundi.

Sed quia sponte sua, nulloque monente superbus
Extitit, à summa corruit arce poli. *& alibi.*
Discite mortales miserum contemnere mundum:
Vestraque sidereo corda leuate polo.

Sequitur sancta Ecclesia,& concludit suam orationem nobiscum,& ait. *Praestet hoc nobis deitas beata Patris,ac nati,pariterque sancti Spiritus, cuius roboat in omni Gloria mundo.* Amen. Sanè postquam de patre mentionem fecerat tantum;dicens sancta ecclesia:donet regna cœlorum pietate patris idest, Pater ob suam pietatem:modo singulas personas in diuinis nominat,inuocatque sub beata deitate:quæ est unus deus distinctus in personis: patris: nati; & pariter sancti Spiritus: Cuius gloria Dei totus mundus ita plenus extitit;ut undequaque resonet,atque reboet:Nam quidquid in creaturis uidetur, Dei gloriam clamat. Amen.

Dominica

Dominica ad primam Hymnus quintus.

HActenus sancta mater Ecclesia media etiam nocte suos excitauit filios ad Deum laudandum: interpositis beneficijs creationis, & redemptionis, criminum purgationis, nec non beatis donis, nempe polorum sedibus: Nec destitit etiam, si qui somno grauati minus paruerint; in galli cantu iterum, iterumque illos interpellare; mala adducendo; quæ illa in hora expelluntur: Nec non & bona nobis, quæ tunc proueniunt de quatuor bonorum numero, quæ supra, ibi, Gallo canente spes redit, enumerantur. Lux ipsa cum non ultimum sibi locũ obtineat, vt tanquam statim oritura, iam enim umbra noctis tenuatur, coruscatque rutilans aurora; Idcirco eos ad diuinas laudes in tempore, siue hora lucis expostulat. Sed ò quàm pauci non, ut debent, in auditu auris obedientiam præstare videntur, sed somniculosi; supini, in lecto stertentes surdis auribus, & in nocte, & in aurora pertranseunt. Nunc tandem etiam tertio, ferè verecundiam incutiens eisdem clamat, dicens, si huc usque pigri, ac tardi fuistis, saltem surgite nunc ad ortum solis: & omnes insimul. *Iam lucis orto sidere: Deum precemur supplices.* & reliqua. Ab orto iam sole, Christo Iesu edocta sancta mater ecclesia, hunc salutarem hymnum eructauit, nobisque canendum proposuit, in quo ipsa agnoscens cum beato Iacobo Apostolo, perfectum hominem esse (non enim quod intrat per os: sed quæ procedunt de ore, coinquinant hominem) qui in uerbo non offendit: & cum propheta, nostros sæpe oculos uana attrahere: prospiciensque cum beato Luca cauere nos debere: ne corda nostra crapula, aut ebrietate: & cogitationibus sæcularibus grauentur: hortatur nos, quòd orto iam sole, ac die rogemus Deum: ut nos per totum diei circulum custodiat à peccatis: & à vitijs, detque diem ipsum in laude sua perficere. Hoc loci primo dicamus, antequam hymnum exponẽdum assumamus, quod tempus hic exprimitur, quo debeat iste hymnus, ex ritu ecclesiastico cantari: qui officio primę peculiariter est addictus; Illud autem officium circa ipsius solis ortum, & eleuationem super nos solet quotidie celebrari, quod sane officium, diurnum appellatur: & sicut nocturnum officium, de quo supra dictum est, tempus miserię; quo genus humanum à diabolo tenebatur obsessum, repræsentat: Ita hoc diurnum officium nostræ redemptionis, & liberationis, per Christum, solem iustitiæ factæ, tempus significat: qui claritate suæ diuinitatis tenebras illuminauit: & à seruitute diaboli nos eduxit. Quia ergo tantum bonum dono septiformis gratię Spiritus sancti adepti sumus; meritò septies laudem Deo cantamus, & etiam: quia dies naturalis repręsentat vniuscuiusque ætatem, non quam quilibet homo habet: sed quam, si non peccasset, haberet, quæ naturalis dies septem habet varietates. Prima est infantia, quæ per matutinas laudes repræsentatur. Secunda pueritia: quæ per primam: cuius horæ primæ psal. Beati immacul. & psalm. retribue seruo. 16. uersus habent: duodecim enim uersus. 12. Prophetas significant: alij quatuor designant. 4. maiores, uidelicet, Hierem. Isa. Danielem, & Ezechielem, siue duodecim Apostolos, & quatuor Euangel. Vt ostendatur, quòd ea, quæ duodecim prophetæ minores, & 4. maiores: siue 12. Apostoli, & 4. Euang proposuere obseruare debemus.

Beatus Ambro. author.

Iacob. 3.

2 Math. 15.

Psal. 118.

Luc. 21.

3

Mal. 4.

4

5

6

Tertia,

Tertia, adolescentia, quæ per tertiam. Quarta, Iuuentus, quæ per sextam.
7 Quinta senectus, quæ per nonam. Sexta senium, quæ per vesperas. Septima decrepita ætas, siue finis uitę nostrę, quæ per completorium significatur:
Psal. 30. cuius quidem horę completorij psalmus secundus habet sex tantum versus: quia dominus dicens sextum versum, videlicet, in manus tuas Domine commendo spiritum meum: sexta ætate, sextoque die carne obijt. Rectè ergo sex versum eiusdem psalmi cantamus, vt in hac sexta ætate, in qua per eum redempti sumus; sicut habet finis vltimi versus; conformemur dormitioni eius; ut scilicet, membra quiescant, & cor vigilet: sicut caro eius in sepulcro quieuit; & diui-
8 nitas vigilauit. Demum quia secundum Salomonem, septies in die cadit iu-
Prouer. 24. De pęn. dis. 3 septies. stus per negligentiam, Ideo meritò septies, ut per orationis vigilantiam surgere valeat, diuinum debet subsidium inuocare: & hoc quotidie diurnum officium recitare. Itaque iam nunc ad textus indagationem veniamus, dicentes,
9 quòd sol hic dicitur per insignem quandam excellentiam sidus lucis: quòd cæteris sideribus sit lucidior: & totum hunc mundum sua lampade illustret.

Sed mysticè: iam lucis orto sidere, idest, iam Christo nato, & à mortuis resu-
Mal. 4. c. scitato, tanquam effulgentissimo sidere, quod in hoc mundo refulget, vt sol iu-
Colos. 1. stitiæ, qui est Christus noster, qui redimēdo nos eripuit de potestate tenebrarum, quique nos à peccatis mundauit, precemur illum ob tantum beneficium. Nam legitur infra in hymno tertio aduentus: sidus refulget iam nouum, vt tollat omne noxium. E sursum agnus mittitur, laxare gratis debitum. O magnum Dei beneficium: Christus sidus, & lux lucis, idest, patris, & lumen de lumine deiecit tenebras nostras; in quibus eramus: Christus nouitas, noua faciens om-
Apoc. 21. nia, vetustatem nostram fugauit: Christus ueritas, & uita; ac sidus lucentissimum vmbrā nostram fugauit, O magnum Dei beneficium. Christus qui uenit lux in mundum, quique nunc est lux mundi, & dies noctem eliminauit.
10 Sed, o fratres, precemur Deum supplices, iacentes, humiles, ac humi genibus prostrati: Non autem stantes: ut faciunt quidam segnes: & mundi amatores, vel etiam delicati; qui cupiunt magis conseruare caligas, quàm placere
11 Deo, & parere sentibus, quàm spiritui: sed sentiāt isti tales quid de illis dicat
Basil. magnus de legen. lib. gentis. tom. 1. Basilius magnus. Hi, inquit, Namque, qui eius nimiam gerunt curam, animam verò negligunt, nihil ab his differunt, qui sensibus tantopere student; ac per ipsos agentem spiritum contemnunt: aut ijs, qui instrumentorum multam, artis
Psal. 50. verò, quæ per instrumenta operetur, nullam habent rationem. Vel supplices, idest, spiritu contribulato, & corde contrito, & humiliato: ut locus iste conueniat ei, quod cantat alibi sancta Ecclesia, nempe; oro supplex, & acclinis, cor contritum, quasi cinis. Nam non spernit, neque despicit, sed ei multum placet cor contritum, & humiliatum. Precemur, dico, Deum: *Vt in diurnis actibus Nos seruet à nocentibus*. Vt dirigat finem nostrarum operationum non
Luc. 12. solùm in diurnis operationibus; & à mane usque ad vesperam: verum ab ingressu nostro in hunc mundum, usque ad egressum ex hoc mundo. q. d. custodiat nos, & in prima, & in secunda: & in tertia vigilia; hoc est, & in pueritia, & in iuuentute, ac ēt in senectute à nocentibus, hoc est, ab hominibus iniquis, & dolosis; & ab omnibus, qui q̄runt decipere animas nostras: ut sunt hæretici; similiter à periculis fluminū, à periculis latronū à periculis maris: cui uitā credere, mors est, à falsis fratribus; ab ærumna; à fame; à peste, & à bello; à plagis; à carceribus;

tibus; & ab omni mundana iactura. Seruet item nos à nocentibus, hoc est, à concupiscentijs carnalibus; quia caro concupiscit aduersus spiritum nostrum. Seruet itidem Deus nos à nocentibus, idest, à peccatis mortalibus liberet, & Gal. 5.
defendat nos usque in finem nostræ uitę. Cantemus ergo quotidie, & cum sanctis Ambrosio, & Aug. Dignare Domine die isto, hoc est, in hoc nostro incolatu, sine peccato nos custodire. A quibus verò alijs aduersis, & peccatis liberi, & illęsi custodiri etiam cupimus: in octo sequentibus uersibus narratur, ac dicitur: cum sancta sic sequitur Ecclesia. *Linguam refrenans temperet: Ne litis horror insonet.*

Istis duobus carminibus oramus iterum, inquam, seruari, à nocentibus, & 12
præsertim à linguis hominum malis: nostræ verò linguæ custodiam poni ob Iob. 11.
multa mala, quæ ex ea orirentur. Nam (inquit Iob) nunquid verbosus iustificabitur? & Iacobus, si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam, hu- Iacob. 1.
ius vana est religio: idcirco hic Ecclesia alludit ad illam Prophetę orationem: Psal. 140.
Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis. Præterea lingua reddit hominem odiosum: Vnde Ecclesiasticus. 9. Terribilis in ciuitate sua homo linguosus: ideò porco assimilatur: qui in omni spurcitia ponit Eccles. 9.
os suum. Item lingua animam lædit, & maculat; Ecclesiast. qui multis utitur verbis, lędit animam suam. & Prouerb. propter peccata labiorum ruina proxi- Eccles. 2.
mat malo. Demum lingua adulando, mordet: detrahendo occidit; mentiendo Prouer. 12.
ligat, & ligari nequit; labitur, & fallit; labitur ut anguilla, penetrat, ut sagitta: tollit amicos, auget inimicitias; mouet rixas; seminat discordias; vno ictu multos percutit, & interficit; blanda; & subdola; linguam nullus domare potest, inquietũ malum, plena ueneno mortifero. Sed quid multa? non ne uidemus quot mala Matt. 13.
eueniant quotidie ex lingua? sed heu misero mihi de omni verbo otioso, quod Psal. 33.
locuti fuerimus, refert Matthęus, erit à nobis reddenda ratio in die iudicij. Prohibeamus ergo linguam nostram, ne loquatur dolum. *Che raro fù tener le labra chete, Biasmo ad alcun; ma ben spesso virtute.* Proximus enim, idest, vicinus, & Pouer. 18.
dilectus Deo est, qui scit secundum rationem tacere, q. d. qui quandoque scit tacere, & quandoq; loqui. Et mors, & vita in manu linguæ: linguam itaque compescat Deus; ne litis honor insonet, id est, ne horribilia, & quæ non seruant naturam suam insonent, aut dicantur. Illa enim horribilia dicuntur, quæ suam non seruant naturam, alio nomine monstra nominamus: sed quæ alia bestia est monstruosior illa: quæ secundum suimet partem meliorem cælestis est; & nihi- 13
lominus semper de re terrena contendit? iste est homo Christianus: cuius cõ- Phi. 3.
uersatio in cœlis esse debet; & de terrenis semper litem agit. Porrò non prętermitto; quòd lingua sic describitur: lingua propriè est membrum in ore, carneum; formans verbum; discernensque sermones. Vel lingua idem est, quod falsa doctrina. Vnde ait Dominus in Iob de diabolo. fune, idest, fide ligabis Iob 40.
linguam eius, idest falsam doctrinam eius. Vel lingua idem est, quod similitudo. Vnde spiritus sanctus apparuit in diuersis linguis, idest, in diuersorum Act. 2.
idiomatum similitudinibus: Vnde loquebantur varijs linguis. Vel lingua Luc. 16.
idem est, quod pœna inflicta pro peccato linguæ. Vnde anima diuitis loquebatur ad Lazarum: ut refrigeraret linguam eius, idest, pœnam. Et quoniam nõ solum lingua officit nobis, uerùm & uisus noster: huic etiam morbo occurri Psal. 118.
à Deo cupiens Ecclesia, sic subdit. *Visum fouendo contegat: Ne uanitates hauriat.*

uani-

Ac si diceret cum Propheta sancta Ecclesia, Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. Nam Dauid(pręamandi fratres)sit nobis exemplum:ut cognosceamus, quanta mala eueniant ex aspectu mulierum, ac rerum vanarum, & noxiarum: certè(inquam)si non aspexisset Bethsabeę Vrię vxorem,se lauantem de solario domus regiæ, non utique contigisset ei peccasse. Neque Dina rapta fuisset;si non fuisset delectata aspectu mulierum,quæ erant in terra Sichem, quas exire uoluit à suis, ut uideret. Præterea si Holofernes auertisset oculos eius, ne videret Iudith,& ardens fuisset in concupiscentia eius:non peccasset,sed quid (ut de multis alijs omittamus)dicemus de Eua? quæ diaboli suasu uidit, quòd bonum esset, lignum aduescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile:ideò esus fuit eius ruina, & nostræ expulsionis causa à paradiso.

Reg.2 11. Genes. 34. De pœn. dis. consideret. Iudit.10.& 11. Genes. 3.

Quò circa apparet hucusque,quantum obsint, ac noceant nobis linguæ litis horror, inordinatusque visus. Visum ergo nostrum Deus contegat, scilicet, spiritualibus indumentis; uidelicet,castitate, puritate, continentia, morum uenustate, & decora mortificatione; & cœlestibus desiderijs nutriat, & protegat: regulando nostras concupiscentias & sic uisum nostrum protegat,& dirigat oculos nostros, ne capiantur amore rerum vanissimarum.

14 Et nota, quòd uidemus visu,& oculo;sed differenter:nam visu uidemus effectiuè, siue formaliter; sed oculo videmus instrumentaliter. Et *Sint pura cordis intima*. Ne ex eo emanent malæ cogitationes;aut homicidia;aut(ut inquit Matthęus)adulteria;aut fornicationes; aut furta?aut falsa testimonia; aut blasphemiæ:sed sint pura cordis nostri intima, sincera,& munda. Vnde in pro-

Matt.15. Prouer.22.

15 uerb.qui diligit cordis munditiam: habet regem cœlorum immortalem, & inuisibilem. Ex quo fit,ut meritò Dominus scribas, & Phariseos;qui quod foris erat,mundabant;intus autem ipsi erant in mundicia pleni; reprehenderet; dicens. Væ uobis scribæ & Pharisęi,hypochritæ, quia mundatis, quod de foris est calicis, & paropsidis;intus autem estis pleni rapina,& immunditia. Pharisęe cæce,munda prius quod intus est calicis.& paropsidis, ut fiat id quod de foris est mundum:Væ uobis scribæ, & Pharisęi hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis,quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Et sic non solum visus oculorum nostrorum sit purgatus, ac mundus: sed etiam cordis: ut gaudium uanitatis non hauriamus. *Absistat, & uecordia*. Vecordia igitur, & stultitia, ac animi stoliditas absit à nobis procul: Ne nobis contingat sensum nostrum in

Matth.23. Luc.11.

16 rebus terrenis immergere ita;ut sensus nostri inepti reddantur ad percipienda diuina: Iuxta illud Apostoli. Animalis autem homo non percipit ea;quæ sunt spiritus Dei:stultitia est enim illi,& non potest intelligere; quia spiritualiter examinatur. Vecors autem dicitur quasi sine corde; & ille est vecors; qui sua deserens,aliena quærit.sic est quilibet homo,qui mundana curat,spretis cælestibus;quia insipiens est,& sine corde;sed sentiant isti, qui aspernantur cælestia, & terrenis adhærent,quid Dominus illis dicat. Nemo mittens manum suam ad aratrum,& respiciens retrò, aptus est regno Dei. Precemur ergo Deum; ut

1.Cor.2. Luc 9.

17 cor mundum creet in nobis;& corda nostra mundet ab omni mala cogitatione: ut pura sint semper intima cordis nostri. Mala namque(inquit Bernar.)cogitatio:ac praua parit delectationem,delectatio consensum, consensus actionem; actio consuetudinem,consuetudo necessitatem; necessitas mortem: Et sicut in

Psal.50. Bernar. de interiori homine cap.39.

Vipera à suis filijs in utero positis lacerata perimitur; sic cogitationes malæ in corde nostro nutritę occidunt nos. At quoniam intima cordis pura facit potus, ciborumque parsimonia; nosque etiam mundos reddit: ideò subdit. 18
Carnis terat superbiam Potus, cibique parcitas. Q.d. cum Apostolo: non in comessationibus, & ebrietatibus intendite. Debemus ergo inquantum per nos fieri potest uti, parcè & uino, & cibis; Ebrietas enim mentis inducit exilium, & Veneris incentiuum, hoc est stimulum, ac incitationem; per quam menti quę dam obliuio sui generatur ex superfluorum potuum indulgentia. Similiter 19
uenter nimis expletus in libidinem spumat: quotidiano, dilectissimi, experimento probatur, sic enim hodie nobis Leo memorat, potus satietate aciem mentis obtundi, ciborum nimietate uigorem cordis. Et iterum Paulus dicit. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria, & Bernardus:

Rom. 13. Leo In serm. aduen. dom. Ephes. 5. Bernar.

Non tibi sit Deus uenter, sed uie decenter.
Parcus uescendo, parcissimus esto bibendo:
Vino mutatur sensus: mens infatuatur.
Vinum nudauit Noe sanctum, Loth maculauit.

Genes. 9.

Parcitas ergo, & abstinentia cibi, & potus imminuat carnis superbiam: per 20
abstinentiam quippè, inquit Gregorius carnis uitia extinguenda, non caro: & tā to quisque sibimet debet moderamine pręesse: ut & ad culpam caro, non superbiat: & tamen ad effectum rectitudinis in operatione subsistat. Et aduerte, quòd hic carnis appellatione nostræ naturæ substantia, atque compago nostri corporis exprimitur; de qua iam dictum est supra hym. 1. eod. libro; & infra dicemus lib. 3. hym. 25. num. 19. Caro etenim; vt habet Genes. 2. pro ipsius naturæ substantia ponitur; ut cum dicit: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Nonnunquam significat hominem integrum, idest, qui ex corpore constat, & anima; vt ibi. Et uerbum caro factum est. &; Videbit omnis caro salutare Dei. Nonnunquàm homines peccatores, atque carnales, vt ibi: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, eo quòd sint caro. Interdū pro ipsis peccatis, vt ibi: vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Et iterum caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt. At mysticè sic terat concupiscentiarum malarum, & carnalium motus, & tumores; ac peccatum cum stimulis eius. Quia nisi habeamus parcitatem cibi, & potus; omnia in contrariū nobis supradictis euenient: nec poterimus refręnare linguam nostram; nec nostra intima erunt pura. Quàm vero vtilitatem accepturi sumus ex parcitate ciborum, & alimentorum, pergit dicens. Vt cum dies abscesserit. Noctemque sors reduxerit, Mundi per abstinentiam, Ipsi canamus gloriam. Sors hoc loco pro successione, vicissitudineque temporis accipitur; cuius certa serie ac alternatione diei succedit hora nocturna. Vel mysticè sors, idest, cum sors, quæ est incertitudo nostrę uitæ (nemo enim scit an à mane usque ad vesperum viuet) hoc est, diuina dispositio, & gratia Dei noctem reduxerit, idest, nos ad finem diei fecerit peruenire: tunc fœlix fuerit nobis illa sors, & fausta: ut sic mundi per abstinentiam possimus canere Domino gloriam. Euitemus omne crapulæ genus: quia sicut crapula immunditiæ causa est animæ; ita abstinentia generat illius munditiam: si quidem abstinentia

Grego. magnus moral. lib. 20. ca. 95. Gen. 2. Ioa. 1. Luc. 3. Gen. 6. Rom. 18. Cor. 15.

morbos.

morbos sanat: distillationes exiccat; dæmones fugat prauas, cogitationes expellit; mentem clariorem reddit,& cor mundum efficit; & denique ad thronum Dei hominem sistit. Ergo mundi per abstinentiam gloriam Deo canamus; eius enim munere totum diem transegimus sine incommodo,& malo, Deo patri sit gloria; eiusq; solo filio, Cum spiritu paraclito: *Et nunc, & imperpetuum. Amen*. Referamus (inquam) gloriam Deo, dicit sancta Ecclesia quia tot, ac tanta nobis contulit beneficia: quia peccatum deleuit; & à morte liberauit nos; & ad vltimum nos in filios Deus collocauit, & suscepit: gloria (dico) sit Deo patri: quia non nobis Domine: sed nomini tuo da gloriam,& eius vnico filio
Psal.113. Iesu Christo, Domino nostro: & cum spiritu paraclito, idest, consolatore: spi-
22 ritus sanctus enim dicitur consolator, idest, aduocatus primus ideo: quia discipulorum corda, quæ fuerunt mæsta de morte Christi reddidit consolationi,& nunc,idest in præsenti,& in perpetuum, idest, sine fine. Amen.

Ad Tertiam Horam Hymnus Sextus.

Beatus Amb. Author.

NUNC *sancte nobis spiritus: Vnum patri cum filio Dignare promptus ingeri, Nostro refusus pectori*: & reliqua. Mater omnium Ecclesia sancta acceptorum à Deo beneficiorum; quibus affecta se esse recognoscens: nunquàm oblita: immo eorum dilectum habens quotidie: cognoscens quantum sibi vtilitatis, & gratiæ fuerit spiritus sancti missio, à qua totam repletam se agnouit sua gratia hora tertia: Nunc nobis tantum rememorat beneficium, vt illius memo-
1 res semper hac hora tertia; spiritus sancti inuocationem faciamus. Sed profectò non omnium est cum fructu sanctum inuocare spiritum. sed illorum est præcipuè,qui ad hanc vsque horam tertiam diei non odiosè peruenerint; sed in nocte,& in galli cantu; & in mane se se præparauerint ad hanc recipiendam gratiam: Hinc est,quòd quotidie hanc orationem,hunc & diuinum hymnum recitamus; & nihilominus parum gaudemus fructibus eiusdem spiritus, descriptis à
Gal. 5. Paulo. Parati ergo accedamus; vt dignetur nobis illabi, ac refundi: non enim sufficit nobis dicere: ò sancte spiritus dignare promptus ingeri nostro refusus
2 pectori,sed hæc prius: vt nobis reuera, & cum effectu illabatur; exquiritur præparatio. Prima est, præamandi fratres, à peccatis per veram compunctionem, & humilem confessionem purgatio: Non enim habitat spiritus sanctus in corde
Genes. 8. immundo. Vnde legitur in Genes. de columba, ut figura spiritus sancti; quæ cum non inueniret, ubi requiesceret pes eius, reuersa est in arcam: aquæ enim erant super vniuersam terram. Non immergit se columba in aquis diluuij; nec spiritus intrat, nec illabitur, ubi est diluuium peccatorum. sed bene in aquis sa-
Gregor. in Homl. pent. cramentalibus, quas fæcundat arcana admixione sui numinis. Vnde bene dicit Beatus Gregorius. Certè,inquit,si domum nostram quisquam diues, aut præpotens amicus intraret, omni festinantia domus tota mundaretur,ne quid fortasse esset,quod oculos amici intrantis offenderet. Tergat ergo sordes praui operis, qui Deo præparat domum mentis. Secunda est,sicut enim aliquis libenter declinat in hospitium, in quo scit desiderari aduentum suum; præcipuè cum dominus hospitij multum rogat eum: sic spiritus sanctus venit ad eos, qui perseuerant in oratione,& desiderant aduentum suum. Tunc enim uenit spiritus sanctus

tus sanctus in discipulos; quando erant perseuerantes in oratione cum mulieribus,& Maria matre D.N.Iesu Christi,& fratribus eius. Tertia est humilitas: Isaias, super quem requiescet spiritus meus; nisi super humilem? Quarta est vnitas: Vnde discipuli erant pariter congregati in eodem loco, quando spiritū sanctum acceperunt,sicut corporaliter,ita & spiritualiter,habentes cor vnum,& animam vnam. Quinta est, auditus verbi diuini. Adhuc loquente Petro,cecidit spiritus super eos, qui audierunt verbum Dei, & psal. ignitum eloquium tuum vehementer. Cæterum aduertendum est nobis hoc loco, ubi dicitur vnum,quòd unum sumitur,prout est principium numeri; & sic Deo non conuenit. Sumitur alio modo, prout conuertitur cum ente,& sic Deo conuenit potius, quàm alicui creaturæ: Cum unum sit indiuisum in se, & diuisum ab alijs: excepto Deo solo: nihil est, in quo non intelligatur aliqua diuisio, uel actualis,uel potentialis. Cum enim vnitas, vel numerus aliquis de eo dicitur, nihil ponit,ut quidam dicunt,sed tantùm priuat. Quare cum dicitur,Deus vnus est,intelligitur, quòd non sint plures: & sic dicitur spiritus sanctus hic esse vnū patri cum filio; à quibus ineffabiliter procedit. Cum enim vnica sit, & indiuidua substantia tribus superdiuinis personis communis, ac eadem; haud dubiè spiritus sanctus,& patri,& filio consubstantialis est;& vtrique vnitate substantiæ coniungitur,quod aptè,& accomodatè per neutrum genus, vnum hic insinuatur: quod ipsum substantiæ est significatiuum: quemadmodum filius Dei: ut se ipsum vnius,& eiusdem substantiæ cum Deo patre innueret, & diceret:dixit. Ego, & pater vnum sumus. Habes ergo hic, quòd diuina substantia dicitur per neutum genus: per masculinum uerò persona; sed per fœmininum notio: & per hoc patet, qui non debet cantari in hoc hymno ab ecclesia: Vnus patri cum filio: quia pater, & filius non sunt vnus in persona; sed unum in substantia: vnde bene cantamus dicentes: Vnum patri cum filio hæc author ille in suo Thelog.uera compen. lib. 1. cap. 23. Præterea hic annota,quòd spiritus non solum dicitur spiritus, sed additur sanctus: quia sanctus idem est, quod mundus,vel firmus vel sine terra: Non enim quicquam terrenæ contagionis habet. Et dicitur spiritus à spirando actiuè,eo quòd spiret. Spiritus vbi vult, spirat,& secundum hunc modum,hoc nomen spiritus commune est omnibus tribus personis: sed spiritui sancto conuenit per appropriationem. Alio modo dicitur spiritus à spirando passiue, eo quod spiretur: & hoc proprium est spiritui sancto, qui procedit per modum spirationis. Notandum nobis est vltimo,quod bene dicimus ingeri: Nam à multis exteriori specie spiritus sanctus geritur: uel quia habent spiritum sanctum ministrantem: sed non sanctificantem illos: ut sunt mali sacerdotes ecclesiæ, per quorum ministerium alij sanctificantur, & ipsi damnantur: velut sunt hypocritæ,qui faciunt opera, ut videantur. A talibus spiritus sanctus geritur,sed non ingeritur; idest,non intus geritur;ob hoc rogamus ingeri: ut non simus mali sacerdotes, nec hypocritæ. Modo uerò omnes vnanimiter dicamus sic humili corde. O sancte spritus, qui veritatem cognoscere doces; cum enim uenerit spiritus ueritatis,ille (inquit Ioan.)docebit uos omnem veritatem. O spiritus sancte Deus,qui utiliter orarare doces:ait namq; Paulus; spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, idest, postulare facit,uel docet nos,quomodo debemus postulare. O spiritus sancte Deus,qui doces nos carnales despicere voluptates, gustato enim spiritu; (inquit Greg.) desipit

Margin: Act. 1. — Isai.66. — Act.11. — Psal. 118. — 3 Vnum qot modis sumitur. — Ioan.10. Ioan.16. — 4 — Ioan. 3. — 5 — Ioan. 16. Rom.8. — Gregor.

desipit omnis caro. O sancte spiritus, qui consolator optimus; qui corda discipulorum mæsta gaudio, ac consolatione replesti. O sancte spiritus, qui es vnũ in substantia ipsi patri cum filio: nunc, nunc etiam nobis, nempe in hac hora tertia (in qua orantibus Apostolis Deum venisse, & spiritum sanctum datum esse mundus repentè nunciauit;) promptus, & qui semper es paratus ad perquirendum, & consolandum; quique vehemẽs es ad replendum tua gratia corda fidelium: dignare ingeri illabi, refundiq; nobis refusus, atque infusus, videlicet quantus, quantus es nostro pectori; siue animæ nostræ: dignare (inquam) cor nostrum inuisere, & inhabitare, spiritus sancte, gratiarum largitor optime, qui benè nos à cunctis vitiorum sordibus expurges, virtutibus sacris illustres, & exornes: & in dilectione Dei, & proximi nostri perfectè stare, & perseuerare nos facias: & post huius vitæ cursum ad gaudia ducas electorum tuorum.

Act. 2.

Huius spiritus sancti gratiam in cunctis actibus nostris, & huius auxilium, charissimi precemur: Dicamus singuli domino, dicamus oẽs: spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: & sicut Apostolis superueniens ea, quæ ventura erant, annunciauit: nostris quòque mentibus venturæ vitæ gaudia patefaciat; & nos ad hæc inquirenda benignus incendat: est enim potens. Nam ipse dicitur spiritus vehemens, hoc est, væ adimens, & mentem à terrenis ad cœlestia vehens.

Psal 152.

Sed roget hic aliquis, dicens: quid est hoc, quòd hic postulamus spiritum nobis ingeri, & infundi nostro pectori? Cum in susceptione baptismatis illum, ac gratiam illius acceperimus? Dicito, quod uerum est, nos assecutos esse gratiam spiritus sancti in collatione baptismi nobis facta: sed quoniam multoties contingit nobis propter peccata Deum offendere: idcirco statim, peccato perpetrato, gratiam illius amittimus. Hinc est, quòd Canones pœnitentiales pro quolibet peccato mortali præcipiunt pœnitentiam septem annorum iniungi, & ratio est: quia per peccatum mortale septiformem gratiam spiritus sancti amittimus; ideò etiam per septem annos requirimus eam, ut supra. Vnde ex supradictis apparet sacrosanctum concil. Trident. ritè, & rectè dixisse, & statuisse, si quis dixerit, baptizatum non posse, etiam si velit, gratiam amittere, quantumcunque peccet, nisi nolit credere, anathema sit. Sed iam hora est, ut sequamur nostræ literæ expositionem: Habito igitur spiritu sancto, & nobis infuso, ac illapso, confessionem sanctissimæ trinitatis ideò personare debemus, & sicut diligere Deum tenemur; ita & laudare eum debemus: diligere illum ex lege præcipitur, ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima, & ex omni virtute: subsequitur. *Os, lingua, mens, sensus, Vigor; confessionem personent.* Planè os, & lingua cordi: sensus animæ: mens menti: uigor virtuti accomodatur; In quibus etiam verbis dicamus; quòd sicut os, & lingua ad corpus pertinent: mens vero, & vigor, siue virtus animi ad animam ab vtroque procedit: sic etiam eodem modo spiritus sanctus pertinet ad vtrumq;, scilicet, ad patrem & filium: qui ab vtroque procedit: non tamen tres Dij, sed unus est Deus. Porrò est hic animaduertendum; quòd cõfessio triplex est, scilicet confessio laudis, siue beneficiorum: & confessio peccatorum. Prima confessio, scilicet, fidei continet in se totam legem Dei, & obseruantiam legis. & per consequens sacramentum Eucharistiæ, & oblationem: Cõfessio laudis præsupponit confessionem fidei: quia in tantum laudamus Deum, memorando eius beneficia, in quantum ipsum credimus esse omnipotentem, & creatorem, & redemptorem, & glorificatorem: sicut in lege memoratur. Et confessio

30. q. 2. hoc ipsum. 22. q. 1. prædicandũ 82. dist. presbyter.

In can. 6. sess. 7.

Matth. 6.

7

fessio peccatorum præsupponit etiam confessionem fidei. Nam in tantum corde contrito, & humiliato confitemur peccata nostra, in quantum per merita passionis Christi, & uirtute sacramenti pœnitentiæ ueniam credimus consequi ex Dei misericordia: sicut in lege promittitur nobis: his modo sic positis percontanti de qua confessione, fidei, an laudis, uel peccatorum hic sit intelligendũ, uidetur posse responderi, potius de confessione laudis, quàm de confessione fidei, uel peccatorum. Os igitur, idest, corpus, & mens, idest, anima: sensus, idest, vtrumque, corpus scilicet, anima, vigor, & virtus personent, & credant, uel confiteantur sanctissimam trinitatem; patrem, scilicet, filium, & spiritum sanctum esse unum Deum; eumq; laudando personent, idest, benedicant, & sic debet & caro in nobis, & spiritus diuinas personare laudas: ut dicamus cum propheta. Benedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Psal. 102.

Sed quia non nobis tantum nati sumus: sed & proximis fratribus; ob hoc pro omnibus rogamus, sic dicentes. *Flammescat igne charitas: Accendat ardor proximos.*

Ac si diceret sancta ecclesia: iam diffusa in cordibus nostris per te Deus 8
dilatetur etiam ad proximum nostrum charitas nostra, idest, amor, quo debemus diligere proximum; flammescat, & ardeat in nobis; sitque pius erga parentes; iucundus erga socios; iustus erga amicos, & proximos omnes accendat, supple, igne sancti spiritus. Mistice enim ignis pro spiritu sancto sumitur 9
hic; iuxta illud Luc. Dominus venit mittere ignem, idest, spiritum sanctum in terra, idest, in corda terrena hominum, & quid aliud vult, nisi, ut sacer ille ignis in nobis, proximisq; nostris accendatur? Vnde propter hoc subdit; *Et ardor accendat proximos.* Hoc est ardor diuinæ charitatis accendat; & spirituali lumine proximos quoque nostros repleat, amorem dei desiderantes. Et sic nota, quod charitas in cordibus nostris diffusa, extendensq; se, ac dilatans ad proximum (ut hoc loco dilatari exposcimus) dicitur habitus. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Ad hæc; proximos hic non tantum illos uocamus, 10
quos nobis sanguinis gradus coniungit, sed etiam, & omnes homines naturæ nostræ participes. Vt bene aduertit Abbas. Ait enim & catechis. Rom. dum nonum Dei explicat præceptum: Est autem proximus: vt ex Christi Domini doctrina colligitur; quicunque eget opera nostra; siue ille propinquus sit: siue alienus; siue ciuis; siue aduena; siue amicus; siue inimicus. Debemus ergo, & non tantum pro fidelibus orare: & spiritum sanctum pro eis inuocare; sed etiã, & pro infidelibus, scilicet, Iudæis, Saracenis, & huiusmodi; omnia tamen opera dilectionis impendere debemus secundum vniuscuiusque conditionem: ut sit 11
discretio inter Christianos, & infideles, ut patet per Gregorium, quem suppliciter rogo, vt me Deo commendet omnipotenti. Amen.

Luc. 12.

Abb. in c. nouit extra de iudic. 3. not. Catechismus Romanus. Auth. ut lic. mat. uel aui. §. vlt. not.

Gregor. in c. callida de pœ. dist. 2. uer. proximos.

Ad Sextam Horam Hymnus Septimus.

Sancta mater ecclesia, quæ magna semper, & mirabilia Dei contemplatur opera: & quæ suo diuino semper indiget auxilio: ex quo illum magis ad curandum nostras infirmitates disponat: vocem magnæ captandæ beneuolentiæ in Deum edidit; exordiens; *Rector potens, uerax Deus &c.* Ac primò laudans omnipotentiam suam; deinde exaltans illum à prouida ordinatione, ac dispositione temporum: oransq; demum; vt ardores concupiscentiarum à nobis tollat; & salutaria tam corpori, quàm animæ tribuat: corpori quidem sanitatem, animę verò tranquillitatem. Vide (quæso) quàm ordinatè, & secundum exigentiā, oportunitatemq; temporum; ac necessitatem nostram sancta ecclesia suas ordinauit ad Deum preces. Hymnus iste recitatur hora sexta diei, quæ est hora negotij, & laboris apud strenuos, ingenososque viros: & si me non latet, quòd apud multos parum diligentes hora potiùs prandij solet esse: Recordor Domini mei Iesu Christi, qui hora sexta fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem. Præsupponit ergo sancta ecclesia ingenuitatem, & strennuitatem in filijs suis: & illis compatiens orat: ut in laboribus, qui humorem cholericum, nempè, bilem flauam solent excitare; præcipuè tali hora sexta ex ieiuno etiam stomacho, hunc primum sedari, tranquillumque reddi. At quoniam à duobus huiusmodi humor causis excitatur: nempe, à natura, ex hora, à labore, & ex negotio: Propterea inuocat: rectorem potentem non solum humani corporis; verum & totius creaturæ. Deinde quia Dominus præcepit laborem post Adæ peccatum, dicens; in labore vultus tui & cætera, & cum hac hora expertè Dei cognouerit sententiam condemnationis; ob hoc & Deum veracē nominat. Insuper consideremus hic iterum (quæso) quam benè ecclesia sancta, & quàm pulchra occasione quærit sibi, suisq; filijs à Deo semper salutem suam, Nam ipsa dicit (sumpta suæ orationis materia per qualitates, & diuersitates aeris, & temporis, ex hoc, scilicet, quòd maximus calor solet esse aliquando in meridie, & quandoq; solet nocere animæ, & corpori: tu Deus es temperans vices; tu instruis mane splen-dore; tu instruis meridiem calore; & summatim omnia facis, & potes: subest enim tibi (inquit scriptura) cum volueris, posse. Cum ergo tu Deus sis talis, & tantus: petimus idcircò in nobis temperari choleram; quæ est iræ sedes. Quod autem Deus sit rector; clarum est; quandoquidem omnia, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ & in mari sunt, diuina prouidentia regit, & gubernat: Vnde sapien. tua, domine, prouidentia ab initiò cuncta regit, & gubernat: & alibi: Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Rursum Dauid. Reges eos in virga ferrea. Beatus quoque Gregorius: Cuncta quippe ex nihilo facta sunt: eorumque essentia ad nihilum tenderet, nisi eam author omnium regiminis manu retineret.

Beatus Amb. Author. — *Ioan. 4.* — *Genes. 3.* — 1 *Sapien. 12.* — 2 *Sapien. 14.* *Sapien. 8.* *Psal. 1.* *Grego. mag. in moral. lib. 16. cap. 59.*

Item potens est Deus. Ipse namque de se dicit. Ego Dominus omnipotens, & alibi. nunquid manus Domini inualida est? Cum (vt diximus) subsit ei, cum voluerit; posse. Demum verax est Deus. Mattheus siquidem narrat Deum à Pharisęis etiam uocatum esse veracem; dicentibus:

3 *Genes. 17.* *Numeri. 11.* *Sapien. 12.*

centibus:

centibus: Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces; & non Matth. 22.
reſpicis perſonam hominis. Eſt ergo Deus verax; via, veritas, & vita; via non
errans, veritas non fallens; & vita indeficiens. Vnde Deus eſt æterna illa mēs, 4
vel ſubſtantia ſpiritualis; qua nihil poteſt eſſe maius, nec ſapientius, nec melius:
ſine initio, ſine fine, ſimplex, ſine vlla admixtione; inuiſibilis, incorporea, immenſa,
ineffabilis; quæ eſt ipſum eſſe, & à qua venit rebus conditis, vt ſint. Sed iam
orationem noſtram ſequamur. *Qui temperas rerum vices: Splendore mane inſtruis:
Et ignibus meridiem.* Profectò nemo cum attentione iſtum hymnum recitans, 5
poteſt rebus terrenis multum affici, & illis adhærere: quando nihil ſub ſole fir-
mum, omnia fluunt: & non ſecus, ac aquæ fluminis uelociſsimi dilabuntur: Et
ſi Deus rerum vices, ideſt, rerum tempora, ac rerum alternationes non tempe-
raret, omnia breui ruerent, & in antiquum poeticum chaos redigerentur: ſed
certè ſua omnipotētia ita extrema mediantibus medijs copulat ut nihil abſurdū
in tanta rerum permutatione, ac viciſsitudine appareat: quandoquidem (vt di-
ctum eſt) ipſe rerum uiciſsitudines temperat, ordinat, ac bene iugiter diſponit.
Conſidera qualiter ex horrida hieme ad pulchram deueniamus æſtatem, & ex
tribulatione ad conſolationes; ex paupertate ad diuitias, & ſic è contra. Aliquan-
do à regno ad carcerem: Ille verò alius à carcere ad regnum. Vices ergo re- 6
rum non ſolùm huius vitæ, verùm & futuræ: Quæ duæ vitæ denominantur per
mane, & meridiem; apparantur enim & comparantur ab ipſo Deo. Mane appa-
ratur, uel inſtruitur ſplendore; hic quippe per ſpeculum uidemus, & in ænigma- 1.Cor.13,
te: ſed meridies inſtruitur, & apparatur igne; nempe meridies ille; in quo ſpōſa
quærit ſponſum, dicendo; indica mihi, ubi paſcas, ubi cubes, in meridie: & ille Cant. 1.
ignibus inſtruitur. O quot ignes & dulciter vrunt in amorem Dei accenden- 7
do, & ſplendenter Deum, ſicuti eſt, manifeſtando. Ecce inquam, quòd Deus
eſt, qui regit omnia; enimuerò quia manus eius potentia, & in eo eſt omnis po-
teſtas, & fortitudo; & mūdum pugillo ſuo continet: Et uerax eſt, qui nunquam
mentitur; ſed ſui ipſe ueritas eſt, & verax in uerbis, & promiſsis, quæ nunquam
fallunt: idcirco ille eſt etiam, qui mitigat rerum viciſsitudines ſplendore ſolis, &
lumine inſtruit ipſum manè; & meridiem calore ſimiliter parat, & componit.
Vel dicamus ſic. Mane, ideſt incipientes opera fidei facere, & initium, atq; fun-
damentum fidei habentes: quippe mane hoc loco, non aduerbij: ſed nominis
locum tenet, & ſignificationem: ſiquidem tempus matutinum, & primam diei
partem ſignat: vt etiam frequenter apud ſacram ſcripturam ſumitur: Vbi dici- Geneſ. 1.
tur: & factum eſt veſpere, & mane dies vnus: ſolis ſplendore, ideſt, lumine fidei
inſtruis Deus, ac munis in dies magis: & meridiem prouectos in bonis operib.
pios, & iuſtos inſtruis, fulcisq; calore; ideſt charitate magna. Et quoniā Deus
eſt, qui rerum vices temperat, & præeſt calori ipſius meridiei: qui & nulla re alia 8
magis affligitur, quàm flammis, & caloribus carnis, mundi, & Diaboli: Nam Dia 9
bolus calore ſuo noxio incendit: ait enim ſcriptura; ſed ſerpens erat callidior
cunctis animalibus terræ, quę fecerat Dominus Deus: Mundus litibus, & con- Geneſ. 3.
tentionibus inflammat: Caro ſua infirmitate debilitat; & vana ſollicitudine
inquietat, & ſi aliquando videtur inducias facere, nunquam tamen dat ue-
ram pacem: & ob hoc ſubdit. *Extingue flammas litium: Aufer calorem
noxium: Confer ſalutem corporum: Veramque pacem cordium.* Sanè bene 10

C 2 hic

10 hic oramus flammas, bella, & contentiones litium; hoc est, odiorum, & discordiarum, extingui; remoueri, ac procul pelli; sæpè enim (inquit Iustinianus) causæ, & lites materiam criminibus creant. Vnde propter hoc nobis sacerdotibus non conuenit, vt litibus intendamus, qui diuino officio mancipati sumus: Nemo enim militans Deo, implicat se negotijs sæcularibus. Vnde Rabanus: culpa non carent, si in foro litibus intendant: In cathedra Moysis, & synagogæ, magistri cupiunt appellari. Proinde qui sponte, vel conuictus pecuniam debitam reddere noluerit in tantum, ut velit litigare, à nobis dimittenda est illi huiusmodi pecunia: stante illa regula: ut in animo sit paratus amittere quod sibi debetur. Quod si modestè,& leniter omnino egerimus, ut nobis restituatur: non tam intendentes fructum pecuniæ, quàm vt hominem corrigamus: cui sine dubio perniciosum est, habere vnde redat,& non reddere: non solum non peccabimus; sed proderimus etiam plurimum: ne ille dum aliena pecunia lucrum facere vult, damnum fidei patiatur.

L. properandum C. de iudic.

Ludolphus cap. 35.

Matt. 5. Luc. 6.

At qui mysticè sicliteram possumus prosequi; dicentes, quod flamma, & calor hoc in loco sumuntur, ut ita dixerim; & ut etiam præmisimus, in malam partem, nempè pro commotione, vehementiaque noxiarum, & carnalium concupiscentiarum contra spiritum: sicut in sacris eloquijs crebrò accipiuntur. Ait enim Oseas. omnes adulteri quasi clibanus ardens. Et Paulus: in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et Iacobus: lingua ignis est, vniuersitas iniquitatis, inflammat rotam natiuitatis nostræ, inflammata à Geenna.

Oseas. 7. Ephe. 6. Iacob. 3.

Extingue ergo Domine, opprime, & mortifica omnes flammas, idest, omnes malas concupiscentias, lites in mundo ministrantes, & inferentes odium aduersus proximum nostrum. Et aufer calorem noxium, & carnalem, & omnem libidinosum ardorem, ac calorem, quæ omnia supra dicta suscitant in nobis, mundus, Diabolus, & caro, iuxta illud Adam de sancto Victore; cum ait. Mundus, caro, Dæmonia diuersa mouent prælia: cum semper scandalum, idest, occasionem ruinæ in peccatum nobis præbeant.

Adam de sancto Victore in prosa de omnibus sanctis.

Cæterum si habebis textum positum (noctium) dicito sic. aufer calorem, idest, stimulum, & incentiuum, noctium, idest, iniquitatum, siue peccatorum. Nox enim (vt supra diximus) quandoque peccatum significat. Præterea confer etiam nobis Domine, & corporum, & animarum salutem, & fortitudinem; ne carne infirmi simus vnquam, aut vanas timeamus sollicitudines. Da nobis etiam Domine pacem cordium veram, & non fictam. Pax enim, quam dat hic mundus, non uera est pax; sed adumbrata, & simulata; non enim est pax, (inquit Dauid) impijs: Pax uerò, quam dat Deus, tranquillitas scilicet, conscientiæ, atque concordia cum Deo, se ipso, & proximo; vera est, & sincera pax, summopereque expetenda; ut potè; cum ipsa sit ipsa interna in Deo quies: Vnde Dauid anhelans eam dicebat: in pace in id ipsum dormiam; & iterum pax multa diligentibus eum, pax mul-
11 ta diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Et nota, quòd tunc cum Deo pacem habebimus, si in mundo pressuram habebimus, ait enim Dominus in mundo pressuram habebitis, in me autem pacem. Ad quam habendam tria sunt necessaria, nempe, vt Deum timeamus, Ecclesiast. 1. corona sapien-

Psal. 118.

Psal. 24. Psal. 118.

Ioan. 16. Ecclesi. 1.

ſapientiæ timor Domini,replens pacem,& ſalutis fructum.

Secundò,ut in Deum totam noſtram ſpem habeamus. Iſaias, facies pacem nobis,qui in te ſperauimus. Tertiò,ut mandatis eius obediamus. Iob, acquieſce ei, & habeto pacem. Vnde Leo dicit. Hanc pacem etiam arctiſsima amicitiarum vincula,& indiſcretæ ſimilitudines animorum non veraciter ſibi vendicant,ſi cum Dei voluntate nō concordant:extra dignitatem pacis ſunt,improbarum parilitates cupiditatum,fœdera ſcelerum,& pacta vitiorum. Amor mundi cum Dei amore non congruit,nec ad ſocietatem filiorum Dei peruenit, qui ſe carnali generatione non diuidit. Qui autem ſemper mente cum Deo ſunt,ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus,in vinculo pacis,nunquam ab æterna lege diſſentiunt,fideli oratione dicentes,fiat voluntas tua,ſicut in cœlo,& in terra. Hi ſunt pacifici,ſi bene vnanimes, ſanctéque concordes, uocandi æterno nomine filij Dei:cohæredes autem Chriſti:quia hoc merebitur Dei,& proximi dilectio: vt nullas iam aduerſitates ſentiat,nulla ſcandala pertimeſcat; ſed finito omnium tentationum certamine,in tranquilliſsima Dei pace requieſcat. At cum proximo:ſi cum omnibus pacem habebimus. Nam Paulus ait:ſi fieri poteſt;cum omnibus pacem habentes. Ad quam habendam tria ſunt neceſſaria. Primum,vt nihil terrenorum appetamus;qui enim terrena,& honores quęrunt,pacem habere non poſſunt. Bernardus. Dum quærunt homines gloriam,pacem perturbant. Secundum;vt nulli iniuriam faciamus:Paulus; Nemini dantes vllam offenſionem. Tertium;vt omnibus bene faciamus. Idem. Honor & pax homini operanti bonum. Cum nobis ipſis demum pacem habebimus; ſi voluntatem noſtram diuinæ voluntati conformabimus. Lucas enim ait. In terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Secundò ſi in nobis erit frequentatio humilis confeſsionis. Iſaias.creaui fructum labiorum pacem. Tertiò,ut nos non intromittamus ad nos non pertinentia. Prouerb.qui ſe iactat,& dilatat,iurgia concitat. De dilatatione reprehenditur Petrus a Domino dicente:quid ad te,tu me ſequere. Quartò,vt ſenſus noſtros diligenter cuſtodiamus. Eccleſiaſt. ori tuo facito oſtia,& ſeras auribus tuis: Diſcipuli domini oſtia habebant clauſa;quando Dominus dixit eis; Pax vobis.quam det nobis etiam ſemper in hoc,& futuro ſeculo. Amen.

Iſai.26. Tob.22. Leo in hom. omnium ſanctorum. Rom.12. 12 Rom.12. Bernard. Cor.2.6. Rom.2. 13 Luc.2. Pſal.75. Prouerb. 28. Eccleſ.22. Ioan.22.

Ad Nonam horam Hymnus octauus.

GRati animi eſt benefactorem cognoſcere: illi confiteri, diligenterque illius collata beneficia ponderare. Hactenus pluſquam medium pertranſiuimus diem:& hoc non noſtra induſtria,prouidentia,arte,aut viribus noſtris: Sed Dei fauore; qui nos condidit, regit, & non ſuperficialiter, & leui quodam modo,ſed uigore inſeparabili,quo Deus res ſuas ſemper curat:Hoc à ſpiritu ſancto iam illuminata noſtra ſancta mater Eccleſia,cum beato Iacobo Apoſtolo agnoſcens,apud Deum non eſſe tranſmutationem, neque viciſsitudinis obumbrationem: & ſimul ſciens cum Propheta,Dei ordinatione diem perſeuerare:ex hoc præſenti cantico,uoluit ſic illum concinendo,exaltare,dicens.

Iacob.1. Pſal.118.

Beatus Amb. author. *Rerum Deus tenax uigor, Immotus in te permanens: Lucis diuinæ tempora: Succesfsibus determinas*, & reliqua. In quibus primo diuinam laudat prouidentiam, sua virtute omnia conseruantem: orat deinde; ut fœlicem, & beatum uitæ exitū Deus nobis dilargiatur, & post mortem sanctam, & piam, uitam æternam. Sensi equidem alias ad hoc munus me insufficientem esse; nunc ore confiteor, quàm doleo, quam tristor, & quotidiè affligor horum hymnorum expositionē Galat. 6. me aggressum fuisse; Deus, qui non irridetur; scit. Quid dicam ego circa hūc Psal. 8. profundissimum hymnum, ne dicam in quibus diminutus, aut mancus fuerim circa superiorum enodationem, qui principia, & Theologiæ terminos, nec calleo; Verum tamen ad te: qui ex ore infantiū, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, & in quo sunt omnes thesauri scientiæ, & sapientiæ Dei reconditi: quique uerus fons luminis diceris, atque supereminens principium: me conuerto: ut intellectus mei tenebras, & ingenij imbecillitatem, atq; ignorātias digneris lumine tuę claritatis illustrare, & perfectè illuminare, & linguam meam: sicut infantium, disertam facere, ac erudire; labijsq; meis benedictionis tuę gratiam infundere, utque mihi in hoc paruo opere intelligendi accumen,
1 dicendi facundiam, & interpretandi subtilitatem suggerere velis. Quamobrem prçuio tuo, domine, diuino auxilio, dico, quòd dicitur Deus hic esse uigor tenax rerum; quia omnipotenti sua uirtute cuncta conseruat in suo tenore: eius nāSap. 8. que uis occultissima ad singula pertinet: iuxta illud sapien. Attingit a fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Vnde, nisi conditis rebus perpetua eius prouidentia adesset, atque eadem ui, qua ab initio constitutæ sunt, illas conseruaret, statim ad nihilum recideret; & sic omnia quidem conseruat: in se
2 ipso tamen permanet immotus: quemadmodum etiam Psaltes hoc idem conPsal. 101. fessus est. cum ait. Tu autem idem ipse es: & anni tui non deficient, & ipsi peribunt; tu autem permanes. Deus ergo est incommutabilis, & impermutabilis: eo quòd, in eo motus accidentalis. hoc est, augmentum non cadit: quippè (inLeo. quit Leo Papa) simplici naturę diuinitatis nihil addi, vel minui potest; quia semMalach. 3. per est, quod est; Item nec diminutio. Malach. ego Deus. & non immutor. Item Iacob. 1. nec alteratio. Iacob. apud quem non est transmutatio, &c. Item nec secundū locum mutatio; quia ubique præsens est. Hierem. Cœlum, & terram ego imHiere. 23. pleo. Item in commutabilis est etiam Deus, ex eo, quòd non cadit in eum motus ex operatione. Nam soli Deo conuenit in operatione quietum esse; Vnde de hoc extant hi uersus. O qui perpetua mundum ratione gubernas, Terrarum cœlique sator, qui tempus ab æuuo Ire iubes, stabilisque manans das Boet. lib 3. de conso. Phil. cuncta moueri. Item dantur etiam et tres alij motus (secundum authorem illum in suo theologicæ ueritatis compendio; de quo & superiora accepimus, scilicet naturalis, voluntarius: & violentus. Naturalis est quo naturaliter res
3 tendunt ad locum proprium. Violentus motus est, quando coguntur res esse lib. 1. c. 19. extra locum proprium: sed voluntarius motus est in hominibus, vel in Angelis: patet, quòd nec vllus istorum motuum cadit, vel est in Deo. Nam primus, scilicet, naturalis in eo non est, quia omnis motus est ad quietem, & propter indiIsai. 49. gentiam; sed Deus nullius indiget iuxta illud: si esuriero, non dicam tibi: & quia cum sit ipse vbique non habet necesse de loco ad locum moueri; & quia non est in eo grauitas, vel leuitas; propter quam sursum, & deorsum moueatur: & quia cum Deus in se ipso semper maneat, non habet necesse locum propriū:

&

& sibi naturalem extra se quęrere, sicut aliæ creaturæ. Pari modo in motu violento non mouetur, quia non fit ei uiolentia. Iob. si fortitudo quęritur, robustissimus est; Neque demum mouetur in motu voluntario, quia in opere non lassatur, ut animalia. Item alius est motus circularis: alius rectus; & alius obliquus. Et minus vllo istorum modorum mouetur Deus: quia proprietates istorum ei non conueniunt. Attamen potest dici, quòd supradicti modi conueniant mysticè, & ut dicatur moueri motu circulari; omnia regendo, & gubernando. Item motu recto: bonos remunerando. Item motu obliquo: malos puniendo. Eodem quoq; modo possit dici; quod Deus mouetur motu naturali; quo solita bonitate omnibus creaturis pro capacitate earum se communicat. Item motu violento; quo peccatores iustè damnat. Item motu voluntario; quo cuncta inesse conseruat. Vnde istis auctoritatibus soluuntur nonnulla dubia præsertim illud sapien. spiritus sanctus, & mobilis, & stabilis est. Mobilis, quia facit sanctos mobiles ad benè operandum & in bono proficere. Stabilis verò, quia dàt in bono perseuerare: vel mobilis in uia, stabilis in patria: uel mobilis in actiuis; stabilis in contemplatiuis; uel mobilis in alijs sanctis, stabilis in Christo. Isai. requiescet super eum spiritus Domini. Porrò dici etiam tempora successibus, hoc est, motibus, siue successionibus, & successiuo motu determinat Deus quippè qui horis diurnis suas uicissitudines, & ordinē assignat: ordinatione ipsius, Dei scilicet, (inquit Psaltes) perseuerat dies: & alibi. fecit Lunam in tempora; & Sol cognouit occasum suum. Basilius item quoque magnus ait: Deus itaque qui temporis naturam creauit, mensuras ipsi, ac signa: scilicet, spatia dierum adiunxit: septimanaque ipsum metiens, in orbem septimanā in se se semper versari iussit, curricula temporis, ac motiones enumerantem: & vnum item diem septimanam conficere, ipsum in se se septies redeūtem. Quare meritò exclamat Iocobus. O sapientiam diuinam, quàm benè, & optima tua diuina prouidentia, & sapientia disponis, ordinas, & uarias tempora? Non solum lucis diurnę quotidiè benè diuidens: sed & annum in quatuor distinguens tempora secundum accessum, & recessum solis ad polos: & hoc propter generationem, & corruptionem rerum: Lunam similiter facis diuersificare tempora in quolibet mense. Solem item per lationem, & cursum suum supra nostrū hemisphęrium facis apud nos causare diem: & per eius absentiam causare noctem: eo quòd feretur super aliud hemisphęrium: ubi diem causat: & apud nos causat noctem. O ineffabilem Dei magnificentiam? quæ non à casu, nec in uanū disposuit opera: sed omnia in sapiētia ordinat, omnia propter aliquem bonum finem, & fidelium præsertim utilitatem, nostra regens opera. Et non solum, Deus successibus lucis diurnæ, idest ipsius diei determinat, & diei partes distinguit; nempe mane à meridie: meridiem à vespera; & sic deinceps: sed etiam ordinat, & distinguit successibus tempora humanarum rerum: Cum enim incertæ sint cogitationes nostræ, & ignoremus, quid agere debeamus: Deus bona nostra incæpta (si in nomine eius aggressi fuerimus) fœlicibus determinat successibus: pro quibus gratias agit: & rogat: ut qui cæpit, perficiat, largiendo quod deest. *Largire clarum vespere: Quo uita in quam decidat: sed præmium mortis sacræ, Perennis instet gloria.* Planè hic nobis aduertendum est; quòd vespere, hoc loco potest considerari bifariam: & primò, quòd vesper sit istius sensibilis, & tē-

Marginal notes: Iob. 9. — 4 — 5 — Sapiens. 7. — Isai. 11. — Psal. 101. — Psal. 103. — Basil in Hexā hom. 2 tom. 1. — Iacob. de Valen. in Psal. 103. — 6 — 7

poralis diei temporarium, ac fluxum tempus; nempe, vespertinum; atque seroti-
Genes.1. num: quod etiam, & obscurum, atque atrum est; quoniam ob vicinum noctis
crepusculum, & solis occasum: paulatim decumbit in tenebras. Est etiam vespe-
re apud sacram scripturam in frequenti vsu pro extrema diei parte: vt factum est
8 vespere, & mane dies unus. Est & etiam Vesper, vna Stella, quæ Venus, &
Lucifer nuncupatur: quæ calida, & humida est: & malitiam Martis nociuam
temperat: semperq; comitatur solem: sed cum præcedit, dicitur Lucifer: quan-
9 do sequitur, dicitur vesper. Verum vespere spirituale, & mysticum; scilicet,
sacer, & beatus uitę exitus, qui nobis est vespera præsentis incolatus; & cla-
rum, & lucidum est: quoniam succedentem non habet tenebrarum honorem;
sed lucidam regni cœlestis habitationem, nullo fine claudendam; & in isto cla-
ro vespere uita nunquam decidit, aut cadit, vel deficit quia mors ibi amplius
locum non habet; sed immortalitas, & perennitas indeficientis uitæ. Et non
solùm hic versus potest (ut diximus) de vita alterius sæculi intelligi; sed etiam de
vita pręsenti; quam petimus hic ita a nobis transigi, ut ipsa nunquam deci-
dat à rectitudine, neque prolabatur in mortem animę per peccatum: quod ob-
scurum, & non clarum exitum, siue finem uitæ nostræ facere solet: sed potius
Apoc.14. æterna nobis gloria adueniat; quæ est præmium, atque remuneratio mortis
10 sanctæ. Qui enim (inquit Ioan. in suis reuelationibus) in Domino moriuntur,
Matt.20. beati sunt, atque sempiternam uitam in mercedem accipient. Et ista merces,
De denario diurno. siue præmium æternę vitæ denarius diurnus dicitur, iuxta illud Matt. conuen-
tione facta ex denario diurno &c. Ista conuentio est uitæ æternę pro labore
Lodolphus cap. 14. promissio; quæ quidem æterna uita (secundum Ludolphum) dicitur denarius:
Primò ratione nominis; Denarius enim à decem dicitur ex eo, quòd olim de-
cem nummos usuales valebat: in quo significatur pretium pro vsu, & obser-
uantia decalogi promissum; ideo illa uita denarius dicitur: quia pro decalogi
obseruatione datur. Secundo ratione figuræ; quia in denario est figura
sphęrica, & rotunda; vbi non est inuenire principium, neque finem: in quo
significatur vitæ ęternitas, & plena æternitatis possessio. Tertiò ratione
imaginis: in denario enim imago regis est scripta: in quo animæ ad Deum no-
tatur conformitas, plena scientia, & cognitione ueritatis, quæ ibi erit in bea-
tis. Et uocatur iste denarius diurnus: tum quia tota vita hominis, tota etiā
uita præsens reputatur, quasi vna dies, in qua nunquam à bono opere desistē-
dum est: tum quia non nisi operanti in die gratiæ, non in nocte culpæ redditur.
Sed si uis literam transcurrere, potes sic dicere. O Domine concede, & dona
nobis per tuam misericordiam clarum finem, & exitum nostræ uitæ, vel conce-
de, ut semper in gratia tua finiamus omnem diem: Nec corruat ullo modo uita
nostra: sed post huius uitæ exitum; potius habeat perennem gloriam; quæ est
merces, & præmium mortis sacræ Christi; quoniam in cruce hora nona emi-
sit spiritum.

Die-

Diebus Dominicis ad vesperas Hymnus Nonus.

SAnctus Paulus adhortatur fideles: ut in ipsis hymnis, & canticis spiritualibus loquentes sibimet ipsis, & psallentes in cordibus suis, Domino gratias semper agant Deo pro omnibus; sed qui Dei ignorant beneficia, quomodo possunt gratias agere vel psallere in hymnis, & canticis Deo? Oportet ergo vt ante omnia diuina addiscamus beneficia nobis collata; ut illorum recordatione exultet spiritus noster in Deo salutari nostro, vt exultauit in sanctissima magna matre & uirgine. Vnde ob hoc sancta nostra mater ecclesia; quæ semper inuigilat in cogitando, agnoscendo, ac in numerando Dei innumerabilia quidem beneficia, sibi ab eo collata: in memoriam nostram unum, & ineffabile Dei beneficium redigere uolens; quod est, ut Deus sit optimus lucis creator: sic exorsa est. *Lucis creator optime.* & reliqua. In quibus quidem sanctissimis verbis laudat mater Ecclesia Deum, ut lucis diurnæ, ac temporum omnium creatorem, atque dispensatorem: oratque ne mens nostra peccatis oppressa, exulet à uita cœlesti: sed ita declinet peccata in præsenti sæculo: ut in futuro regni æterni obtineat præmium; transeatque à morte ad vitam perpetuam. Colos. 3. Luc. 1. Beatus Gregor. author.

Describitur etiam in hoc hymno opus primæ diei inter sex illos dies; quibus in Genesi mundus sensibilis creatus dicitur. Nam prima die dixit Deus; fiat lux, & facta est lux: & diuisit Deus lucem à tenebris, & uocauit lucem diem, & tenebras noctem: & factum est vespere, & manè dies unus, idest, primus. Opus autem, quod Deus fecit in 2.3.4. 5. & 6. die infra per ordinem in sequentibus ad vesperas hymnis; describitur usque ad hymnum: *Plasmator hominis Deus* in clusiue: de quibus annuente Domino nostro Iesu Christo dicemus suo loco, & tempore. Quare incipientes literæ expositionem aggredi, dicimus: quòd captamus hic beneuolentiam, primo appellantes eum, Deum creatorem lucis; immo & machinatorem totius mundi. Secundo inuocamus; dum dicimus; *Audi preces cum fletibus.* Tertiò hortamur ad vitanda noxia omnia. Cum igitur hactenus in hymnis huius diei sanctissimi excitauit nos mater Ecclesia ad Deum laudandum, sumpta occasione ab hora illius diei, qua canendi erant: modo ad noctem cum tendamus, & beneficijs lucis non paucis vsi fuerimus; idcircò grati pro commodis ex ipsa luce iam perceptis, ad Deum uersi exclamamus: Genes.

1 *Optime creator lucis:* & verè optime; cum nihil sit luce melius: quando omnia sunt, quæ Deus fecit valde bona: lux enim omnibus alijs est melior: Creator ergo illius est optimus: & benè optimus creator dicitur; quia secundum theologos, res de nihilo exit in esse per creationem, quòd est solius Dei. Genes.

2 Et si dixeris; Papa creauit heri tres episcopos; ergo & creare conuenit etiam creaturę: respondeo, quòd tunc non propriè dicitur creasse: sed bene potius fecisse, siue promouisse: Nam inter creare; generare; & facere differentia est magna: Etenim res (ut diximus) exit in esse per creationē; sed exit in esse de aliquo per factionē; quia facere est operari de aliena materia: sed de substātia exit in esse per gene-

generationem. Lux autem, cuius Deus creator fuit, est ipse dies cum nocte, quę dies, & nox spatia, & orbes temporum perpetuos, ac volubiles: (quos vocamus annos) alterna per vices successione conficiunt, & nota, quòd lux est me-
3 dium deferens omnia, quæ à cœlo ad nos descendunt: ipsa quoque mutat corpus non lucens à lucido, ipsa (inquam) est secundum philosophum: cœli purpura, maleficiorum inimica; nauigantium directio; oculus noctis: & facies om-
4 nium rerum. Sequitur sancta ecclesia. *Lucem dierum proferens.* Hic alia diuina laus detegitur. Nam multa fecit Deus: quæ non protulit, seu palàm fecit nobis. Quot enim nobis in cœlo sunt ignota? quot in profundo maris? quot in uisceribus terrę, quæ ignoramus? sed optimus lucis creator hanc noluit latere: sed per ipsam, & ipsam, & omnia reliqua palàm fecit. Vnde dicit. Palàm
5 faciens lucem dierum. Credere tamen debemus, quòd Deus non solum lucem, siue solem, dierum omnium; sed totum mundum creauit sine præiacenti, & præparata materia: quoniam antequam adoriretur hoc opus mundi: in eo pleni: & consummati boni fons erat: vt ab eo bono tanquam viuus oriretur. Neque vlla vi Deus, aut necessitate coactus; sed sua sponte, & uoluntate mundum instituit. Neque vlla alia causa fuit, quæ illum ad opus creationis impelleret, nisi, ut rebus, quæ ab ipso effectę essent, bonitatem suam impartiretur: Nam Dei natura ipsa per se beatissima, nullius rei indigens est: ut inquit Da-
Psal. 5. uid: Dixi domino Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.
6 Quemadmodum sua bonitate adductus, quæcunque uoluit, fecit; ita non exem-
Psal. 135. plum aliquod, aut formam: quæ extra se posita esset (cum vniuersa conderet) secutus est; sed in intellectu fecit & cœlum: Nam per intellectum, & uerbum suum omnia creauit. Ab æterno enim ideæ omnium rerum erant in intelle-
1. Timo. 6. ctu, & uerbo diuino: ad quarum exemplar creauit omnia ex tempore, secundũ species suas. Sed aduertamus progressum literæ sic sequentis. *Primordijs lucis nouæ Mundi parans originem.* Omne agens agit secundum suam propriã
7 formam, uel qualitatem: Aqua semper frigescit: Ignis semper calescit: Homo hominem generat: & Deus semper splendet: non quòd Deus propriè habeat formam, qui est omnium forma: formans sine determinata forma: sed habitat
Io. epiũ. 1. c. 1. lucem inaccessibilem: immo testatur S. Ioan. ex ore Dei dicens: Hæc est annunciatio, quam audiuimus ab eo: & annunciamus vobis, quoniam Deus lux est & tenebræ in eo non sunt ullę. Cum ergo sit lux; non est mirum si originem mundi parauit, idest, ordinauit primordijs, hoc est, initijs nouę lucis: ut nobis demonstraret ex mundi fabrica, & præcipue ex principijs: quales esse debent sui fideles: tales nempe, quales dicit Ioan. quoniam si dixerimus nos habere societatem cũ Deo, & in tenebris ambulamus; mentimur, & ueritatem non facimus; si
1. Epist. Io. 1. autem in luce ambulamus, sicut, & ipse est in luce, societatem habemus ad inuicem, idest, cum Deo. Vnde est, quòd uolens se manifestare qualis sit, orditus est mundi creationem ab ipsa luce: Primus ergo dies, & lux fuit origo parata ipsis lucis diurnę principijs, initijs, & primordijs: quoniã ab ipsa luce inchoauit opus sex dierũ. Hoc est mundũ maiorẽ, distinguitur nãq; triplex mũdus, s. Archetipus. i. Deus, & dicitur archetypus ab archos, quod est princeps & typus, quod est figura: idest principalis figura: quia ipse est exẽplar mundi huius sensibilis. Itẽ est mundus, qui dicitur macrocosmus, idest maior mundus, vt est iste mundus sensibilis, de quo hic disserimus nunc. Item est mundus, qui dicitur microcosmus,

mus,idest,minor mundus,vt est homo,de quo supra diximus hymn. 1. De his
tribus mundis.Ioan.1.In mundo erat;ecce primum;Et mundus per ipsum fa-
ctus est;ecce secundum. Et mundus eum non cognouit,ecce tertium. At-
qui istud opus,quod lucem nuncupamus,dies etiam nominatur: quod Ecclesia
sancta hic etiam dicit;cum ait. *Qui mane iunctum uesperi: Diem uocari prace-*
pis. Ob hoc,cum dies naturalis ex nocte,dieque componatur; nam etsi secun 8
dum accessum solis ad nos,longior sit dies nocte; nox vero longior; quando à
nobis sol uersus tropicum capricorni discedit;nihilominus amator lucis Deus
vult,hoc totam diem vocari à nobiliori parte sui:etiam si tantummodo de die
octo habeamus horas,& de nocte sex,& decem. Et si quis hic diceret: vide- 9
tur potius sancta ecclesia sentire;sicut etiam videtur sentire Iodocus, de artifi-
ciali die;nec non etiam & glos.quæ citat isthæc uerba, & dicit hunc locum de
die artificiali accipi debere:& quidem si sumimus mane; vt sit tempus matuti-
num;vesper verò (vt supra diximus) pro vltima diei parte;cui noctis opacitas
immediatè succedit;bene dixerint Iodocus,& glo.sed (mea quidem sententia) l.2.ff.de uerb.
crediderim potius hunc locum prout etiam supra præposui:intelligi debere de sig & l.more.
naturali die: qui 24 habet horas. Nam quamquam vesper, idest stella illa, quę Roma. ff. de
Venus dicitur.ita dicta,quod sole etiam occiduo prima omnium ex stellis luce ferijs.
re vesperi conspicitur:accipiatur frequenter pro extrema diei parte:accipitur ta
men frequentius pro nocte prima:qua hæc stella primum apparet, durans tota
nocte:ita vt cum solem iam illa præcedere incipit,lucifer appellatur. Et sic ve-
sper hic pro tota nocte autumarem ego accipi omnino debere:mane vero pro Genes.1.
die;quo sol est super terram:quod innuere videntur illa verba in Genesi: & fa-
ctum est vespere & mane dies vnus idest,primus; Mane ergo copulatum ve
speri,præcipis,Domine,diem scilicet naturalem habentem 24. horas: vocari, 10
quia talis dies noctem etiam comprehendit. O solertissima Dei prouiden-
tia (non possum hic verba,commate, membro, periodove constringere: tra-
hunt enim ad se me miranda Dei prius cogitanda, ac recensenda) O ars Dei
incomparabilis,& excellens. O sapientia supereminens Dei; qui ad excogitan-
dum prouidentissimus es, & ad faciendam solertissimus. Quid nam operis
adoriri poterat prius excellentiori,& incomparabiliori arte, prouidentia soler-
tissima,& sapientia supereminenti;quàm exordiri ab opere creationis lucis,quę
(vt diximus) facies est omnium rerum? & ab ipsa luce perenni quidem: ori-
tur in cœlis ipsa,vt indeficiens lumen relucet nobis peregrinantibus hoc in mū
do;illuminat nos in opere faciundo,vsu,vtilitate, & laboribus hominum tan-
quam lucerna illuminans est pedibus, & operationibus, atque actionibus eo-
rum. O infinita Dei bonitas,& amor inenarrabilis,quid non fecisti tu huic ho 11
mini vtilitatis? In tuos profectò habitus es liberalissimus; qui omnia homini
in mundo fecisti.lucem,vt in ea agat,& laboret:noctem, vt in ea quiescat: ter-
ram,vt ex ea fructus gratia viuendi colligat:mare, vt de eius aquis aquatilia ad
vescendum hauriat. Ex animalium enim fœtibus,ò homo: & aer, & terra, &
maria pro te sunt completa.quid plura? quid habes (ò homo) boni,quod non 1.cor.4.
accepisti à Deo largitore magno? Pro tantis ergo (ò charissime in Christo
frater) age Deo tuo gratias;& cognosce beneficia tibi ab ipso collata; & dile-
ctus tu Deo, incrassatus,impinguatus, & dilatatus ne recalcitres; nec propter
hoc deseras Deum factorem tuum, aut recedere velis à Deo salutari tuo: quia 12

ipse

Deut.32. ipſe dicit: Videte,quòd ego ſim ſolus;& non eſt alius Deus præter me. Ego
occidam,& ego viuere faciam:percutiam,& ego ſanabo:& non eſt,qui de manu
mea poſsit eruere. Simus ergo ſemper cum Deo ſalutari noſtro,& dicamus.
Tetrum chaos illabitur. Audi preces cum fletibus. Non ſine cauſa pia noſtra
mater eccleſia;tot Dei beneficijs recenſitis:præparauit ſibi diuinum adiutoriū
8 gratum;& reddidit ſibi iudicem beneuolum; Videt enim magnum ſupra ſe
ſtare periculum:& modo expaueſcit a timore tribulationum nocturno;& maiorem
timendi cauſam lucis diſceſſus incutit: & propter hoc lacrymas dolens
fundit ex oculis cordis:& rogat tales preces fletibus porrectas audiri: Ne ali-
9 qua mala voluntas,ſiue voluptas ad ſenſus illabens noſtros per futurum chaos
13 inducat nos ad malum perpetrandum. Chaos hic non ſignificat illam ina-
Chaos. nem,ideſt,inuiſibilem,& incompoſitam terram,vel molem, vel congeriem:quā
pro ſui confuſione abyſſum vocant & quam Græci chaos dicunt: ſed chaos hic
ſignat tempus nocturnum;quod ob tenebras, & obſcuritatem, confuſionem
rebus ingerit,q.d.iam imminet ſuper nos,& illabitur chaos,ideſt,tempus ſero-
tinum,& nocturnum appropinquat,intrat:& adeſſe nox ipſa feſtinat: idcirco ex
hoc noctis acceſſu dolentes,nunc etiam audi,& benignus,atque ſuperuigil exi-
ſtens ſuſcipe preces noſtras cum lacrymis à nobis fuſas. Vnde nota, quod
14 non propter hoc,quòd aduentat chaos ſolùm oramus Deum;ſed quia hac ho-
ra veſpertina habuit principium ſalus noſtra. Nam Deus condolens interitu
mortis perire ſæculum,è cœlis deſcendit,& incarnatus eſt ex Maria virgine, &
homo factus: Vnde ait hymnus infra poſitus. *Vergente mundi veſpere,* Chri
ſtus venit:& vt etiam adimpleamus præceptum Domini dicentis; oportet ſem
Luc.18. per orare,nempe horis inſtitutis ab eccleſia Dei. Verùm conuertendo ſen-
ſum huius hymni,poſſumus etiam ita dicere,myſtice loquentes: optime creator
lucis,ideſt,genitor filij tui,vel Angelorum; proferens lucem dierum, hoc eſt,
Apoſtolorum:qui dies,& lux ſunt mundi,hoc eſt, Eccleſiæ: Vos enim eſtis,
15
Matth.5. inquit Deus,lux mundi. *Primordijs lucis nouæ, Mundi parans originem.* Hoc
eſt,& initio,ac principio,atque fundamento nouæ lucis,ideſt,Apoſtolorum;qui
ut lux huic mundo eſſent:creati,& vocati ſunt;paras,& inducis originem mun-
16 di,nempe,eccleſiæ tuæ Domine. Tota namque eccleſia ſecundum Iacobum
Iacob. de Valentia. de Valentia,dicitur vnus mundus myſticus ſpiritualis: cuius cœli & lux ſunt
Apoſtoli;& ſtellę ſunt doctores,& prælati:& luna eſt totus populus ſimpliciū,
Euſeb. in homil. euange. Domin. poſt Paſcha, & in hom.dedic.eccleſ. luna enim propter defectionem,ſuiq; mutabilitatē(vt fatur Euſeb.Emiſenus)
mundum iſtum ſignificat; cuius mutabilitas perpetua eſt, & niſi mutationi-
bus,ſtare non poteſt. Sol autem huius mundi eſt ipſe Chriſtus:à quo ſumunt
lumen) & influentiam omnes Apoſtoli,& Doctores & populus:ſole namque
populus,vel eccleſia veſtitus eſt,quatenus ſoli iuſtitię placeat. Elementa au-
tem huius mundi ſunt eccleſiaſtica ſacramenta. Subdit. *Qui mane iunctum
veſperi: Diem vocari præcipis.* Ideſt,tu Domine pręcipis deitatem iunctam
carni noſtræ:quæ obſcura eſt,vt ueſperum;diem,ideſt,Chriſtum; qui eſt verus
dies;vocari. Demum. *Tetrum chaos illabitur.* Hoc eſt nox,& peccatum,
& obſcuritas vitiorum cadit in nos ſæpe propter fragilitatem: Ideo precamur
te Domine gementes,& flentes:vt noſtra vitia,& peccata auferas,atque deleas.
Cur autem poſtulamus noſtras à Deo audiri preces,& peccata de medio noſtri
tolli:adiungit ſancta eccleſia,ſcilicet. *Nemens grauata crimine, Vitæ ſit exul mu-*

nere

nere: *Dum nil perenne cogitat: Seseque, culpis illigat.* Considera quomodo iustè lacrymatur Ecclesia, ne mens grauata crimine, fiat exul non ab ista, vel ab illa ciui tate; sed à uita, & à terra, quam beati mites (ut fatur Dominus) hæreditabunt: de qua dicitur in psalmo: spes mea es tu: Portio mea in terra uiuentium. Heu quantum dolent exules a proprijs natiuis locis: etsi ubicunque sunt, tamen viuunt; tñ omnẽ mouent lapidem, ut ad paternam domum possint ex gratia reditum obtinere. Quis enim; inquit Cyprianus, non peregrè constitutus properaret in patriam ingredi? Quis non ad suos nauigare festinans, uentum prosperum cupidus optaret, vt velociter charos liceret amplecti? Quid ergo facient exules vitæ? ubi erunt, nisi in perpetua morte? Meritò ergo fundit lacrymas pia mater ecclesia, & nos; si sapimus, debemus terrena despicere, & amare cœlestia: ne culpis illaqueemur: dum tantum munus ambimus, totisque viribus quærimus: quando habentes uictum, & vestitum, his debemus esse contenti; æternaque cogitare; ut euadere peccata possimus, hoc est, ne anima nostra crimine, peccato, aut vitijs ponderosa, uel oppressa sit, & sit exul, & aliena à munere, idest, à vita æterna, uel à domo æternæ beatitudinis: vel vitæ Christi, qui est vita; dum vita nostra illigat, & illaqueat se se culpis uitiorum. Insuper pergit dicens, *Cœlorum pulset intimum.* Vt igitur exilium vitæ euadamus, & nostræ cœlesti patriæ reddamur, mens nostra pulset intimum cœlorum; ut quæ sursum sapiat, non quæ super terram: quæ sursum sunt, quærat; ubi Christus est in dextera Dei sedens, qui est vitam, quæ mortem vicit. *Vitale tollat præmium.* Hic (inquam) etiam vita nostra appropiet sibi spe viua, præmium vitale operando: Deus, qui est diues in misericordia: cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo, & corresuscitauit, & considere fecit in cœlestibus. Cæterum, verba, pulset, & tollat, referri debent ad particulam mens, in præcedente uersu expressum: ut sit sensus: Mens nostra feruenti oratione, & meditatione assidua cœlos ipsos pulset, ac penetret, idest ipsum Christum inquirat, æternæque vitæ brauium tandem sibi uendicet, & assequatur. Et nota, quod tollere, non auferre hic significat, aut remouere, sed accipere, aut cõparare; vt in illo loco: Tollis quod posuisti, & tolle quod tuum est; & uade in pace. Mens ergo tollat, idest, accipiat, & acquirat uitale præmium, idest, perennẽ gloriam. *Vitemus omne noxium. Purgemus omne pessimum.* Q. d. statim, atque estis peccatis, & criminibus (quod absit) ò filij grauati, & ab eorum sagittis uulnerati: doleatis ualdè; & illicò agite pœnitentiam de peccatis, & ita vitabitis (quantum ad corpus) omnem posthac immunditiam, & purgabitis per pœnitentiam vestram (quantum ad animam) omne peccatum commissum de præteritis. Ergo doleamus & de futuris caueamus. Amen.

Matth. 5. Psal. 14. 17 Cyprianus in lib. de mortalitate. Ioan. 11. Coloss. 3. Ephes. 2. Luc. 19. Matt. 20. 18

Ad Completorium Hymnus Decimus.

Beatus vir, qui semper est pauidus, dicit sapiens. Et sanctus Paulus hortatus nos dicens: Cum tremore, & timore salutem uestram operamini. & Dauid testatur, dicens. Beatus uir, qui timet Dominum. Nam timor Dei reddit hominem


Prouerb. 28 Philip. 16. Psal. 111.

minem sollicitum,& obseruatorem mandatorum Dei. Hinc est, quòd nostra
vniuersalis sancta mater ecclesia nullum finem gratias Deo agendi faciens : eo
magis hac hora,qua hunc diem cum fœlicitate,& prosperitate finiuit:excitata ti-
more nocturno,sicut in conceptione,hoc est,in initio ipsius diei:immo etiam &
in illius progressu Deum:ut conseruet & custodiat: indefesse orauit:ita in con-
ceptione noctis,hoc est,ante lucis,diei scilicet terminum,& finem:ut custodiat
nos precatur,& adueniente noctis crepusculo,inquit: sit Deus custos noster
1. in nocturna quiete,pellatque à nobis somniorum illusiones,atque nocturni som
Beatus Ambro. Author. ni pollutionem;quæ hoste nostro suggerente;interdum contingit;dicens, *Te
lucis ante terminum, Rerum creator poscimus, Vt solita clementia, Sis præsul ad*
2 *custodiam,&c.* Fęlices illi,qui non expectant sibi prouidere elapso lucis termi
no;scientes,quia ueniet nox:quando nemo potest operari;sed dum tempus ha-
Ioan.9. bent.sibi cauent;& quòd minus in se possunt; de clementia sui præsulis confi-
dunt simul. Circa hunc hymnum primò nota,quòd illi designatum tempus,
quo canendus est,hic insinuatur;vt pote in ipsius completorij,hoc est, in horis
diei completi tempore, quod ante finem diei & in ipso noctis ferè crepusculo,
ex ecclesiastica institutione,exsolui Deo debet. Nota secundò,quòd hic Deus
3 rerum creator appellatur:quia secundum quòd ratiocinantur theologi,& præ-
sertim author ille in suo theologiæ ueritatis compendio,summę bonitatis, hoc
est,solius Dei est triplex effluxio,scilicet per generationem;per spirationem; &
Lib.2.cap.. per creationem. Duæ priores emanationes sunt ab æterno: tertia est in tempo
4 re. Vnde Deus est triplex causa,scilicet,efficiens,exemplaris,& finalis, sed nul-
lo modo materialis.& aduerte,quòd Deus operatur in instanti,Angelus autem
5 repente,sed natura paulatim. Nota tertiò,quòd præsul dicitur,qui aliis ad tu
6 tamen & præsidium præest.quorum custodię,& directioni inuigilat:ut cuique
homini suus Angelus bonus pręsul,ac pręses est. Quare hac hora completo-
rij,sic orantes Deum;ac eius faciem præoccupantes dicamus humiliter. O re
Psal 126. rum creator poscimus à te,atque instanter postulamus antequam dies recedat
Psal 33 Vel mysticè,antequam de mundo exeamus:ut sis nobis custos,& speculator,at-
Psal.93. que præsul ad custodiendum animam nostram. Quippe qui nisi tu Domine
Psal.96. custodieris ciuitatem:frustra vigilat,qui custodit eam: Dominus enim custodit
omnia ossa nostra,& unum ex eis (si uult) non conteretur: qui Dominus custo
dit animas seruorum suorum;& de manu peccatoris liberat eos, & custodit il-
los ab inimicis eorum,& a seductoribus semper tutauit eos. Et ut sentiamus
custodiri à te Domine, & tuum pręsulatum: *Procul recedant somnia, Et no-
ctium phantasmata, Hostęmque nostrum comprime, Ne polluantur corpora.* 1
De conse. dis. 3.c.aquam. Hic aduertant omnes Christiani,quàm præparati cubitum ire debeant: ut satha
nę insidias euadant. Vnde sanctus Alexander Papa primus,qui fuit Quintus
Platina. de uita eius, & sancta ecclesia in eius festo. a sancto Petro ordinauit aquam sacerdotali benedictione sanctificatam in cubi
culis retinendam pro effuganda diaboli malitia:ne somnijs, uel phantasmatibus
nobis illudat. Hic igitur dicimus,quòd somnium est imago, quę uidetur de
nocte in somnis esse similis ueritati. At phantasma,siue imaginem animo ap-
98 parentem,atque obiectam sine rei existentia. Vnde phantasmata noctium di-
cuntur uisa nocturna,quæ nobis dormientibus,ac somniantibus occurrunt:&
illa interdum illusione hostis nostri impura se obijciunt,& ad immunditiam pro
trahunt.

trahunt. Idcirco meritò petere debemus illa Dei præsidio à nobis auerti, di-
centes:longè sit à nobis Domine,& remotæ omnes vanę uisiones, omnes pra-
næ apparitiones,atque omnes carnis malæ illusiones. Absint similiter à nobis,
Domine,omnia noctis phantasmata,& omnes occultæ deceptiones, suggestio-
nes,ac malignorum spirituum apparitiones. Et per hostem hoc loco non 10
perperam diabolum intelligere possumus:quamquam & carnem; quæ est no- 16.9.1.c.uisis
bis continuus hostis,& aduersatrix rationi, omnibusque bonis operibus no- literis.
stris,semperque nobis instat;vt nostra polluantur corpora. Nam diabolus mul 11
tis modis hominem tentat,maximè in his tribus tantum eos tentando aggredi-
tur,idest,aut ciborum appetitu,aut uana gloria,aut honoris,& diui tiarum subli Genes,3.
mitate:& non solum nititur hominem inducere ad malum perpetrandum, ma-
ximè luxurię,sed nititur etiam eos,quos tentat,ad excelsa ducere,& in altum ele-
uare:ut sicut ipse eleuatus cecidit:sic & alios exaltando ruere faciat:quid plura?
inimicissimus noster est,hostis noster est,quid fecit Euę? quid facere cupiebat Genes 3. Matth. 4.
Domino nostro? quem in desertum ducere uoluit. Habet quidem nocendi 16. q. 2. uisis
mille modos. Hostis noster est maximus;nam dormientes per somnia inquie literis.
tat,uigilantes turbat,morbos infert,super bonos dominari appetit, magicę ar-
tes per eum fiunt,bonis ad exercitium datur; semperque fini hominis insidia-
tur: Ergo est hostis noster. Vnde Beatus Gregorius. Quos magis (inquit) Lib.1. Mora. cap. 24.
alios hostes patimur,quàm malignos spiritus? qui nostris nos cogitationibus
obsident; vt Ciuitatem ualeant nostræ mentis irrumpere: eamq; sub sui iugo
dominij captam tenere? At cum rogamus hic Deum,ne polluantur corpora;
non intelligas oĩa indifferenter corpora,sed accipe corpora nostra humana:quæ
quamquam corrumpi possunt; ut dicemus infra lib. hym. Tu Trinitatis vni-
tas. uers. Ne corpus adsit sordidum:tamen ne unquam polluantur Deum roga-
re debemus:corpus.n. quod corrumpitur, aggrauat animam. Non ergo hic
intelligendum est de omnibus corporibus, sed de humanis tantum, & conse-
quenter de nostris:sunt.n.multa alia corporum genera;unum, uidelicet, quod
continetur vno spiritu,vt homo,lignum,lapis,& similia. Alterum,est quod ex
continentibus,hoc est,ex pluribus inter se cohærentibus constat;ut ædificium,
nauis,armarium. Tertium est,quod ex distantibus constat;vt corpora plura nõ
soluta,sed vni nomini subiecta:ueluti populus,legio,grex. Posset etiã dici, quòd
corporum aliud est diuiduum:ut fundus. Aliud est indiuiduum: vt homo. equus
& mulus;sed hæc leguleis attendenda relinquimus. Porrò sedulò nobis orandũ Sapien. 9.
est etiam,vt a corporum pollutione nocturna præseruemur: quoniam vbi illa
nobis hostis nostri suggestione acciderit inter dormiendum:reddit hominem l.Rerum mi
minus aptum sæpius,& indispositum ad sancti altaris celebrandum mysterium: xtura ff de usucapio.
vt sanctius,& tutius sit ob augustissimi sacramenti Eucharistiæ reuerentiam die l.Quod in re
proxima illa sequente ab eo contrectando, & consecrando abstinere: modo id rum natura.
commodè,& sine offendiculo fieri posit quòd & uetus lex nobis subinsinuat: ff. Deut. 23.
cum ait;si fuerit inter uos homo,qui nocturno pollutus sit somno; egredietur Dis.6.c testa-
extra,& non reuertetur,priusquam ad uesperam lauetur aqua,idest, pœnitentia; mentum. de
& post solis occasum regredietur in castra. Si igitur in ueteri, & figurali lege lega. i.instit.
ob pollutionem nocturnam censebatur homo tota die proximè sequente im- de off iud.§. eadem..
mundus, ut iuberetur sequestrari, & separari à cæterorum consortio, atque Deut.23 Dis.6.
contubernio unius diei spatio: quantò magis in noua lege, & euangelica? Testamentũ.
ubi Isai 35.

ubi ſanctiora, & ſacratiora tractanda ſunt myſteria poſtridiè quam acciderit illius inquinamenti contagium debet ſe homo immundum reputare,& ob hanc diuinorum ſacramentorum puritatem, & ſublimitatem ab illis tunc attrectandis humiliter ſe ſubtrahere, & ſegregare, fiat? fiat.

Laus Deo patri, filio, & Spiritui ſancto paraclito.



MICHAELIS TIMOTHEI
GATEENSIS. V. I. D.
IN OMNES FERME ECCLESIASTICOS HYMNOS BREVIS ELVCIDATIO.

Liber ſecundus.

Feria Secunda Ad Nocturnum Matutinum. Hymnus Primus.



IES iſte faſtus eſt, more antiquorum: quando prętor fari poterat: Do,dico,addico:& ſic omnes ſuam poſſunt artem exercere. Et nemo eſt, qui gnoret artem clericorũ, & omnium Deo addicatorum propriam eſſe : Deum laudare die noctuque. Et ſicut operarij, pro corporali uictu acquirendo ſolent diligentiores eſſe poſt nefaſtos dies : ſurgentes valde de manè ad ſuam operam, tanquam qui valdè in diebus nefaſtis, ſatiſque quieuerint: Ita iuxta hunc ſenſum poſt diem nefaſtum, tanquam roborati diuino ſpiritu; in quo uelutiin tranquillo ſomno quieuimus;iuxta illud dictum ſponſæ: Ego dormio, & cor meum uigilat,cantamus,*Somno refectis artubus, Sp. eto cubili ſurgimus.* & reliquà. Vbi ſancta mater Eccleſia ſciens cum beato Ioãne:ſine ipſo Deo;& abſque prçuio eius auxilio nihil poſſe nos cogitar, aut efficere:& cum propheta ſancto; qui petijt à Deo directionem operum ſuorum; cum dixit:& opera manum noſtrarum dirige:hortatur nos;ut antequam quippiam operis moliamur,Deo laudes perſoluere.& preces fundere debeamus,ut diurnum noſtrum opus ab oratione auſpicemur; Deprecatur deinde:ut nobis ſurgentibus ad diuinas laudes, uelit & ſuum lumen infundere:quo peccatorum noſtrorum propellantur tenebræ. Itaque quid ſit ſomnus dicamus; & quidem ſomnus eſt ſopor mentis: quies hominis, quando aliquis dormit. Vel ſomnus eſt mors rediuiua;uel mor tis imago; medicorum experimentum:laborum quies:infirmorum uotum:miſerorum deſiderium: Vniuerſi ſpiritus requies: eſt etiam requies corporis,ueniens,cum deſiderio, ac obliuione delectabili. Quandoque tamen ſomnus dicitur,ſiue eſt amor terrenorum:iuxta illud:ſi dedero ſomnum oculis meis, & alibi:& dormierunt ſomnum ſuum. Quandoque eſt torpor inertię; vel acidię ad faciendum bonum,ideſt,noſtro in peccato cum degimus,tanquam in nocte dormientes. Vnde Apoſtolus,hora eſt, nos de ſomno ſurgere. Quandoque idem,eſt quod extaſis mentis:in qua aliquid reuelatur homini per Angelum Dei:Vnde in euang.Angelus apparuit Ioſeph in ſomnis. Quandoq;

Margin notes: 1; 2; Cant.5.; Beatus Amb. Author.; Ion.25.; Pſal.89.; 3; Pſal.131.; Pſal.75.; 4; Luc.1.

excitatio dicitur; Vnde in Genes.legitur: quòd audiens Iacob; quòd filius suus
5 ueniret, quasi de graui somno euigilans, ait &c. Nota quòd nos somno uti
debemus;ut illo fruamur,ita,ut non uideamur illo taliter uti;ut nobis sit damno,
quia quanquam homini sit necessarius; reprehensibilia tamen aliqua habet ;
Eccles.31, quæ noxia homini esse solent. Nam somnolentus in prouerb.6.arguitur:Vsquequo(inquit)dormis piger?Tristitiam etiã in surgẽdo reprehendit Ecclesiast.
Prouerb.26. Hora surgendi ne te tristes. Reprehenditur itidem in somno multùm ipsa pigritia:prouer.26. sicut uertitur ostium in cardine suo, sic piger in lectulo suo.
Somni nec non importunitas reprehẽditur:quando scilicet, aliquis dormit: quã-
Petr.5. do non esset dormiendum,sicut tempore orationis. Contra id dicebat Petrus
sobrij estote,& uigilate in orationibus;vel in sermone;vel in aliquo opere bonò.
6 Hei mihi quantorum malorum,præamandi fratres,legimus somnum,& in nouo,
& in ueteri testamento fuisse causam,hominibusque non modicum attulisse de-
Iudic.16. trimentum?si legas librum Iudicum, inuenies, Sampsonem dormientem super
genua Dalidę suæ amisisse suam fortitudinem:si legeris secũdum librum Regũ,
2.Reg.46. adinuenies Isboseth Saulis filium regno priuatum fuisse.Si legeris librum Thobiæ:reperies ipsum somno sopitum,cæcum fuisse factum. Si legeris librum
Tob.2. Iudith, inuenies Iudith Holofernis dormiẽtis caput amputasse:Si legeris librũ
1.Reg.26. Regum iterum inuenies, Saulem sua hasta,& lancea priuatum fuisse: Si legeris
Matt.8 c. Matth.octauum caput, intelliges ob somnum Domini Petri naniculam à con-
Mar.4. trarijs uentis valde agitatam:Si legeris Marc.13.cap.cognosces seruum acriter
Mar.13. à Domino reprehendi propter somnum.Si iterum legeris Matth.cognitum tibi erit, fatuas uirgines somno sepultas ingredi non potuisse ad nuptias:& iterũ
si ulterius progrederis,cognosces ob id,quod pater familias dormiret, inimicũ
uenisse, ac zizania in medio tritici eius seminasse. Quare gaudeamus hic nos
cum matre nostra Ecclesia sancta, ingenti, & maximo Dei beneficio:quod est:
vt ipse Dominus noster Iesus Christus noctem quietam,& suauem dederit,cõcessitque nobis:in qua dulciter quieuimus, incolumesque sua gratia conseruati sumus. Sed mysticè lætemur quòd nos, qui membra nostra mundana repleuimus delectatione; quique diu in somno peccatorum iacuimus,& dormiuimus, non in furore suo castigauit;sed(ut ille,qui non vult mortem peccatorũ;
Ezechiel.18. sed ut magis conuertantur,& viuant) expectauit:ut fructum faciamus. Vnde
nunc refectis artubus, hoc est, sensibus nostris,nimis iam mundana delectatione repletis:surgimus,spreto cubili,idest,ipsa mala,prauaque delectatione spreta,
ac omnino cõtempta:adest enim Deus clamans:surge,tolle lectum tuum, & ua-
Luc.5. de domum tuam:hoc est,animam tuam(O Christiane, inquit Christus)à carnalibus desiderijs,ubi ægra quiescebat,extrahe:& ipsam quoque carnem tuam per
continentiæ frena correctam priuato terrenis delitijs, & vade in domum
7 tuam,hoc est,redi in paradisum:ipsa enim est vera domus; quæ hominem prima suscipit,non iure amissa, sed fraude:tandemque restituta per eum,qui fraudolento hosti nihil unquam debuit. Verum enimuerò postquàm refocillata
sunt,ac recreata membra nostra somno, & virtute reparata;debemus cum indignatione stratum spernere, & ad Dei seruitium euigilare:quia tunc Deus aderit.Ideò subiungit. *Nobis pater canentibus : Adesse te deposcimus*,Idest,à Pater te deprecamur adesse nobis canentibus,& laudantibus te præsentem.Quod
autem hic nobis patrem adesse poscimus:captatio beneuolentiæ est, & per pa-
trem

trem Deum intellige,& dicitur Deus,pater, à patrando, siue perficiendo; quia 8
per eum omnia facta sunt. Deus autem, & generaliter, & specialiter,& singulariter dicitur pater,generaliter omnium per creationem,specialiter iustorū per adoptionem,singulariter Christi per generationem. Porrò aduerte hic, quòd rem magnam postulamus, quæ omnem inertiam torporemque expellere à nobis deberet;nempe Dei presentiam: quæ, etsi nunquam à nobis absit:multoties tamen nos ab illa absumus:cum ergo postulamus illam nobis adesse:ferè protestamur ab illa nunquam nos abesse velle: quid ergo erit de nobis? quando Deus inuocatus adest; immo antequàm inuocatur, præsto adest;nos verò sępenumero ab ipso absumus per nostræ mentis euagationem. Vnde conqueritur Deus dicens:Populus hic labijs me honorat;cor autem eorum longè est: Isai.29.
& nihilo minus assignamus ei omnia membra externa, internaque dicentes.
Te lingua primum concinat, Te mentis ardor ambiat, Vt actuum sequentium, Tu sancte sis exordium. Bene dicit;concinat:quia corde creditur ad iustitiam:ore autem fit confessio ad salutem; ita quòd benè concinat; quando lingua cordi respondet;ut interiori fidei externa correspondeant opera:& tunc non est dubiū. Rom. 10
quando opera fidei correspondent quin sequatur illa animæ, Deique amplexio, quam amplexationem uates vocat mentis ardorem, Deum ambientem, idest 9
amplexantem: Demum ipse Deus,qui est alpha,& omega, principium, & finis,totum nostrum opus complet. Petimus ergo hic à Deo, ut nostrę mentis amplexio,&amor feruidus ipsum Deum ardenti affectu prosequatur,amplexetur,& desideret:ut quemadmodum ceruus desiderat ad fontes aquarum; ita anima nostra ad Deum:ut ipse qui est alpha, & omega, nosttarum actionum sit principium, atque finis;hoc est,ut omnis nostra oratio, & operatio ab eo semper incipiat, & per eum cæpta finiatur, compleatur, & perficiatur. Cæterum annota, quòd ambire hoc loco non circumdare, aut circumplecti signat tantum Apoc.1. Psal.41.
sed etiam desiderare,& concupiscere: Nota secundo ex istis quatuor uersibus 10
documentum ualde salutare,& commendabile:quod est,cum primum,dimisso strato, surreximus, antequam aliud aggrediamur opus: Deo laudes persoluere, & preces fundere,atque ab oratione inchoare diurnum nostrum opus,ut omnia,quæ deinde facturi,locuturi, aut cogitaturi sumus omnibus diebus,ac noctibus,horis,atque momentis,ab ipso Deo dirigantur in bonum finem. Nam sic & Propheta(ut præmisimus) suorum operum à Deo directionem in Psalmo petijt:dum dixit:& sit splendor Domini Dei nostri super nos:& opera manuūm nostrarum dirige super nós:& opus manuum nostrarum dirige. *Cedant tenebræ lumini. Et nox diurno sideri: Vt culpa, quàm nox intulit, Lucis labascat munere.* Primo enim lumen, & tenebras corporaliter pro luce dici, & tenebris noctis,deinde spiritualiter accipere debemus. Lumen quidem pro fulgore,ac splendore diuinæ gratiæ:lumen dico pro fulgore, ac virtutum opere: Tenebras verò pro nocte peccati, & mentis cæcitate:quomodo & Apostolus accipit:cum ad Romanos scribit. Abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis: quæ verba benè congruunt huic nostro textui; hoc est,in turpitudine & in flagitijs non viuamus:neque in commessationibus,& petulantijs,& rixis,neque in terrenis,& carnalibus uersemur:q̄ omnia sunt tenebræ:sed hæc omnia excutere, & abijcere: surgereq; cum die, hoc est,cum Christo:quo mortuo, & nos quoque cum illo commortui carne peccati esse debemus:ut honestiores,& decen- Psal.89. Rom. 13. Rom.6. Ephes.5.

D 2 tiores

tiores domum nostram ingredi ualeamus; ut si aliquando fuimus tenebræ, simus nunc lux in domino. Et verè qui Deum amplectitur, qui illum desiderat, qui illum concupiscit, has eructat ex dulcedine uoces: Cedant tenebrę lumini, &c.
Psal. 6. sicut dicebat ille. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem; quoniã exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Precamur ergo te Domine, ut tenebrę dent locum lumini; & nox cedat soli, vel diei, hoc est, peccata omnia abscedant: & lumen diei, hoc est gratiæ diuinę in nos illabatur; ut culpa, vel peccatũ, quam nox, vel diabolus intulit, ac suggessit, munere, hoc est, dono, & gratia lucis Christi, & spiritus sancti, euanescat, & labescat, ac omnino deficiat. Et qm̃ pro habenda aliqua gr̃a solemus in primis aliqua p̃caria verba, & orõnẽ humilẽ porrigere; ut ad uota nostra illũ, à quo gratiã postulamus, inclinemus: gratiãq; illius captemus ad uota nostra; ideo prosequimur. *Precamur iidem supplices, Noxas vt omnes amputes; Et ore te canentium, Lauderis in perpetuum.* Certè qui in Dei amore ardet, nil aliud tam ueretur, quàm à Deo charo, & amato deseri: Hoc ille
Psal. 142. timebat, qui dicebat. Ne auertas faciem tuam à me, & similis ero descendenti-
Psal. 37. bus in lacum. Idem ne dereliquas me Domine Deus meus. Idem (inquam) orat sancta mater Ecclesia; & nos cum illa. Nam quia solùm peccata diuidunt nos a Deo nostro: petimus idcirco, ut noxia cuncta amputet; quia tunc nulla nobis nocebit nox, & aduersitas; si nulla nobis dominatur iniquitas, & sic orę libero in perpetuum laudabimus eum. Precamur te ergo Domine humiles, & suppliciter te postulamus: ut amputes, scindas, & auferas noxas omnes, hoc est, om-
Esther. 13. nia scelera, vitia, atque peccata à nobis: ut te laudemus in perpetuum; dicentes cum Mardocheo. Ne claudas ora canentium te, & fidelium tuorum Domine Deus noster: sed aperi labia nostra, ut lauderis à nobis in præsenti, & in futuro sęculo. Amen.

Feria Secunda Ad Laudes Matutinas Hymnus Secundus.

Beatus Ambro. Author. SPlendor paternæ gloriæ: *De luce lucem proferens, Lux lucis, & fons luminis, Dies diem illuminans*, & reliqua. Inter omnes hymnos nullus isto sanctior, doctior, dignior, humilior, eloquentior, & spiritualior est: si attenduntur verba: sensus: personæ, quibus sancta loquitur ecclesia: precationes, quas facit, ordo dicendi, & spiritualis verborum sensus. Verba sunt (diuinè translata) splendor, gloria, lux fons, dies, soluerus, & iubar. Sensus sunt horum verborum diuinorum Domino nostro Iesu Christo doctissimè applicati. Personę, cum quibus loquitur, sunt diuinę, pater, filius, & spiritus sanctus. Precationes quas facit, sunt omni humilitate repletæ; ut quòd in exilium relegetur fallax culpa, & lubrica in qua nequit aliquis consistere, sed semper in deterius labitur: & hoc dum dicit, Votis vocemus te, &c. Preterea secundo loco petit actuum utilitatem, strenuitatemque, & conteri diaboli caninam rabiem, siue dẽtem, & hoc cum ait: Informet actus &c. Tertio loco ut faciliter aduersa, & uires perseuerantiæ donet. In bonis regat mentem, corpusque sanctificet: ut rationi subdat, & tandem, ut non inficiatur veneficio fraudis: & hoc, vbi ait, Mentem gubernat &c.

Quar-

Quarto loco, quomodo homo interior sit cibandus, admirabili ordine docet: Cum subiungit. Christus nobis &c. Nam sacramentis cibatur, fide potatur, & vsque ad ebrietatem (sobriam tamen) cum omni lætitia repletur; ut tanquam repletus, non in otio diem transigat, sed cum magna lætitia cordis percurrat, velut inebriatus ab vbertate diuinæ gratiæ; & nihilominus timeat semper infamiam peccati: ita quòd non formidine peccati, sed virtutis amore peccare fugiat. Et demum pudor iste sit illi, uelut sui diei operationis diluculum: ardēs uerò fides in Deum, sit illi meridies; qui nesciat occasum; sed semper magis ardeat, & splendeat; velut aurora rutilans; totumq; amorem (pro capacitate nostra) filij ad patrem, patris ad filium, sanctißimamq; vnionem diuinæ naturæ manifestet, vt ibi dicitur: *pudor sit* &c. 3
Modo verò consideremus minutim ipsam literam, & aduertamus hic, quod quinque denominationes filij Dei ponuntur: Quarum prima est, quòd ipse sit splendor paternæ gloriæ: sic enim vocauit illum Apostolus, cum dixit. Qui cū sit splendor gloriæ &c. Secunda, quòd sit lux de luce, lucem proferens, quoniam de ipso, qui est vera lux spiritum sanctum veram lucē producit: Tertia est, quod est lux lucis; quia lux est de luce, filius de patre. Quarta est, quòd ipse sit fons luminis: Origo quippe est; & principium omnis illuminationis in creaturas propagatæ; illuminat enim omnem hominem venientem in hunc mundum. Quinta, & vltima est, quòd sit dies diem illuminans: siquidem mentes humanas sua spirituali luce, & claritate, & angelicas etiam, lucidas (& idcirco diei appellatione hic significatas) reddit, & illuminat. Denique sensum verborum sic aperire possumus, dicentes, ò *splendor paternæ gloriæ*, hoc est, o fili Dei patris: qui per patrem glorificaris: *proferens de luce lucem*, hoc est, de patre, siue de te ipso manifestans spiritum sanctum: Vel proferens, & manifestans lucem, scilicet, temetipsum lucem; venientem in hunc mundum de lucē paterna. O lux (inquam) lucis, o fili Dei patris, & fons, & origo luminis in creaturis splendentis: sicut de te ipso testaris, dicens. Ego sum lux mundi: lux vera (inquam) quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et ò tu *dies, diem illuminans*, idest, ò Christe fili Dei, & dies, qui illuminas diem, hoc est, Angelicas, humanasq; mentes: Nam dixisti: Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi, ueniet nox quando nemo potest operari; Descende, & inhabita in mentibus nostris. Tu inquam, *Verus sol illabere: Micans nitore perpeti, Iubarque sancti spiritus Infunde nostris sensibus*. Quasi dicat, postquàm ò fili Dei, & paternæ gloriæ splendor de luce lucem profers; & illuminas mentes hominum: adueni nunc, vt Sol: & tuo perpetuo lumine, atque æterno, infunde, atque immitte nostris sensibus, hoc est, mentibus iubar, splendoremque, idest, ipsum Spiritum sanctum. Circa ista quatuor carmina annota primò, quòd Christus verus sol dicitur; quia egrediens à summo cœlo, & gyrans, & perambulans viam huius mundi, quæ ante erat tenebrosa, illuminauit eam per lumen Euangelicum: & calefecit eam ardore, & calore suæ paßionis. Nam per suum aduentum, & per radios Euangelicos pepulit, & fugauit noctem, & tenebras veteris legis, & peccati vniuersalis, & causauit diem gratiæ super terram: & sic Sol verè dicitur. Cæterùm iubar (quamquam hic pro Spiritu sancto sumatur; quia procedit à patre, & filio, ideoq; vocatur iubar) tamen corporaliter dicitur stella; quæ ante Solis ortum Lucifer; post Solis occasum, vesper appellatur; quòd iubata appareat, vel

4 Hebr. 1. Ioan. 1. Ioan. 8. Ioan. 9. 5 6 Psal. 18. 7

quòd splendor eius se diffundat in modum iubæ leonis. Est enim ad modum stellæ illius, quæ superioribus diebus, siue noctibus, fuit hic Romæ visa ab omnibus, quam vulgò appellant cometam. Comas enim luminis fundit, & dicitur significare mutationem regni, aut bella, aut pestilentias. Sed infunde, dico, mentibus nostris ò Christe Spiritus sancti gratiam: vt *Votis vocemus te patrem, Patrem perennis gloriæ, Pater potentis gratiæ.* Non solum vocemus te filium; sed & votis, hoc est, pijs desiderijs, ac feruidis vocemus; ac precemur
8 te patrem etiam cum affectu filiali: Patrem & perpetuæ gloriæ, idest, paradisi: Patrem, inquam, & potentis gratiæ. Cæterum ex humanis rebus ducta similitudine: quemadmodum eum, à quo familia propagata est, eiusq; consilio, & imperio regitur: patrem vocamus, ita hac ratione factum est, vt Deum: quem omnium rerum opificem, & rectorem agnoscimus, patrem appellari æquum
9 fuerit, & etiã ex amore erga creaturas Deus paterna voce est insignitus. Nam fecit nos, & creaturas omnes: fecit, inquam, secundum corpus, creauit secundum
Deuter. 32 animam; possedit secundum vtrumque. Vnde in Deuteron. Numquid non ip-
10 se est pater tuus, qui possedit, fecit, & creauit te? Et non solum dicitur pater
Isa. 3. creatione, immo etiam dicitur pater æterna generatione: quippe Isai. 3. genera-
Ephes. 1. tionem eius quis enarrabit? Item dicitur pater, prædestinatione. Ephes. 1. Gra-
Isai. 63. tia nobis, & pax à Deo patre q prædestinauit nos in adoptionẽ filiorũ. Pater, in-
1. Pet. 1. quam, dicitur & redemptione. Isai. 63. Tu Domine pater noster, & redemptor
Ioan. 1. noster à sæculo nomen tuum. Generatione item sacramentali. 1. Pet. 1. Benedi-
Rom. 8. ctus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi: qui regenerauit nos. Item & fidei instructione. Ioan. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Pater item appellatur gratia adoptionis. Rom. 8. accepistis spiritum adoptionis filiorum: in quo clamamus Abba pater, quibus quidem verbis, Deum communem patrem omnibus ostendimus esse. Pater item dici-
Galat. 4. tur gloriæ collatione. Galat. 4. Itaque iam non est seruus, sed filius: quòd si filius, & hæres per Deum, idest, per opera Dei. Opera enim nostra magis sunt per Deum vitæ æternæ meritoria, quàm per nos. Igitur secundum istos duos vltimos modos meritò dicitur *pater potentis gratiæ*, & *pater perennis gloriæ*.

Quia verò spiritus sanctus est fons bonitatis, ac luminis, qui & strenuos, castos, atque modestos nos facere potest. Propterea sic addit. *Culpam releget lubricam, informet actus strenuos: Dentem retundat inuidi, Casus secundet asperos: Donet gerendi gratiam:* Aduerte hic, quòd ad iubar, hoc est, ad spiritum sanctum oramus: vt dignetur nempe, omnia nostra mala pellere: omnesque nostras culpas lubricas, & libidinosas actiones à nobis tollat: libido enim facit citò nos labi de bono ad malum; ut etiã cõfirmet, & roboret in dies magis nostros actus in vigilijs continuis, in sollicitudine, & in fortitudine, & ad omnia peragenda bona strenuos semper, ac indefessos faciat: modestioresque etiam, ac solito honestiores efficiat operationes nostras: quod ut in me infælici peccatore conficere uelit
11 Deus, suppliciter exposco. Inuidi similiter Diaboli, qui inuidebat parentibus nostris: cum essent in paradiso terrestri: astum, calliditatem, fortitudinemque eius omnem tollat, euellatque. Insuper iubar & ipse spiritus sanctus, nostros asperos casus secundet, & prosperos ipse eos faciat, hoc est, ruinas, & calamitates, perturbationesq; omnes nostras: quales sunt amissio facultatum, paupertas, nuditas, carcerationes, castigationes, fames, sitis, lites, iurgia, rixæ, contentiones, &

bella,

bella, quæ quotidiè nobis contingere solent, circumferentia nos huc, illuc, secundas, prosperasq; reddat posthac semper. Donetque nobis gratiam, ut non amplius incidamus in has miserabiles calamitates, ac ærumnas: & quatenus iterũ contingant, tunc nobis præstet fortitudinem, robor, & virtutem, vt huiusmodi casus toleremus, ac patienter feramus, & sustineamus; maximè quando ad emendam castigabimur, aut ab ipso Deo patre nostro, aut à nostris superioribus: ut cum beato Iob patienter cantemus; si tot hucusque bona de manu Dei suscepimus, cur et mala modo non sustineamus? Quasi flens sancta nostra mater eccle. Iob. 2.
ob supradicta tanta pericula, quę nobis imminent, orando continuat orationẽ, dicens hoc sanctũ iubar, & dulcissimus consolator noster spiritus sanctus: *Mentẽ gubernet, & regat, Casto fideli corpore, Fides calore ferueat, Fraudis venena nesciat.*
Quàm mens nostra sit instabilis, clarum euadit. Nam modo proficimus, 12
modo deficimus, modo reminiscimur, modo obliuiscimur, modo volumus, modo nolumus, modo diffusis cogitationibus, atque affectionibus, & consilijs huc, atq; illuc vagamur, imò omniũ, quæ sunt velocissima est mens: vno quippe temporis momento totum mundum circumuolat. Vnde homo omnia animantia 13
excedit, & intelligentia eius superat. Bene ergo rogamus Deum, ut sanctis cogitationibus ducamur semper, atque velimus, quod animæ bonum est. Iubar ergo, & spiritus sanctus infundat in nobis suam gratiam, & non tantum actus nostros dirigat: sed & mentem, intellectũ, uoluntatem, cogitationem, affectionẽ, ac omne consilium nostrum dirigat, & regat; animamq; in fide castam conseruet; & in fideli corpore, hoc est, in corpore nostræ sanctę matris ecclesiæ, quæ secundum Apostolum dicitur corpus. ait enim. Nos sumus vnum corpus in 14
Christo: permanere constanter faciat. Vel in corpore casto, & fideli, scilicet, Rom. 16.
Christi. Nam corpus idẽ est, quod Christus. Vnde in Euangelio. Vbicunq; fue- 15
rit corpus, ibi congregabũtur aquilæ, idest, Apostoli. Pari modo fides nostra fer- Lucæ 7.
ueat, & ardeat amore spiritus sancti; & nesciat, nec sapiat hæreticorum peruersiones, aut venena eorum. Vt sanè mens nostra fraudis, hoc est hæresis venena haud gustet, uel pitisset, petit Christum in potũ, & cibum, & ait: *Christusq; nobis sit cibus, Potusq; noster sit fides.* Corpus ergo Christi, & caro eius alat nos: sanguis Ioan. 6.
verò eius potet nos quia ipse nobis est uerè cibus, & sanguis eius verè est potus noster. Pascimur enim istis duobus; & animam nostram sua carne, & sanguine alimus: in quibus est mysterium nostrę fidei: Ideo Christus nobis sit cibus, & potus noster sit fides, tanquam salutaris potus. Vel sic: Christus sit nobis cib. hoc 16
est, prædicatio Dei, quæ reficit nos, & mentes nostras, ut cibus reficit corpus, sit nobis cibus, & cum hac comestione, ac pdicatione habeamus potũ, qui sit nostra fides. Nam fides, secundum Apostolum, est fundamentum sperandarum rerum argumentum non apparentium, idest, certa, & firma basis earum rerũ: quas speramus; & quæ sempiternum, & cibum, & potum datura est nobis, tam in hoc, Hebræ. 11.
quàm in futuro sæculo. Postquam, inquit, tales nobis proponuntur, & cibus, & potus delicati, atq; suauissimi omniũ profectò: Ergo, *Læti bibamus sobriam ebrietatem spiritus.* Alacres, dico, & hilares bibamus temperatam infusionẽ spiritus 17
sancti. Ebrietas enim spiritus sancti est sobria temperatura, & modesta: & illa spiritus sancti exuberãtissima, & profusissima suauitas interna (quã sentiunt pię animæ, cũ sincero amoris, & meditationis affectu Deo cõiunguntur) semper annexã sibi sobrietatem habet, ut indiuiduam comitem. Et ad hanc spiritualem so-

brietatem summopere expetendam, inuitat nos omnes dulcissimus ille sponsus
Cant.5. in canticis amatoris cap. 5. dicens: Comedite, & bibite, & inebriamine charissimi.
Eandem quoque spiritualem, & commendabilem ebrietatem sensit prophe-
Psal.30. Psal.33. ta: Cum eructauit in psal. 30. illud canticum, scilicet, quàm magna multitudo
dulcedinis tuæ Domine; quā abscondidisti timentibus te; & in alio loco: gustate,
& videte: quoniam suauis est Dominus. Salomon etiam expressit hanc ebrie-
Sapien.12. tatem in libro sapientiæ. 12. cum dixit. O quàm bonus, & suauis est, Domine,
18 spiritus tuus in omnibus. At ebrietas carnis, & temulentia sobria non est; sed
Dist.35.c.ante omnia, & c. uinolētum. sobrietati uel maximè est aduersa. Est enim fomes omnium vitiorum. 35. dist.
cap. ante omnia, &c. vinolentum. Nam legitur in Genesi. 9. quòd Noë ob
ebrietatem nudauit femora: & Loth, quem Sodoma non vicit, vicere vina. Præ-
Genes.9. terea vide quæso, quàm mala, & pessima res sit se uino inebriare; Nam quomo-
Judith 13. Esther. 7. do fuisset vnquā à Iudith caput Holofernis amputatum, & abscissum: nisi ebrie
tate sopitus fuisset? Ad hæc quid dicimus de Aman; qui inter vina ipsa pœnā
Aug.serm.24 & 54. ad fratres i eremo. Tom. 10. suæ ebrietatis exoluit? Quo circa obnixè est fugienda hæc pestis: quæ (ut fa-
tetur Augustinus) est calamitas omnium calamitatum; culparum mater; radix
criminum; origo uitiorum; turbatio captis; subuersio sensus, tempestas linguę;
procella corporis: naufragium castitatis; dedecus vitæ; honesti infamia; animæ
corruptela: Est enim vinum ad hilaritatem cordis natum, & non ad ebrietatem.
Boet. Inquit enim Boet. vinum modicè sumptum acuit ingenium. Adnotandum no-
19 bis insuper est; quòd bibere est propriè uinum, uel aquam per os transglutire.
Bibere item mysticè accipitur. In euangelio legitur. Nisi manducaueritis
Ioan.6. carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem; non habebitis vitam in uobis,
& sensus potest esse talis. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberi-
tis eius sanguinem, non eritis de ecclesiæ vnitate. Item bibere idem est, quod
Matth.26. incorporari: Vnde in euangelio: Nō bibā à mō de hoc genimine vitis, idest, non in
corporabo. Item bibere est, suscipere passionem. Vnde illud; Potestis bibere ca
Mar. 10. Ioan. 7. licem, quem ego bibiturus sum? idest, suscipere passionem. Item bibere est idē,
quod instruere. Vnde in euangelio; si quis sitit ueniat ad me, & bibat, idest, qui
20 desiderat doctrinam, veniat, & instruatur. Sed inquit mater eccle. *Lætus dies hic*
trāseat, Pudor sit ut diluculum: Fides velut meridies, Crepusculum mens nesciat. Dies
hic accipitur pro hac præsenti vita nostra, ac peregrinatione; cui assignāt sancta
eccle. partes spirituales respondentes similitudine quadam partibus diei sensibi-
lis. Quasi dicat; sicut dies iste sensibilis habet diluculum, meridiem, & crepusculū,
sic hęc uita nostra, Domine, habeat pudorem, idest, animi, & corporis castitatem,
vt diluculum, & amorem, quasi dicat, sicut diluculum, & aurora diei est exordium,
sic pudor, hoc est castitas, sit initium omnium bonorum operum. Habeat item fi-
dem vita nostra, nullis circumamicta, & fuscata tenebris, & meridiem. Habeat
demum & lumen mentis, sitq; noctis, & tenebrarum expers, & nullum sit huic
vitę nostrę mentis crepusculum, aut diei finis. Quare sic modo dicamus. lętus
Gre. in hom. com. confes. hic dies transeat, idest bonis operibus à nobis finiatur, & talentum, quod à Deo
accepimus duplicatum erogemus, ac repręsentemus. Habens enim, inquit Grego
21 rius, intellectum: curet ne omnino taceat. Habens rerum affluentiā vigilet, nc à
misericordię largitate torpescat. Habens artem, qua regitur, magnopere studeat,
vt vsum, atq; vtilitatem illius cum proximo partiatur. Habens alloquendi locū
apud diuitem, damnationem pro retento talento timeat, si cum valeat, & possit,
non

non apud eum precibus intercedat. Talentum quippe ab vno quoque nostrũ venturus iudex exiget, quantum dedit. Vt ergo de talenti sui rationibus, redeunte Domino, quisque securus sit, cum timore penset quotidie; quod accepit, & in illo operetur: ut illi dies hic lætus contingat, & post mortem uita æterna. Et quoniã omnis affectus noster est, ut Christo fruamur: ideo subiungimus. *Aurora cursus prouehit. Aurora totus prodeat, In patre totus filius, Et totus in uerbo pater.* Hic ab aurora sensibili fit manuductio ad auroram intellectualem, 22
& spiritualem, scilicet, Christum; quasi dicat: sicut aurora visibilis nunc cursum suum accelerat, festinatq; ad ortum; Ita Christus, qui uisitauit nos oriens Luc. 1.
ex alto per incarnationis mysterium, depulsa nocte mundo, ut mystica aurora, illucens; totus ad nos per benignitatem prodeat, & manifestetur: præsertim cum operati fuerimus in talentis, quæ nobis tradidit. Et sic hic apparet, quòd filius 23
Dei est totus in patre; ut ipse ait in Euangelio Ioannis c. 14. & totus pater etiam Io.n. 14.
in verbo, idest, in filio; quia est uerus Deus per ineffabilem diuinarum personarum unionem in una substantia.

Feria Secunda Ad Vesperas Hymnus Tertius.

I*Mmense cæli conditor*, & reliqua. Duo in hoc hymnno, sicut ferè in omnib. vespertinis, veniunt consideranda. Primo diuinum opus. Secundo periculum, & necessitas nostra. Sancta enim eccle. curiositatem nostram naturalẽ aliquid noui semper videndi, & sciendi, cognoscens: sicut quondam Athenienses illi (Act. 17.) ad nihil aliud uacabant; nisi aut dicere, aut audire aliquid noui; Hoc etiam testatur Aristoteles dicens: Omnis homo naturaliter scire desiderat. Hinc sunt multæ ciuitates ludos dantes varios, nouis semper tragædijs, uel comedijs refertos, quæ his præstigijs à summo mane vsque ad vesperam ipsam pascunt oculos, & populus, ut nouitatis amator, concurrit, & magnificat exultat, laudatq; illos, qui in scena ioculosa magis egerunt. Cum ergo tam simus ad nouitates inspiciendas affecti, & nihil magis nouum sit, quàm mundi creatio: de quo non potest dici; quòd fuerit aliquando: quotidie in his hymnis vespertinis aliquã partem mundi creatam concinit. Nos ergo: quos Dominus magnus editor, ac artifex miraculorum per suam sanctam ecclesiam conuocat, ad ostensionem pro priorum suorũ operũ, non debemus languere ad tm̃ spectaculum, aut esse pigri ad auscultationem, & considerationem oculorum spiritus sancti: sed magnam hanc, & uariam officinam opificij diuini aspicientes, & oculis intelligentiæ retrogressis ad superiora tempora fideli mente contemplemur constructionem vniuersi. Heri vidimus, & videndo cantauimus lucis creationem. Hodie uideamus, & cantemus aquarum, cœlo mediante, diuisionem, dicentes; *Immense cæli conditor, Qui mixta ne confunderent: Aquæ fluenta diuidens, Cælum dedisti limitem*, & reliqua. In quibus omnibus inuitamur à sancta matre ecclesia, ut secum laudemus mundi artificem, atque factorem: commendantes eius virtutẽ immensam ab ope re secundæ diei à se facto petentesq; gratiã in bono perseuerandi, & nobis dari simul, & fidem rectam, atq; sinceram. Nam in Genesi describitur, Deum fecisse firmamentum in medio aquarum, & eius spatio siue interstitio aquas, quę sub fir mamento

Beatus Ambro. Author. 1
Act. 17.
Genes. 1.

mamento sunt, ab alijs, quæ sunt super firmamentum, diuisisse. Vnde admodum aptè, & pulchrè hoc præsens canticum operis illius, secundæ diei mentionem habet. Nam canimus illud in secunda feria: quæ secundus est dies hebdomadę: quia ordine, & nomine respondet secundę diei creationis mundi; sicut etiam superiores hymni, scilicet, primò dierum omnium; ac ille qui incipit lucis creator optime, bene respondent, & congruunt diei dominico; cuius opus,
2 nempe firmamentum lucis comprehendunt. Qua propter expositioni literę modo insistamus, & primam vocem hic positam examinemus, dicentes: quòd
1 certè Deus dicitur esse immensus solum pŝentia maiestatis, quia quãtitas in Deo dimẽsionis non est; sed bene uirtutis. Vnde omnino tenendum est: quòd in Deo non est propriè longitudo, nec latitudo, nec sublimitas, nec profundum.
3 Si tamen dices: Hæc tamen metaphoricæ sunt in Deo; Author ille in suo Theologicæ veritatis compendio hoc tibi concedit. Est enim (inquit) in Deo latitudo charitatis, qua nos ab errore reuocat, est & longitudo patientiæ, quæ malos expectat, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. Est & in eo sublimitas sapientiæ: qua omnem sensum superat, omnia enim nuda, & aper
4 ta sunt oculis eius. Est etiam in eo profundum iustitiæ: qua peccatores damnat. Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Porro sensus verborum sic ordinari potest. O Deus, qui es sine mensura, quiq; cœli es conditor: dixisti enim: Fiat firmamentum in medio aquarum, & factum est, sicut imperasti: qui (inquam) diuidis & quantitatem aquarum fluentem, partim in terra relinquens, & partim in cœlis retinens: & ne ista fluenta, & nimietas aquarum confunderẽt mixta, hoc est, confusionem inducerent rebus super faciem terræ mixtis: vt erant elementa; quæ erant confusa, & simul mixta, immò & vnum chaos: posuisti cœlum in medio istarum aquarum: id est inter aquas superiores:
5 & inferiores. *Infunde*. &c. Sed certè hoc magnum Dei opus non est sic labijs siccis à nobis prætereundum, ac oscitanter cogitandum: Non ne videmus de diuisione aquarum esse contra experientiam, quam naturaliter videmus quotidie; & primò non omnes sunt in uno loco; sed per diuersa terrarum spatia, uaria diuiduntur maria: ergo non solum cœlum diuidit. Ad hoc facilis est responsio, quare firmamentum diuidit inter aquas cœli, & terræ. Sed cur præcipitur, vt congregentur? non ne aqua suapte natura fluit deorsum? Cur ergo fieri præcipitur, quod per se natura facit? Respondetur; quia, quod modo faciat, scimus: sed quod tunc faceret, nescimus: nec aliquis tunc erat, qui indicare nobis potuerit. Cogita ergo quòd uox Dei naturæ est creatrix: & quòd præceptum tunc naturæ factum est; illud est, quod hodie naturam nos voca-
6 mus. Præterea quæritur quomodo aquæ maneant sursum, si cœlum mobile est, & rotundum: De mente sancti Ambrosij dicunt quidam, quia multa corpora exterius sunt rotunda, quæ interius sunt quadrata. Cur autem cœlum dederit limitem diuina prouidentia huiusmodi aquis: pergit dicens. *Firmans locum cœlestibus.* Id est in cœlestibus dans locum aquis. Sed natura aquæ, quam supra diximus, est fluere ex Dei præcepto: cœlestia sunt loca superiora: vbi est ergo natura aquæ Dei præcepto fluxibilis factæ? quomodo super cœlos sunt & non fluunt ad inferiora? Respondetur, hoc fieri virtute eiusdem uerbi Dei: Quid enim si Dei verbum est illis cœlestibus, non ut fluant ad inferiora, sicut aquæ, quæ super terram sunt? sed fluunt circulariter, siue in se ipsis

sub si-

Lib. i. ca. 14.

Sap. 11.

Hebræ. 4.

Matt. 25.

Genes. 1.

Theodore tus episcopus in ser. pri. de proui. Dei.

Basilij magni verba in Hexameron in homil. 4.

Basil. mag. ibidem.

Genes. 1.

subsistant: vt facit mare: siue etiam aqua per multum spatium in suo loco subsistat, ut potest videri super folium caulis: vel super pannum lini mundum. Hoc dictum sit, vt (quantum confidere debeamus uerbo Dei, notescat. Simulq; terræ riuulis, Vt vnda flammas temperet, Terrę solum ne dissipet. Hic oritur non magna quæstio: nempe de qua unda nostra ecclesia voluerit hic intelligere; an de aqua super cœlos posita, an verò de aqua sub firmamento sita. Sunt quidam, volentes; quòd de aqua, quæ sub firmamento est, intelligatur, temperante flammas astrorum, ne illæ terram amburant: Alij uera, autumant: & firmiter etiam affirmant, vt de unda, & aqua, quæ super cœlos est posita, accipiatur. Sed quoniam hæc discutere, & tractare hic non interest nostra, nec refert permagni, quomodo hæc sese habeant: iccirco ea missa facio: ne ipse errans fortè, ansam alijs errandi tribuam. Verborum autem sensus sit talis. Vnda, hoc est, aquæ, quæ super cœlos sunt, flammas temperent, & mitigent, ne terræ solum dissipent. Vel sic, si lubet; vnda, idest, aqua, quæ sub firmamento est, temperet flammas astrorum, ne illæ terram urant. Magnificauit huc usque sancta mater ecclesia, immensam Dei prouidentiam, quòd omnia in sapientia fecit: Nunc autem quærit ea, quæ sibi sunt necessaria, videlicet, vt perpetuum diuinæ gratiæ munus sibi concedatur; sic addens, *Infunde nunc piissime Domum perennis gratiæ.*

Nam ruimus, si gratia destituimur: & semper noua fraus diaboli ad nouos nos 7
casus trahit virtute erroris ueteris. Infunde ergo nobis, Domine, donum, hoc
est gratiam perennem, & charisma spiritus sancti; ne nobis contingat, quod sequitur.
Fraudis nouæ ne casibus Nos error atterat vetus. Petimus hic, inquã, 8
spiritus sancti donum: ne error antiquus, & vetus, fortè originale peccatum; & fomes, qui nos ad malum pronos facit, & stimulat ad peccatum; nam sicut cinis fouet ignem; ita per ipsum fouetur peccatum in carne atterat; uitiet, ac nos labefactet, & opprimat per nouas fraudes Dęmonis: neve ex transactis malis praua consuetudine inducamur ad noua peccata perpetranda. Peccatum enim, inquit Gregorius, quod per pœnitentiam non deletur: suo pondere mox ad aliud trahit. Vel sic. Ne casibus nouæ fraudis, idest, ne suggestionibus nouæ fraudis, diaboli scilicet, (quibus suggestionibus etiam vsus fuit in suasu habito per eum ad Euam. Nam dicitur noua fraus, quoad nos; uetus verò respiciendo retro ad illam; quam fecit ipsi Euæ: error uetus nos conterat, vel deprimat. Sed pergit Ecclesia dicens; *Luces fides inueniat.* Quot enim dicunt, se credere, in Christo manere, societatem habere cum Deo; & tamen fides lucem non inuenit? quia in tenebris viuunt peccatorum, quia non fert splendorem ueritatis fides talis; sed cũcta uana sequitur: & sic hæresis fidem comprimit; Nam moribus corruptis, ferè semper illis fides accommodatur. Ne autem hoc fiat, humiliter orat sancta Ecclesia. *Sic luminis iubar ferat: Hæc uana cuncta terreat: Hanc falsa nulla comprimant.*

Greg. lib. moral. 25. ca. 12.

Veritatem, inquam, & lucem diuinam fides nostra in- 9
ueniat, ut splendorem spiritus sancti assequatur, & secura ferat: & hæc fides nostra omnium optima, cuncta uana, & superstitiosa explodat, nec vsu vnquam accidat, ut hanc santisimam fidem nostram aliqua falsa dogmata, aut falsa fidei doctrina hęreticorum; qui, ut verum se dicere mentiantur, vera falsis solent permiscere: opprimant, maculent, aut uitient. Hęc enim omnia diabolus solet subministrare, cui nostra fides multum displicet: quoniam ipsa ostendit, cum nullius 10
crea-

creaturæ Deum esse,& authorem solius mali; & propter culpam suam iudicat
Ioan.16. iam esse.Ioan.16.Princeps huius mundi iam iudicatus est. Amplectamur ita-
11 que omnes hanc arborem fidei; quia per eam diabolo ubique resistitur. Nam
1.Pet.5. archiapostolus monet nos,dicens: cui resistite fortes in fide, & Marcus; Dæ-
Mar.16. monia eijcient;qui crediderint. Et Ioan.qui male agit, odit lucem,idest fidem;
Ioan.3. & non uenit ad lucem.fidem,inquam, habeamus,uiuam fidem teneamus,fidem custodiamus:quę,ut inquit Chrysostomus,est religionis sanctisimę fundamentum,charitatis vinculum,amoris subsidium. Hæc sanctitatem firmat, hæc castitatem roborat,hæc dignitates exornat: In pueris splendet, in iuuenibus floret,in prouectis apparet. Hæc gubernat sexus, hæc gradus prouehit, hæc officia cuncta custodit:fides amicitias seruat, collegia copulat, artes commendat. Fides nullum despicit,nullum contemnit. Fides mandata tenet,pręcepta seruat, promissa consummat. Fides familiares efficit Deo, amicos constituit Christo: Cui me nunc,& in hora mortis commendo. Amen.

Feria Tertia ad Nocturnum Matutinum Hymnus. Quartus.

Esther.5.&7. *C*onsors paterni luminis. & reliqua. Videor mihi uidere Esthor quandã; illam dico,quæ,& non uocata ad regem,sponsum suum Assuerum accedere,& pro populi sui salute,cui mortem intendebat Aman ;alloqui non timuit. Nam regis nomen interpretatur princeps: Aman verò tumultuans: Quæ nomina propriè Domino nostro Iesu Christo, hostique nostro conueniunt: Est-
1 her enim ista exploratio medicinę interpretatur. Et quænam est, quę ita pro filijs medicinam quęrat, sicut mater nostra sancta Ecclesia? Quæ materna sollicitudine de nocte consurgit;nec ad aliud, nisi ad sponsum accedit, & nominibus quibusdam proprijs illum inuocat,prout cognoscit filios suos tali egere medicina:ut in isto hymno licet uidere:quia contra tenebras lumen quęrit: appellat sponsum,non solum consortem luminis; sed & lucem ipsam, & diem lucis; quasi dicat,cum tibi hæc nomina,ò sponse, conueniant; medicinam, quam filijs quæro,negare non potes. Nec miror,quòd hanc etiam medicinam de nocte
Apoc.3. quærat:Non enim ignorat,quòd Dominus in Apocalypsi dicit. Vtinam aut frigidus esses,aut calidus:sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore. Vnde ipsa ne à Deo filij sui ob frigiditatem, & ob paruum amorem boni euomantur: postposita omni tarditate,uelociter,ac strenuè è stratu suo,etiam de nocte exurgit, & excitare properat filios,& dicit,ei a filij charissimi, procedamus ante deũ, ut non tepidi in bono operando abijciamini à facie Dei: sed ut igne sui amoris succensi ad societatem ciuium supernorum potius perducamini, canite; *Consors paterni luminis, Lux ipse lucis, & dies, Noctem canendo rumpimus Assiste postulantibus.* & reliqua. In quibus Deum humiliter inuocat;ut sibi,suisque natis omnibus velit assistere,à seque etiam cæcitatem mentis, & pigritiam bene
2 agendi expellere. Igitur pro clariore huius hymni intelligentia, pręponimus,quòd filius Dei dicitur consors paterni luminis duabus de causis: quarum prima est:quia filius Dei de patre procedit per generationem æternam,atque emanat lumen de lumine;ut lux de Luce: Ait namque sapiens.7. Candor est lucis

æternæ,& speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Se- Sap.7.
cunda quia filius patri consubstantialis est, & coessentialis ; Ideo communicat cum patre in lumine diuinitatis;ut eandem habeat lucem deitatis:est Deus pater lux,non tamen alia lux pater, alia filius; sed omnino eadem ; quoniam lucis nomen hic naturam indicat,non personam. Secundo loco, filius Dei dicitur lux lucis;quia lux est de luce, quia non est à se:sed à patre, & Deus de Deo. Vltimo filius Dei dicitur dies ; quia huius mundi est claritas spiritualis sanctis suis actionibus,& doctrina(cæpit namque primo facere, secundo docere)opera huius lucis,hoc est Dei,demonstrauit,propulsa nocte errorum, & superstitio- Ioan.17.
num,& lumen veritatis, & agnitionis ueri Dei huic mundo etiam manifestans. Vnde ipse ait; & ego claritatem,quam dedisti mihi,dedi uis, ut tu,quem nemo Ioan.16.
vnquam uidit:manifesteris à me ipsis hominibus: ut omnes unum sint,sicut tu 3
pater in me,& ergo in te,se etiam filius Dei in Euangelio diem nominat, cum Ioan.11.
arit;siquis ambulauerit in die:non offendit quia lucem huius mundi uidet. Canendo igitur,& laudando te Domine,surgimus,& noctem rumpimus. Emphatica locutio est hæc:Non enim rumpimus noctem Deum laudantes : immo nox tunc;sicut dies illuminatur;verùm rumpimus commodo nostra carnalia. Quis enim ignorat, quàm carnalis sensus laborem fugiat, quietem diligat,dulcem amet soporem, & stertere in lecto potius,quàm uigilare cupiat? sed profectò uenter,pluma,venusque fugienda est;Hæc est enim nox,quam rumpimus: quam oro, esse semper in me fractam,ne possit uniri. Vel mysticè noctem, idest peccatum tibi confitendo rumpimus,& abijcimus. Vel rumpimus noctē, idest diabolum: quia tunc fere fractus existit:ex quo uidet nos intendere operibus lucis,& non noctis. Vbi primum Deus permisisti te à nobis inueniri, & astare nobis dignatus es : Nunc *Aufer tenebras mentium, Fuga cateruas dæmonum, Expelle somnolentiam, Ne pigritantes obruat.* Tria hic petimus à nobis auferri ; duo nobiscum ex originali peccato nata, nempe ignorantiam, & Dæmonum potestatem super nos.

Secundum à nobis nostra ex negligentia causatum. Vnde dicimus ; tolle à nobis, Domine,ignorantiæ,errorumque tenebras, ac mentis nostræ cæcitatē: fuga,& deijce turbas malignorum spirituum. Tertium est,vt uelit Deus, & somnolentiam à nobis detrahere, ne ipsa nos sic pigritantes, & in ea dormientes demergat in profundo lacu. Quantum autem super custodiam nostram stare compellamur, Dæmonum cateruæ nos docent: si tantum vnus potest dæmon, dæmonum cateruæ, siue chiliades, quid poterunt? hoc cognoscebat ille, qui Deo dicebat; Pone me iuxta te,& cuiusuis manus pugnet contra me. Et Iob.17.
ille alius deseri timens, dicebat; Non auertas faciem tuam à me,quia similis ero descendentibus in lacum, idest, dæmonibus. Sunt autem Dæmones spiritus 4
impuri humani generis inimici, mente rationales, in nequitia subtiles, cupidi nocendi, per superbiam tumidi, semper in fraude noui,immutant sensus,inquinant affectus, vigilantes turbant, dormientes per somnia inquietant, morbos inferunt, tempestates concitant, in lucis Angelos se transformant, semper infernum suum secum portant, in idolis sibi cultum diuinum usurpant, super bonos dominari appetunt, magicæ artes per eos fiunt. bonis ad exercitium dantur,semper fini hominis insidiantur : Vides modo quàm obnixè debeamus rogare Deum : vt hanc malignam Dæmonum pestem expellat à nobis. Cæte- 5
rum

rum somnolentia mysticè sumpta est acidia: vnum ex septem peccatis mortalibus: quæ nihil aliud est, nisi torpedo circa rem diuinam ex conscientia exercēdam. Vel est ignauia animi, & socordia, vel torpor uitiorum, quibus uincimur,
6 ac torpemus. Et siue temporalis, siue spiritualis sit somnolentia; semper est fugienda in omnibus nostris operibus: maximè in diuinis celebrandis officijs: in quibus cum uigili exercitatoque corpore; etiam uigil animus Deo est exhibendus. Simus ergo, præamandi fratres, uigiles, & calidi ad beni agendum;
Psal. 17. ne de longè (qui iuxta Deum nunc sumus) stare nobis contingat postea, ut neque tepiditas nostra Diabolo tribuat fiduciam nos tentandi; sed insistentes bonis operibus fugiamus Dæmones: non enim insident muscæ ollæ feruenti; sicq; nec maligni spiritus habitare possunt in occupatis in bonis operibus; & sicut terra, quæ non colitur, profert herbas uitiosas, ita corpus otiosum uitia generat, quando uirtutibus non exercetur, & faciliter à uitijs expugnatur.
Hierony. dis. 5. de consec. cap. nunquã. Vnde Hieronymus ad Rusticum monachum dicebat; facito aliquid operis, ut semper Diabolus te occupatum inueniat. Nam sicut non quærimus interficere auem dum uolat; sed benè dum ipsa quiescit: ita quærit nos Sathan per-
7 Hebr. 6. turbare, & expugnare, quando otiosos nos uidet, & Paulum demum senti; Non segnes efficiamini; uerùm imitatores eorum, qui fide, & pœnitentia hęreditabunt promissiones. Et tunc Domine cognoscemus, quòd somnolentia dormientes non obruerit, cum peccatorum ueniam nobis dederis: proinde, *Sic Christe nobis omnibus Indulgeas credentibus, Quod prçcinentes psallimus:*

Hic, qui oratum Deum accedunt, diligenter aduertant, quid sibi opus sit: ut exaudiri mereantur. nempe peccatorum remissio: Vnde dicebat sapiens;
Eccles. 18. Ante orationem præpara animam tuam. Vbi notandum est etiam, quòd indulgere hic significat peccatorum ueniam dare; quæ significatio Ecclesiastico usu frequens est. Notemus hic insuper, quòd accommodatè quidem hymnus iste ante alia prçcini, & cantari dicitur; quia ante officij matutini psalmodiam cantatur ad nocturnum. Modo sic dicamus orantes. Taliter ô Christe, ignosce tu' criminibus nostris; ut quod, nobis credentibus, & laudantibus te, psallimus ore, & cordeq; proficiat. *Hocq; præsta pater pijssime, Patriq; compar unice, Cum spiritu paraclito, Regnas per omne sæculum.* Amen.

Feria tertia ad laudes matutinas Hymnus Quintus.

Prudentius Author. A*Les diei nuncius, &c.* Tertius dies est hodiè; ex quo cæpimus Domino cantare: Sed heu ex hymno à nobis pertractando notescit, quantum parum proficiamus in re diuina: & (ni fallor) uidetur mihi, immò Ecclesiæ sanctæ, axioma illud medicorum in nobis uerificari: quòd grauissimus dolor uulnerum est in tertio die. Sed quid loquor de medicorum axiomate: Moyses
Genes. 34. ille est, qui hoc dicit. Quando filij Iacob uindicauerunt stuprum sororis super uiros Sichem: cum illi in dolo (persuasa circumcisione) die tertio, quando grauissimus est dolor uulneris, urbem ingressi interfecerunt omnes. Dies ergo iste est dies doloris sanctæ matris Ecclesiæ ob nostram negligentiam: Nec dissimulare potest, quin & nobis, & sponso suo Christo illum demonstret: Nobis multis ostendit modis. Et primò occasione ex brutis sumpta: cum de alite mē-

tionem facit: sicut aliquando etiam fecit, & sponsus Christus: quando ex hirundinis & milui similitudine ignorantiam arguebat Iudęorum. Secundo ex uoce sponsi excitantis: cum ait, *Auferte, clamat, lectulos*. Tertiò ex fine, ad quem Christus spōsus nos uocat, nempe ad uitam: & ut nos moueat, & verecundiam incutiat ex tam longa nostra ignauia; propria depromit sponsi verba, in exprobatione infinitæ negligentiæ nostræ resonantia: Quæ verba magnam emphasim secum portant: & nisi insensati & ut lapides, stupidi simus: ægritudinem nostram, soporem, & desidiam; incontinentiam, prauitatem, crapulam, & somnolentiam nobis improperare apertè cognoscimus: & nisi immutemur, & in melius uitam, moresque reformentur: se proximum nobis esse ad vlciscendum, minatur. ait enim: *Vigilate, iam sum proximus*. Si ergo sapimus: audiamus piam matrem, admonentem id: quod nobis est reliquum; nempè, flentes, & precantes saluatorem inuocare, ut sit proximus nobis ad miserendum, non ad vlciscendum: & hoc, si sobrij à rebus transitorijs fuerimus, erit. Sic igitur retenta præpositi animalis materia, & occasione nos affatur. *Ales diei nuncius, Lucem propinquam præcinit*, & reliqua. Vbi dicimus; quod per alitem diei nun- 1
cium, hoc loco, accipiendus est gallus gallinaceus: cui id natura inditum est; ut tanquam diei prenuncius, eius aduentum suo cantu denunciet: Vnde de illo extat versus. Excubitorq; diem cantu prædixerat ales. Huius autem galli 2
conditionem à somno excitatricem capta quidem metaphora, hic ecclesia nostra sancta ad Christum accommodat, assidua admonitione sacrarum scripturarum nos, vt à somno peccati surgamus, excitantem: Per alitem uerò mysticè, 3
& Christum hic intellige. Gallus igitur diei nuncius prædicit lumen, & diem nobis propinquum, & inquit; *Nos excitator mentium: iam Christus ad uitam uocat*. Nostrarum mentium excitator Christus uocat iam nos ad se, ut timentium Deum omnium, & regni sui cœlestis participes nos simus. Vocat autem 4
nos (vt diximus) non tantum exterius: vt per legem, & Prophetas, & Euangelia; verū & interius, ac stans circa cor nostrū, ut illud cōtritū, & humiliatū ꝑ pœnitētiæ sacramentū reddat, & ad uitam demum æternam adducat. Sed quis est 5
iste Christus, qui uocat nos, ut surgamus, & ei laudem demus? vtq; casti, & sobrij, & vigiles simus, quia proximus est? Respond. Christus iste est ille, qui Prouer. 3.
verus Messias dicitur; ille est, qui dirupit nobis uincula, & iugum; ille est, qui lignum vitæ dicitur: ille inquam est, qui brachium Dei dicitur: Messias iste Christus noster est: Quia per viros Iudæos subiecit totum populum gentilem, & eius fidem totus populus gentilis venit ad colendum, & adorandum Dominum Deum Abraham, & Israel: quod patet ꝑ uaticinia omnium prophetarum, & etiam quia Christus post resurrectionem suam misit duodecim Apostolos, & Luc. 20.
72. discipulos per uniuersum Mundum ad predicādum Euangelium omni creaturæ, qui per se, & suos successores totum populum gentilem iugo fidei subiecerunt, in tantum quòd non solum decem homines, sed centum, & mille homines gentiles apprehendebant fimbriam Pauli, qui erat Iudæus, vt sequerentur ad fi- Zachar. 8.
dem Christi sicut dicit cap 8. Zacharias: dirupit etiam iste Christus noster, & Psal. 115.
iugum à nobis abiecit per passionem, & resurrectionem suam. Nam primò dirupit uincula cęrimoniarum ueteris legis. Secundo uincula tyrannica, & iugum sacerdotum. Tertiò; vincula monopolij, & coniurationis, & conspirationis eorum factæ contra ipsum quia remanserunt illusi, & subsannati. Nam populi

Hier. 8. Luc. 1.

puli Iudæorum meditati sunt inania; volentes Christum nostrum occidere.
Proinde dicit ecclesia; Dirumpamus,& nos uincula, & onera importabilia sacri
6 ficiorum, & cærimoniarum eorum. Lignum item vitæ nostræ est iste Chri-
stus. Nam per lignum,idest passionem,& sacramenta ecclesiastica,quantum ad
7 se, sunt sufficientia ad uitam nostrā saluandā. Brachium denique & dextera
Dei dicitur iste Christus noster: qui expoliauit infernum,resurrexit, & ascen-
dit in cœlum; quia notificauit sapientiam patris in datione legis;quia notificauit
misericordiam in sua passione;& quia iustitiam, siue iudiciariam potestatem in
8 sua ascensione;quę magis ostendetur in generali iudicio,monstrauit. Et nota,
quòd Christus dicitur à chrismate,quasi vnctus;ipse autem vnctus est æternali-
Psal. 44. ter à Deo præ consortibus suis; & hoc nomen est oleū effusum. Hinc est,quòd
9 in veteri testamento sacerdotes, & Reges, Christi nuncupabantur; quia uncti
Psal. 104. erant unctione temporali,iuxta illud psalmi. Nolite tangere Christos meos,hoc
Auth.de non alien. reb eccle.§.1. est,sacerdotes;sic & Accursius in authen. de non alien. reb. eccle. §. 1.exposuit;
quamquam Iacobus per christos patriarchas,& prophetas intelligat:at per Chri
Iacob. de val. stianos aliquando episcopos intellexit imperator Honor.qui Christiani sacri im-
Psal.104. peratores uoluerunt dici oēs illi,qui seruassent fidem Christi. Seruiamus igi-
L. Christianos. C.de epi. aud. l.1.c. de sum. Trin.& fid.Cath. tur huic magno Christo in sanctitate: Quia; Auferte, clamat, lectulos, Aegros
sopore desides: *Castique, recti, ac sobrij, Vigilate iam sum proximus.* Est proxi-
mus,& ad iudicandum nos iam adest:hæc autem sententia non absimilis est illi,
quam ore sacro protulit Dominus Iesus,cum ad infirmum 30.& 8. annos in in-
Ioan. 5. firmitate habentem,dixit: Vis sanus fieri? surge tolle grabatum,& ambula. Sed
Matth.25. roget hic aliquis: Vbinam,& alia nobis excitatoria uerba hic posita infert, & in-
Luc. 12. culeat? respondendum est illi:in Euangelio,cum dicit: Vigilate itaque,quia ne-
1.Pet.5. scitis diem,neq; horam:& iterum uigilate ergo;quia qua hora non putatis, filius
Rom. 13. hominis ueniet,& Petrus. sobrij estote,& uigilate. Rursum per Beatum Paulū
monemur,nos de somno surgere. Cum ait: Nox enim processit,dies aūt appro
Ephes. 5. pinquauit. Deniq; surge,qui dormis,exurge à mortuis,& illuminabit te Chri-
10 stus. Vbi aduerte, quod in orationibus vigilare debemus, non in prauis atti-
bus insistere:hic monemur,ut orando vigilemus, idest, cum cordis vigilatione
oremus. Non enim corde hinc inde vagante inuocandus est Deus; sed animo
recollecto, aduertente, & custodito cum omni reuerentia, humilitate,& sancto
timore.Propter quod in eccle.scriptum est. Ante orationem præpara animam
Eccles.18. tuam,& noli esse homo quasi tentans Deum:& non solum in die, sed noctur-
nis etiam temporibus vigilare,& orationibus instare debemus; & de hoc dedit
Luc. 6. nobis exemplum Christus. Exijt enim, (inquit Lucas sexto) Iesus in montē
solus orare,& erat pernoctans in oratione Dei, & Dauid media nocte &c. rur-
11 sus psal. 76.in die tribulationis &c. Ad hæc sciendum nobis est, quod vigilare
est æquiuocum ad plura, propriè idem est,quod non dormire,ut hic. Item vigi
lare est, diciturque curam adhibere. Vnde ait Dominus. Vigilabo super po-
Matth. 24. pulum meum. Item vigilare est sibi cauere iuxta illud:vigilate,& cauete,quia
nescitis qua hora fur veniet,dicit Dominus. Item uigilare idem est, quod
laborare. Vnde dicitur de peccatore; ipse ad sepulcrum ducetur in congerie
mortuorum,& uigilabit,idest,laborabit. Vigilemus ergo,fratres præamandi,
multum bonis operibus, nec dediti simus pigritiæ. aut segnitiei. Nam homo
natus est ad laborandum, sicut auis ad uolandum; his positis,absoluamus mo-
do textum.

do textum. O desides sopore, & pigri inoperando, iam vestros relinquite
lectulos, homines ægros efficientes : & in castitatem, sobrietatem, ac etiam
in bona opera; quæ nos lætos reddent coram Iesu, qui est proximus; incumbite.
Sed mysticè sic; O molles, & carnales, nolite amplius sic ægri, & in-
firmi iacere, & quiescere in vitijs, tanquàm in lectis : sed iam tales lectos,
& ipsam carnem uestram ex ipsis auferte; & ipsam refrænate, omnibusque
terrenis delitijs ipsam priuate iam omnes: aliàs mittemini in tenebras exterio-
res. Sed ne contingat hoc nobis dicit sancta mater ecclesia ad filios: sic, Ie-
sum ciamus vocibus: Flentes, precantes sobriè; Intenta supplicatio: Dormire
cor mundum vetat. Ante omnia cognoscamus, quòd Iesus nomen saluato-
ris est: Christus vero regis, qui mystico illo chrismate unctus, quo reges omnes:
Messias, ut diximus, hæbraicè dicitur. Vt enim Romani imperatores purpu-
ra: sic Hæbreorum reges vnguento sancto vncti cæteris insigniores habeban-
tur. Iesu ergo ciamus, vocemus, & magnificemus: quia perfectus est Deus, & per 12
fecta opera creauit, & fecit; quia sapiens est in condendo legem naturæ: quia fi- 1. Reg. 9.
delis est in promissis; quia neminem fallit, quia rectus, & iustus in iudicando,
tribuens vnicuique secundum opera sua: Vnde non solum nos; sed etiam om- Psal.61.
nes populi propter ista quatuor tenentur illum magnificare, & semper inuoca-
re corde, & ore; cum fletu rogantes illum, ut cum sobrietate, ac sine omni fœ-
ditate: quia intenta, idest, assidua supplicatio, ac diligens deprecatio non per-
mittit, ac sinit, siue patitur (præcipuè cum in tanta positi simus, & necessitate,
& temporis angustia) aliquem dormire in mortali peccato. Nam sicut, qui
corporaliter dormit, & qui oculos carnis tenet clausos, nec vtitur ratione, nec
quippiam facit aduertens: ita spiritualiter, ac miserabiliter, qui dormit, oculos
mentis, ad ea, quæ dei sunt, ac suæ salutis non aperit: nihil meritorium opera-
tur. Intenta itaque supplicatio dormire cor mundum vetat: ne securus Behe-
moth, in eo dormiat: Nam si contra corda, inquit Gregorius, charitate calen- 13
tia sollicitus vigilat: vtique in frigidis mentibus tunc iacebit securus: bonarum Greg. lib. 33.
ergo actionum teritus antiquus iste hostis, ac suspiriorum spiculis percussus cap. 3. mora-
fugiat. Tu igitur Domine vides, quòd te uocamus cum lacrymis desideran- lium.
tes vulnera peccatorum nostrorum sanare; Idcirco. *Tu Christe somnum discu-
te, Tu rumpe noctis vincula, Tu solue peccatum vetus, Nouumque lumen ingere.*

Quasi dicat. O Christe amoue à nobis, ac separa somnum, non solùm, di-
co, temporalem; sed & spiritualem, peccatum videlicet; uel Diabolum deijce à
nobis: ne nos ipse amplius decipiat: & discutiendo rumpe, & vincula Diabo-
li; quibus nobis insidiatur; & laqueos, quos pedibus nostris parauit. Vel uin-
culum noctis, idest, inferni pœnas; quæ dicuntur nox: istis siquidem vinculis
nos princeps tenebrarum ligauit ad ipsius uoluntatem faciendam. Sed aduer-
te, quòd noctis, & vniuscuiusque vincula; secundum præmemoratum beatum
Gregorium in lib. 30. cap. 23. moralium, soluuntur: dum diuino adiutorio Gregorius.
interna desideriorum carnalium retinacula dirumpuntur: & cum pia intentio
ad conuersionem vocat, & mens intentioni huiusmodi bonæ assentitur.

Solue etiam ò Domine peccatum vetus, hoc est, originale peccatum, cum 14
suis appendicibus, uidelicet, ignorantiam, infirmitatem, concupiscentiam, fo-
mitemque illum ad manum nos semper trahentem.

Et nota, quòd istud peccatum ad tria comparatur, nempe ad animam, ad
corpus, & ad primum hominem: si comparatur ad primum hominem, a quo
contrahitur, vocatur peccatum originale; quod est carentia debitæ Iustitiæ.
16 Si verò comparetur ad corpus, vocatur lex carnis; eo quòd diuina lege car
ni sit inflicta. Item lex membrorum; quia mouet organa ad opera concupi-
scentiæ. Item tyrannus propter damnationem, quam habet, quasi violen-
tam in ipsa concupiscibili. Item fomes, quia sicut cinis fouet ignem; ita per
ipsum fouetur peccatum in carne. Item stimulus carnis; quia stimulat car-
17 nem ad primos motus, & animam ad consensum. Comparatur denique ad
ipsam animam, & tunc vocatur infirmitas, quia reddit animam infirmam ad
resistendum motibus. Item fœditas: quia per ipsum anima fœdatur, & ma-
culatur. Item pronitas, propter continuam inclinationem appetitus ad ma-
lum. Item corruptio, quæ ducit ad nihilum, idest, peccatum. Item uitium,
quia est diminutio bonorum naturalium. Vltimo vocatur languor naturæ,
quia durat in natura corrupta. Solue, dico, ô Christe, & libera nos ab om
nibus istis peccatis; & immitte in nobis nouum lumen, hoc est, nouam spiri-
tus sancti gratiam, quæ nos doceat amare cœlestia, & terrena despicere, ac ea,
18 quæ Dei sunt, quærere. Nouum enim lumen, de quo non nulla infrà di-
cam; dicitur; quia eijciendo a nobis vetera peccata, nos renouat lumine gra-
tiæ diuinæ.

Feria Tertia ad Vesperas Hymnus Sextus.

1 *Telluris ingens conditor*, &c. Si laborantes non haberent aliquantulum re-
laxationis; profectò sub onere deficerent: Nimia enim arcus contractio
ipsum frangit. Vnde, & de crebro etiam recitantur passim hæc verba, vide-
licet: Amittit vires, qui semper tenditur arcus: &, Lassatur nimio pondere for
2 tis equus. &: Quod caret alterna requie, durabile non est. Hinc est, quòd
sancta Ecclesia in vespertinis hymnis (in istis fastis diebus) oculos cordis suo-
rum filiorum oblectat; semper aliquid noui diuini operis canendo: & non so
lùm canendo, verùm etiam opus operi connectendo: ut in his se se oblectan
tes, uires ad seruiendum Deo semper reparent; & fiduciam ad petendum sibi,
quæ sunt eis necessaria, quotidie, continueque adaugeant. Ecce, quòd he-
3 ri firmamentum factum inter cœlestes, terrenasque aquas diuidens, cecinit:
Hodie, quæ hactenus sunt acta in mundi creatione, quasi epilogando reme-
morat, quia multum prostratos animos nostros releuant diuina beneficia, sæ-
pe ad memoriam reuocata. Vnde creatorem terræ Deum primo inuocat,
qui illum ab aquis liberauit, molestiam inferentibus, immobilitatemque illi
concessit: Deinde consequenter, postquam respirauit terra, onere aquæ sum-
moto, cantat sancta Ecclesia hodie præceptum, quod ipsi contigit terræ,
nempe, vt proferret aptum germen. In quo præcepto non est negligenter

prætereundus diuinissimus, & numquam satis laudatus ordo ipsius præcepti:
Nam cum clarissima distinctione in illo hymno ipse cantatur. Primum ergo
terræ præceptum fuit, vt germinet herbam, deinde lignum, postea flores;
demum fructus: ut ex his, brutis pascua: hominibus pastum redderet gra-
tum: Quæ omnia etiam nunc videmus fieri: Vox enim tunc, & primum il- 4
lud præceptum, velut lex quædam naturæ facta est, & permansit in ipsa terra,
generandi, fructificandique vim consequenter ipsa exhibens: Nam obserua-
te, quæso, quàm sint vera, quæ dicimus. In generatione enim è terra na-
scentium nonne generatio prima est, deinde, cum prominuerint paululum
germina, herba fit: postea floribus adornatur: demum fructibus ornatur: ex
quibus pastus, pascuumque gratum capitur: & magna etiam ligna ita nascun-
tur, & crescunt, durescunt, floribus adornantur: demum fructus proferunt
ad pascua, & ad pastum opportunos, & si longiori intempore, quàm fœnum:
Nam viriditas, & herbositas consimilis est omnium, quæ seruntur. Et hic
noli præterire illorum damnare ignorantiam, qui putant solem esse causam
earum rerum; quæ ex terra nascuntur: quando hic vides terram, & germen
eius Sole antiquiorem: nam post duos dies, postquam germinauit terra, fa-
ctus est Sol. Sed ad nostrum hymnum redeamus: Nam postquàm magna 5
opera cecinit, beneficiaque nobis præstita cantauit; transit deinde, analogia
quadam, sicut semper facit ferè, ad ea, quæ sibi ad æternam vitam agnouit
non solum expedire; sed necessaria esse; & quodam non ineleganti tropo lo-
quitur de anima, tanquàm de adusta terra per se, nisi rore cœlesti humecte-
tur, sterilis, & infructifera, & inutilis est; vel de vulneribus corporibus infli-
ctis ex ignis adustione; quę nisi humectentur, & refrigerantia pharmaca appli-
centur, moritur homo; ita anima ardore peccatorum maximè adusta; si non
(gratia refrigerante) mundetur, foueatur, & curetur; æternaliter interit.
Sed ne gratia Dei sit vacua in anima, oportet & ipsam suam afferre humidita- 6
tem, vt fiat utile pharmacum; nempe, fletu facta diluat, idest, adustiones ex
peccato contractas lachrymis humectet; noua euitet vulnera; opportuna se
se exhibeat, facientem quæcunque iusserit medicus ille cœlestis magnus; qui Matt.8
magnum (vbi iacebat) ægrotum curatum venit, & ita obedienter obtempe-
ret, vt sibi nociuis ne approximet sed semper sibi sanitatem prospiciens pro-
pinquam gaudeat, mortisque telum fugiat: vt tandem sic in æternum viuat,
ait ergo. *Telluris ingens conditor; Mundi solum qui eruens, Pulsis aquæ mole-
stijs, Terram dedisti inmobilem. &c.* Vbi (vt supradictum est) in primis octo
versibus, opus tertiæ diei creationis ipsius mundi aptè, congruenterque de-
scribur: quod feria tertia ad officium cantatur uespertinum; quæ tertiæ diei
primorum sex dierum ordine, ac nomine respondet. Nam, ut sacra testatur
Genesis, tertio die productionis rerum, iussu Dei, congregatæ sunt aquæ Gen.1
in vnum locum, & apparuit terra. Protulit item eodem die diuino imperio
herbam virentem, & facientem fructum. In octo verò sequentibus (sum-
pta materia a terrę fructibus) deprecamur, vt diximus, a vitijs mundari gra-
tia spiritus sancti. Quare sic modo literam enodemus. O ingens conditor
totius orbis, & consequenter elementi terræ; qui eruens, exuens, & spolians,
siue detegens solùm mundi, hoc est, terram ipsam exuens ex aquis; quæ a quæ.

Psal. 103 terram, ut tegumentum, ac cooperimentum habebant (ait enim Psaltes, Abyssus sicut vestimentum amictus eius: Terram dedisti immobilem, hoc est, pulsis partim aquis terram operientibus; uel pulsis elementis; quæ valde erant aquis molestiæ, dum inter se essent confusa, & mixta (vastabant enim terram, reddebantque eam, germinibus, floribus, & fructibus inhabilem) posuisti, ac aridam fundasti immobilem: terra enim suo fixo loco perpetuò quiescit; neque, ut alia elementa, agitabilitatem habet in propria Psal. 92 sua sede, ac regimine. Vnde Dauid in Psalmo canens de Deo, ait: Etenim Psal. 303 firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. Et rursum: Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi. Et nota,
7 quòd terra inter alia elementa est infima, nigra, despecta, ponderosa, rotunda, elementis alijs circumdata; mater fructuum, radix plantarum, nutrix animalium, ædificiorum fundamentum, mortuorum receptaculum, machinæ mundialis centrum; concludit in se infernum, frigida, sicca, opaca corporis humani materia, seruat metalla, herbis, & floribus (ut supra diximus) ac arboribus suis decoratur. Circa eam motu circulari cœlum cum sideribus voluitur, ab hominibus calcatur. Quare autem creauerit Deus terram, subdit. *Vt germen aptū proferens, Fuluis decora floribus: Fœcunda fructu sisteret, Pastumque gratum red-*
8 *deret*. Planè non solum, inquam, Domine, ne aquarum uis terram inunda-
Psal. 103 ret; terminum posuisti, quem non transgredientur, neque conuertentur operire terram; Verùm & illam arboribus, herbarum, florumque varietate ornasti, venisq; metallorum, uidelicet, auro, argento, ære, cupro, stāno, plumbo, & ferro, quod omnia domat, dotasti, & summatim fructibus, & liquoribus dulcissimis quidem replesti, vt nobis gratum daret semper pastum: Pastus autem iste sic gratus effluit, ac nascitur ex uirente herba, semen faciente, & ex ligno pomife-
Genes. 1 ro, faciente fructum iuxta genus suum: ait enim Moyses; Et protulit terra herbam uirentem, facientem semen iuxta genus suum, lignumq; faciens fructum, &
9 habens unum quodq; sementem secundum speciem suam. Aperiamus modo sic textum, & repete; tu Domine, terrā ab aquarū, & cæterorum elementorum molestijs, ac impedimentis disseparans, fecisti eam immobilem, ac ab istis separatam, nempe, ut terra producens germen hominibus, cæterisq; animantibus cōgruū, & gratū, existeret abūdans, & fertilis, & acceptabili, & multiplici fructu fœcunda foret; & cōgruū terrestribus animantibus pabulū subministraret, essetq; decora, & speciosa rubeis, & alijs floribus, & sic non tantùm homines, sed etiam
10 pecudes alit terra. O Iesu, amor dulcissime: O infinita Dei bonitas: Quibus (singuli quotidiè præamandi fratres dicamus) te laudibus efferā? nescio: quia in mōtibus fœnū producis, & herbam seruituti hominū: Quia das iumentis, & pullis
Psal. 146 coruorum escā: Quia das illis escā in tempore oportuno: Quia tu imples omne
Psal. 103 animal benedictione: Quia omnia implentur bonitate tua: Quia das escā omni
Psal. 133 carni: & quia dedisti mihi terram hæreditatem meam. Quia, & animam meam
Psal. 102 de interitu redemisti. Quia propitiaris omnibus iniquitatibus meis: Quia sanas
Psal. 115 omnes infirmitates meas. Quid (inquam) Domino retribuā pro omnibus, quæ
De Iud. & Saracen. c. & si Iudæos 13. q. 1. §. 2. uer. fin. retribuit mihi? Heu non (ut fas est) doleo: calicē salutaris accipio, ut nomen Domini inuocē, & quotidie me pungit, & mordet noxia culpa; quia illam ei retributionē retribuo, quā mus in pera, serpēs in gremio, & ignis in sinu suis solēt hospitibus

tibus exhibere. Sed tu dulcißime spiritus alme dignare cor meum inuisere, & à cunctis vitiorum sordibus expurgare, & posthac fac me in dilectione Dei mei plus stare, & in dies magis perseuerare; ut & ego cum electis Dei æternâ viuâ vitâ. Diuinam hucusque laudauit ecclesia virtutem; à qua iam beneuolentiam captauit:& quia illam reddidit beneuolam: ideo vertit se modò ad eam: vt mentem nostram vitiorum æstu perustam vegetet, & innouet, dicens; *Mentis perustæ uulnera, Munda uirore gratiæ; Vt facta fletu diluat. Motusq. prauos atterat.* Vltra ea, quæ supra in prooemio diximus, pro intelligentia istorum quatuor versuum, adde hic & hæc, scilicet, quòd viror est viriditas, siue virescentia herbarum, foliorum, aliarumq; rerum. Sed mysticè viror gratiæ, qui est ad herbam virentem tertio die productam congruum habet responsum: & ex opposito ad mentem vitiorum æstu, vel flammis perustam: quæ tali virore vegetetur, reuirescat, & innouetur. Valde ergo ustæ mentis nostræ, idest cordis nostri vulnera, hoc est, peccata, per gratiam tuæ veritatis sana, & purga.

Vulnera autem cordis nostri sunt, cogitatio mala, delectatio, consensus, & desiderium mali, voluntas peruersa, infidelitas, indeuotio præsumptio, desperatio, timor male humilians, amor malè accendens, suspicio, ira, inuidia, odium, exultatio in aduersis proximi, contemptus pauperum, vel peccatorum, personarũ acceptio, perfidia, affectus parentum carnalis, inepta lætitia, sæculi tristitia, impatientia, auaritia, superbia, obstinatio mali, tædium boni, acidia, inconstantia, pœnitentia, pœnitentiæ dolor, quia non fecit plus malum, hypocrisis, amor placendi, timor displicendi, verecundia de bono opere, amor priuatus, sensus singularis, ambitio dignitatum, vana gloria de bonis naturæ, vel fortunæ, verecundia: quæ omnia sunt mentis nostræ, idest, cordis nostri vulnera: quę animam nostrã vulnerant, & grauiter maculant: Iccircò hic petimus per virorem gratiæ spiritus sancti ea sanari, & curari; vt posthac mens nostra virore spiritus sancti uegetetur, reuiuiscat, & innouetur, & in hac vita facta, hoc est, commissa peccata gemitu, & fletu magis emendet, quàm in purgatorio igne: Nam refert Ludolphus, quòd plus valet hic, hoc est, in hoc mundo in patientia dies vnus, quã in purgatorio annus. Vnde Dauid hoc agnoscens, non interdiu tantùm lacrymarum desiderio detinebatur, sed & assiduis noctibus, quasi lachrymis pasceretur eius anima, & per eas in dei gratia viuebat, sicut in vita naturæ per panẽ corpus viuit: ait enim, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die, ac nocte. Et facta, quæ fletu diluere debemus hic in mundo, possunt esse omnia operis peccata: nam supra petiuimus, purgari cordis peccata, hic etiam & operis expiari obnixe rogamus: qualia sunt gula, luxuria, ebrietas, simonia, sortilegium, violatio dierum solennium, sacrilegium, indignè communicare, uotorum fractio, apostasia, dissolutio in diuino officio scandalizare suo malo exemplo proximũ, & corrumpere, lædere hominem, vel in rebus, in persona, vel in fama, furtum, rapina, vsura, deceptio, ludus, uenditio iustitię, exactio indebita, auscultare mala, ioculatoribus dare, necessaria sibi subtrahere, superflua sumere, vel vltra uires proprias quiddam aggredi, simulatio, tenere officium, ad quod quis non sufficit, vel quod sine peccato non agitur, chorizare, maioribus rebellare, minores opprimere, delinquere visu, auditu, odoratu, gustu & tactu, lucta, osculis, muneribus, itineribus, nutibus, mendacijs, scripturis, circunstantias aggrauantes omittere, quæ sunt tẽpus, locus, modus, numerus, persona, mora, sciẽtia, ætas, tẽ-

[Margin: 11 Nota. — beside "Vulnera autem cordis"]
[Margin: Ludol. de pę. cap. 20. 12 — beside "in purgatorio annus"]
[Margin: Psal. 41. 13 Nota. — beside "fuerunt mihi lachrymæ"/"facta, quæ fletu"]

tationem præuenire: se ipsum ad peccatum cogere: a quibus omnibus cauere nos debemus; & quæ facta in nobis inueniuntur, fletu, & lachrymis statim diluere, & emendare, & iugiter Deum obsecrare, ut motus nostros atterat, hoc est, voluntates nostras moderet: & voluptates, cogitationes, & concupiscentias nostras, nos inducentes ad prauos, ac malos actus, ut omnino iusti euadamus, refrænet. Et taliter refræna, & comminue motus nostros, ut *Iussis tuis obtemperet, Nullis malis approximet, Bonis repleri gaudeat, Et mortis actum nesciat.*

14 Et mens nostra, dico, illuminata diuino tuo splendore obediat mandatis tuis, nullisque malis accedat, & appropinquet: sed gaudeat bonis illis, scilicet, quæ

Ludolphus cap 30. su. t contra peccata, nempe, nihil omnino peccare; & post peccatum sentire, quod commiseris, atque lugere. Vel gaudeat bonis, scilicet cœlesti, spiritua-

Ludolca 38. li, & temporali: quorum alterum est gloriæ, alterum est bonum gratiæ, tertium est bonum fortunæ: istis, inquam, bonis, & præsertim duobus primis

15 gaudeat mens nostra. uel gaudeat repleri mens nostra bonis, scilicet, fide, spe, & charitate, uel philosophia, doctrina, & curationum uirtute. Bona namque,

Greg lib. 27. ca. 26. moral. secundum Beatum Gregorium: alia sunt summa, alia media: Bona enim summa sunt fides, spes, & charitas: Quę cũ ueraciter habẽtur, in malũ inflecti nõ possunt. Bona autẽ sunt media, philosophia, doctrina, curationũ uirtus, & cætera, quæ ita inter vtrumq; sunt posita, ut aliquãdo per hæc sola æterna patria, aliquãdo verò gloria terrena requiratur. Vel gaudeat repleri bonis, scilicet, donis spiritualibus, & animę virtutibus: qualis est charitas, pax, patiẽtia, humilitas, castitas, sobrietas, & his similia. Vel gaudeat repleri bonis, scilicet, operibus: & mortis hoc in mundo actum, hoc est, peccatum, siue culpam aliquam, & consequenter pœnam inferni ignoret: intelligitur enim hic de morte animæ, & de secun-

16 da morte: non autem de morte corporis. Nam illi mortis actum nesciunt, qui viuendo non peccant mortaliter: & tales per donum perseuerantiæ, in Domino tandem moriuntur. Cum ergo mens nostra cogitat illicita, & nefaria concu-

17 piscit, mortis actum scire ipsa dicitur, idest, mortua est: sed talis mors vocatur potius dormitio, quàm vera mors: si uerò malum, quod intus cogitauit, foris ostendat, & in effectum producat, non solum mortua est, sed etiam per peccatum ab Ecclesia separata, & in perditione proxima est. At ille, qui peccatum aliquod magnum commisit, & multo tempore in eo perseuerat, non solùm mor-

Eusib. Emiss. In homi. feriæ quir. Dom. læ are. tuus est, & sepultus, sed iam fætet, ut Lazarus: quia (inquit Eusebius) eius turpissimam famam circumquaq; audire abhorret sancta Ecclesia. Mors autem sic diffinitur: Mors est æternus somnus, dissolutio corporum, pauor diuitum,

18 pauperum desiderium, incerta peregrinatio, hominis latro, somni pater, fuga

In Auth. de nupt. §. deinceps & Insti. quibus mod tut. finiat. §. simi 1. Gene. 2. uitæ, & resolutio (ut fatur Iustinianus) omnium. Vnde mors per etymologiam dicitur, quasi meta omnium, uel a mordendo dicitur. Sæpe tamen mors ponitur pro necessitate moriendi, quia vbicunque ingreditur, homo in actu non moritur, sed semper concomitatur hominem necessitas moriendi, de qua dicitur in Genesi. Quacunque hora comederitis, morte moriemini, idest, necessitati moriendi subiacetis. Vel mors, idest, diabolus, qui est causa mortis. Vnde dici

19 tur ab Adam vsque ad Christum mors regnauit, idest, Diabolus: a cuius po-

Rom 5 testate libera nos Domine. Amen.

Feria Quarta ad Nocturnum Matutinum Hymnus Septimus.

Ecleſia noſtra apoſtolica, cui ſpiritus ſanctus præſidet, & quam non per aliud genus miniſtrorum, quàm per Apoſtolicum gubernat: ab eo illuminata: agnoſcens quàm caliginoſa, quàm tenebroſa, & quam calamitoſa ſit illa uita: in qua homines in tenebris & in cæcitate peccatorum ambulant, ac permanent. Conſiderans ſimiliter quàm pernicioſus, & deteſtabilis, ac damnoſus ſit ſtatus ille: in quo Deus non cognoſcitur, uel parum eius cultus, ſiue religio colitur: nocte intempeſta omnes rumpens moras, ſurgens ipſa, profundè deprecatur Deum, utens ſanctorum exemplis: quos ipſa nouit a Domino exauditos eſſe, & nobis dictis, factiſq; præcepiſſe, vt in expoſitione patebit; ipſa, inquam, ſuorum filiorum non immemor: immò continuè eorum ſalutem ſitiens (non enim latet eam, quàm dulcis ſit cum Chriſto, iucundus, & ſalutaris ſtatus, & perfectionis, & gratiæ) hortatur nos, ut ad confitendum Deo, & purgandum lachrymis vitia ſurgamus: ut ſicut à ſomno corporis excitamur hoc nocturno tempore ad Deum laudandum: ita eius gratia expergiſcamur à ſomno peccati, & bonis operibus inuigilemus. ſic itaque nobiſcum orat; *Rerum creator optime, Rectorq; noſter aſpice: Nos a quiete noxia Merſos ſopore libera. &c.* Vbi ſi bene conſideremus literam, & vitam totam iſtius præſentis hymni, ac eius medullam: inueniemus: quòd in eo deſcribitur vnum e ſeptem ſacramentis Eccleſię: quod eſt pernecceſſarium illud ſacramentum pœnitentiæ. Nam in illo detegitur in primis cordis contritio: ubi dicitur; Merſi ſumus ſopore ò Domine, aſpice, & libera nos a quiete noxia. Diſpicitur ſecundo oris confeſsio: cum exprimitur: ad confitendum conſurgimus. In ſequentibus verò, operis deſcribitur ſatisfactio. Libera igitur nos Deus a quiete noxia, ideſt, extrahas, & educ nos ab ijs noxijs rebus, quæ carnem oblectant, animæ verò obſunt: ne exiſtamus ſemper obruti in peccato. Beati illi, qui clamant ad te Deum. In te ſperauerunt, inquit Pſaltes, patres noſtri: ſperauerunt: & liberaſti eos: Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt; in te ſperauerunt, & non ſunt confuſi: Clamemus & nos ſæpe, præamandi fratres, ad Deum, vt eruat, & ſaluos faciat a peccatis noſtris, ſicut ſaluam fecit, & liberauit Suſannam de falſo crimine, & Danielem de lacu Leonum; & tres pueros de camino ignis: & ſicut liberauit, & ſaluum fecit populum Iſrael, ac eruit eum de terra Aegypti. Cæterum quòd Deus non ſolum lucis, ſed etiam omnium rerum ſit creator optimus: euidentiſsimè ſupra in hymno, qui incipit. *Lucis creator optime*: demonſtratum fuit.

[Margin: 1 — Beatus Amb. author. — 2 — Pſal. 21. — Dan. 13 — Dan. 14 — Dan. 3 — 3 — Exod. 14]

Amplius non contenta ſola contritione ſancta noſtra mater Eccleſia (nam vbi eſt taciturnitas oris, ibi non eſt ſperanda uenia criminis) tranſit modò ad aliam partem ſacramenti, quæ eſt confeſsio, genu flexa ante Deum, dicens. *Te ſancte Chriſte poſcimus, Ignoſce tu criminibus, Ad confitendum ſurgimus, Moraſque noctis rumpimus.* Diſcamus ſic, præamandi fratres, ſollicitare & præoccupare, poſtquam peccati vulnera accepimus, medelam, & ſanationem uulnerum, nec vnquam dormiamus in peccatis. Nam inquit Eccleſiaſticus; Feſtina ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Præterea ſenti Beatum Gregorium: qui, enim (ait ille) vetera faciendo non detegit: nouæ uitæ

[Margin: De pœn. diſt. 1. c quis aliquando in fi. — 4 — Eccleſ. 5 — Greg. lib. Moral. 31. cap. 33.]

opera minimè producit. Qui nescit lugere quod grauat, non ualet proferre
quod sub leuat. Ipsa namque cōmpunctionis uis poros cordis aperit,& plumas
virtutum fundit,cumque se studiosè mens p gra vetustate redarguit, alacritate
Luc. 12. iuuenescit. Et sanctus Lucas & vos estote parati; quia qua hora non putatis fi-
Aug. in psal. lius hominis ueniet: nec scimus (ait Augustinus) quando, aut quomodo, aut
100. & 101. ubi moriemur:ubique.n.nos mors expectat. Quid plura?quātò morā fecerimus
in peccato,tantò difficilior erit confessio,& confessio, quæ fit morte vergēte:
&si non damnetur,ut mala,non est tamen Deo speciosa; sicut illa, quæ fit ex uo-
Can.1. & si. luntate,& non necessitate. Est enim uelut confessio latronum, qui non confi-
tentur mala sua, nisi prius tormentis tentata, & interrogata fuerint. Sed heu
(inquit ille satis quidem Christigena bonus) *Che chi nell'aqua stà fino alla gola:*
Ben'e ostinato se merce non grida. Non igitur expectemus horam mortis. Falli-
Au serm. 7?. tur namque extremam,qui se conducit ad horam, sperans deleri modico sua cri
ad fratres in mina luctu. Nam tunc,ut fatur sanctus Augustinus, morbus vrget, pœna ter-
erem. Tom. ret,filij,vxor eius, quos illicitè diligit,& mundus ad se uocat. Deprecamur te
10. igitur ô sancte Christe, qui nullum vnquam fecisti peccatum,ideo sanctus; par-
ce,& ignosce culpis omnibus,ac nobis:quia relinquimus nostros lectos, & sur-
gimus ad confitendum nostra peccata : Ecce, inquam, quòd rumpimus noctis
omnes moras,& non quantum durat nocturnum tempus, somno indulgemus:
sed ante finem eius stratum dimittimus, ut confiteamur tibi. Sed dicet hic
5 aliquis: Quænam differentia est inter peccatum,& crimen,& delictum?Respō.
Cap. peccatū. de re.iur.in 6. glos. in regula peccatum : quòd peccatum consistit in faciendo; quia dicitur
prauus actus : sed delictum dicitur desertio boni, & dicitur delictum, quasi
Dist. 18. cap. derelictum. Crimen uerò est peccatum graue, accusatione, & damnatione
Apostolus. dignum : & dicitur illud, quod potest deduci in publicam accusationem, &
12. q. 2. in in foro contentioso potest puniri:ut est crimen hæresis, crimen læsæ maiestatis,
sum. dist. 75. sacrilegij, Simoniæ, periurij,vsuræ,adulterij,& huiusmodi, de quibus. 12. q. 2.
cap. 1. in sum.dist.75.cap.1. Surreximus Domine:nunc uero. *Mentes manusq; tolli-*
6 *mus;Propheta sicut noctibus, Nobis gerendum præcipit, Paulusq; gestis censuit.*
Psal. 145. Sanctus propheta in psalmo edocuit nos mentes,& manus noctu ad Deum tol-
Psal. 118. lere debere:cum ait,In noctibus extollite manus uestras in sancta, & benedicite
Rom. 13. Dominum,& alibi,media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iu
Ephes. 5. stitiæ tuæ. Sanctus quoque Paulus & dictis,:& uerbis id similiter docuit, cum
ait; Hora est iam nos de somno surgere. Et rursum; surge, qui dormis,& exur-
Actu. 20. ge à mortuis,& illuminabit te Christus. Idem etiam suo exemplo,& opere fa-
Actu. 16. citandum ostendit; Cum nocte vigilans manibus operabatur: vt victum sibi
compararet,similiter,& orauit Deum intempesta nocte, cum adiuncto sibi Syl-
la,collega suo:dum erant in interiori carcere, & tenebroso conclusi : & subitò
terræ motus factus est magnus: ita ut mouerentur fundamenta carceris, & sta
tim aperta sunt omnia ostia:& vniuersorum uinctorum vincula soluta sunt. No-
temus hic, quòd statim, atq; surreximus de lecto: mentem, & cor nostrum ad
Deum erigere debemus: vinctis ad cœlum manibus; dicentes; ô Christe subleua
mus ad te corda nostra,mentes,cogitationes, & manus nostras,petentes à te ve-
niam,& remissionem peccatorum,& gratiam tuam: & gloriam in futuro : sicut
nouimus Dauid fecisse:& sicut Paulus nobis scriptis,& factis suis indicauit, atq;
exemplis esse faciendum. Nam ipsi exemplum dederunt nobis; immo fiduciam
speran-

sperandæ salutis, ut sicut ipsi à te, Christe, exauditi sunt: ita nunc nos miseri, & hu- 7
miles exaudiri à te in tribulationibus peccatorum fidimus, & speramus. Et cer-
tè nō est hic etiam prætermittendum: sed cum attentione meditandum: quātùm
externæ cærimoniæ, & nos ad deuotionem excitent, & Deum promptè ad exau-
diendum inclinent. Contra hæreticos modernos, qui derident huiusmodi ma-
nuum extensionem propter illud (perperam interpretantes) Isai. Cum exten- Isai. 1.
deritis manus vestras, auertam oculos meos à uobis: quique tales damnant factas
& præceptas per sanctissimos Prophetas, & Apostolos: immo antonomasticè, Exod. 17 cap.
per Prophetam, & Apostolum. Sed ipsi cæci non uident, quod legitur in Exod. dis. 36. si quis.
quòd cum Israel pugnaret aduersus Amalec in deserto, Moyses ascendit super
verticem collis: Cumq; eleuaret manus, uincebat Israel; si uerò paululum remi-
sisset, Amalec populum superabat. Aaron autem, & Hur sustentabant manus
eius ex vtraque parte. Nec ipsi miseri uident, quod legitur in 3. lib. Regum. Vbi 3. Regū. ca. 8.
legitur quòd Salomon stetit ante altare Domini in cōspectu ecclesiæ Israel, &
expandit manus suas in cœlum orans pro populo, & ait: Domine Deus Israel nō
est similis tui Deus &c. Nec infælices cernunt, quòd in Genesi ab omnibus le- Genes. 14.
gitur; leuo, inquit Abraam manum meam ad Deum excelsum, possessorem cœli,
& terræ. O stulti non ne & Isaias dixit: manas remissas erigite, & genua debi-
lia roborate. Omnis ergo, ò præamandi fratres, siue pontifex, siue sacerdos, siue 8
laicus sit, dum incipit orare, & orationem ante Deum dicere, eleuet, & extendat
manus suas iuxta ea, quæ supra nos monet. Sentiant demum isti garruli, quòd 9 L. 1. C. de vet.
ille sacer imperator Iustinia. ad Tribunianum dicebat. Quod, inquit, nemo alius iur. enucl.
neq; sapere, neq; optare ausus est: res quidem nobis difficilima: immo magis im-
possibilis uidebatur: sed manibus ad cœlum erectis, & æterno auxilio inuocato,
eam quoque curam nostris reposuimus animis, Deo freti: qui & res penitus de-
speratas donare, & confirmare suæ uirtutis magnitudine potest. Sed iam Do-
mine confessi fuimus nostra peccata, ac crimina, & scelera: Restat modò, ut no-
bis indices pœnitentiam, quia uolumus satisfacere pro peccatis nostris. Quare
tu, *Vides malum, quod gessimus, Occulta nostra pandimus; Preces gementes fundimus:
Dimitte quod peccauimus*. Quasi dicat: nunc Domine potes iudicare mala à 10
nobis perpetrata; iam enim patefecimus, & manifestauimus illa, non secus ac ip- Psal. 50.
se Dauid, cum dixit; Delictum meum cognitum tibi feci, & iniustitias meas nō
abscondi; & rursum à Nathan correptus respondit ad eum: Peccaui Domino, & 2. Reg. 12.
alibi dixit Dauid ad Dominum. Peccaui ualde in hoc facto, sed precor Domi- 2. Reg. 24.
ne, ut transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. Non secus ac etiā
ipse primus parens noster, propalamus tibi hodie nostra peccata: Dixit enim Genes. 3.
Adam; Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Item
confitemur tibi hodie nostra delicta, non secus ac Eua; quæ respondit; serpens
decepit me, & comedi. Non secus ac, dico, & ipse Petrus, hodie tibi confite- Ioan. 21.
mur. Nam Petrus interrogatus à te Domine respondit; Tu scis, quia amo te.

Cum itaque isti confessione peccati meruerint ueniam omnes, ut benè refert
August. in cap. sicut primi homines de pæn. dist. 1. sic nos etiam: qui non aliter, De pęn. dis. 1.
quàm isti prædicti, propalauimus nostra peccata; venia, gratia, ac tandem gloria sicut primi.
æterna dignare; quod à te Domine Iesu Christe ipse nunc infœlix peccator hu-
militer exposco.

Sed

Sed quæ itur hic, cur Deus hominem fecerit, qui peccare, posset: Sed ad hoc assignantur plurimæ rõnes: Prima, ut ostendatur diuina potentia, qui solus inuertibilis est, omnis autem creatura vertibilis est. Secunda: ut declaretur Dei sapientia, quæ de malo scit eligere bonum: quod non potuit fieri, nisi Deus creaturam fecisset vertibilem in malum. Tertia, ut manifestetur Dei clementia, qua Christus per mortem suam hominem perditum liberauit. Quarta, ut ostendatur Dei iustitia, qua non solum reddit bonis præmia, sed etiam malis supplicia. Quinta: ut homo non sit peioris conditionis, quàm aliç creaturæ, quas omnes Deus sic administrat, ut eas proprijs motibus agere sinat. Vnde & hominem in proprio arbitrio relinquere debuit. Sexta est laus humana: laus. n. est viri iuisti, qui potuit transgredi, & non est transgressus. Septima est decor vniuersi, quia opposita iuxta se posita clarius elucescunt: ita mali bonos commẽdant ad inuicem comparati. Octaua vno est qua, boni exercitantur, & probantur per malos. Cæterum sub istis iam recitatis versibus ponitur tertia pars pænitentiæ, nempe operis satisfactio; & aduertendum nobis est, quòd occulta nostra hic dicuntur peccata, cũ clam hominibus, aut cogitando, aut semotis
11 arbitris mali aliquid committimus, aut visu, aut verbo, aut cogitatione, atque Hebræ. 4. opere. Deo autem abditum est nihil: Nam omnia nuda, & aperta sunt oculis eius. Illa autem tunc pandimus, quando per reconciliationis sacramentum sacerdoti illa detegimus, humiliter nos accusantes, aut quando aduersum nos,
12 sicut fuerunt præmemorati sancti patres, confitemur iniustitiam nostram Domino, nosque reos esse suppliciter in cordis nostri secreto gemimus. Colligamus ergo, præamandi fratres, ex istis duobus vltimis versibus, & discamus, quòd postquam propalauimus sacrosancto Christi sacerdoti nostra peccata, statim currere debemus: immò etiam si fieri potest, antequam ad pedes eius accedamus; ad pęnitentiam peragendam, & ad satisfaciendum Deo pro excessibus nostris; dolentes cum lachrymis. Nam lachrymæ pœnitentium, charissimi, sunt vinum Angelorum, fundentes etiam preces: ut quod peccauimus, ac deliquimus, ipse Deus noster, gemitu nostro largo placatus condonet, dimittat, & transferat. sæpe enim legimus Dominum gemitu hominum placatum fuisse, & 4. Reg. 22. eorum peccata ipsum dimisisse. Iosias enim cum audisset comminationes scri-Mar. 9 ptas in libro legis Domini, propter peccata, scidit vestimẽta sua, & fleuit, & multum Deo placuit. Pater pueri quoque lunatici, exclamans cum lacrymis aiebat: credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Præterea Maria etiam Mag-Luc. 7. dalena legitur ter fleuisse pro peccatis suis ad pedes Domini: Ideò remissa sunt etiam ei peccata multa. Bonum est igitur nos flere nostra peccata, vt quod peccauimus, dimittat Dominus, nobis ignoscens placatus. & hoc *Præsta pater pijssime, Patrique compar vnice, Cum spiritu paracleto, Regnans per omne sæculum.* Amen.

Feria

Feria Quarta ad Laudes Matutinas Hymnus Octauus.

NOx *& tenebræ &c.* Hymnus omni refertus lætitia: Hactenus canendo nunquam sic exultauit Ecclesia sancta, vt modo facit, quantum distat iste autoræ hymnus ab hymno nocturno: quid dico differt, imò propriè consequitur. Recordare quomodo clamabat ad optimum rerum creatorem, suúq; proprium rectorem, ut liberaretur à noxia quiete, & vt hoc obtineret, nihil prętermittebat: mentem manusque tollebat ad cœlum: flebat; & confitebatur: & hoc etiam nocte intempesta. Et quia Dominus timentium se voluntatem facit, & deprecationem eorum exaudit, & si ualet tantum vnius iusti assidua deprecatio; quantum putamus ualere multorum Ecclesiam repræsentantium orationem apud Deum qui ore proprio promisit, dicens, clamabunt ad me, & ego exaudiam eos. Hinc est, quòd concepta fiducia, ut preces toto gemitu, tantaq; instantia oblatæ, & factæ, exaudiantur: se se pręparat pro Dei gratia recipienda: Et mirabilis est modus iste pręparationis. Primo impedientia diuinam gratiam à se remouet, ibi nempè, in primis quatuor versibus. Secundò iubilat, quasi videns ad se descendere obtentum fauorem: ibi, in quatuor sequentibus versibus. Tertiò potestatur se amplius nolle in duas partes claudicare; Deo, & Mammonæ seruiendo; cum ait; Te Christe solùm nouimus: sed velle solum Christum quem nouit mente pura, & simplici quærere: tantùm perseuerantiã donet, regendo vagos sensus nostros, tam interiores, quàm exteriores. Demũ fatetur se agnoscere multa sibi falsa sub boni spe repręsentata, quę egent purgatione; & orat, ut oriens ille, uidelicet: qui ex alto per uiscera misericordiæ Dei nostri nos uisitauit, serenitate sui vultus, illustrare dignetur. Quanta autem eloquentia hæc faciat: quot vtatur tropicis locutionibus: quantas immisceat allegorias: non est facile dictu: sed vnico dicam verbo. Hymnus est totus eloquẽs, totus tropicus, & allegorijs plenus. Considera eloquentiam in primis quatuor versibus, qui vel ut flumen, immo torrens tempore austri, omnia vitia deportant. In secundis quatuor tot sunt tropicæ locutiones, quot sunt uerba: caligo terrę: Solis spicula: color rebus: vultus sideris nitentis: Hæc omnia sunt pulcherrimè trãslata ad peccatum, & ad Christum, & ad gratiam. In reliquis quatuor est plana, apertaque oratio superiora declarans. Demum in quatuor vltimis versibus tota locutio est allegorica, fucus: illitus; lux purgans: eorum sidus: serenus, vultus. Nolo omittere etiam quinque esse peccata aliud alio grauius. Primum est peccatum cogitationis: secundum delectationis: tertium consensus: quartum operationis: quintum consuetudinis. hæc omnia explicantur his vocibus, turbida cogitatio, confusa delectatio, nubilus consensus, tenebrarum opus, nox, mala consuetudo: sed intrante luce diuinę gratiæ: albescente cœlesti desiderio: Christo veniente tandem; necesse est, vt discedant: sic igitur demum incipit, *Nox & tenebræ, & nubila, Confusa mundi, & turbida (Lux intrat albescit polus, Christus uenit) discedite*: & reliqua. In quibus dicimus, quòd hymnus iste vltra ea, quæ diximus, ipsius solis ortũ describit, & quidẽ tẽporis parti propinquũ; quia in fine officij matutini canit & illã sensibilẽ diei (expulsa nocte) affulgẽtiã applicat apta manu ductione ad animarũ illuminationẽ post peccatorum

Prudentius author.

Psal. 144.

Psal. 33.

Math 6.

Luc. 1.

2

3

torũ tenebras:quæ Christo uero sole nobis aduẽniente fit. Et isti quatuor primi uersus: ut dictum est, & corporaliter, & spiritualiter indagari possunt; vt primo de tenebris, & luce corporali; deinde verò proportionaliter de luce spirituali. Sunt enim tenebrę, spiritualiter sumptę, peccata; lux diuina gratia; quia omnia hominum corda, quę illuminari merentur, suæ cognitionis præsentia illustrat: Polus, siue cœlum: anima nostra, vel desiderium. Item sol spiritualis, Christus Dominus: qui assumpsit carnem humanam.

Beda in Ioan. 1.

Quod non in sequentibus tantum versibus obseruatur, quin etiam & in sequẽ-
4 tibus hymnis. Litera ergo enodantes, dicamus sui primo; O nox, quæ soli te interponis, & obstas, immò quæ es ipsa solis priuatio: & ò tenebræ, quæ lucem
5 cœli purpuram, & omnium rerũ faciem, occultatis; quia vnum corpus estis non lucens, sed atrum, & nubibus tectum, ac totum omnino obscurum: & ò confusa mundi, & turbida; quæ cũ nocte, & tenebris, & nubibus omnia in vnũ mixta quandã confusionẽ, vaporemq; caliginosum, ac tempus turbulentum causatis: quia lux, & tempus subintrat: & illabitur: cœlumque fit album, ac lucidum, & incipit splendescere: & quia Christus uenit, qui est dies valde illuminans: ideo uos discedite. Vel secundò sic. O turbida, idest; O (mysticè) peccata cogitationis turbida: O confusa mũdi, idest, ò delectationes carnales confusę: O nubilia, idest ò consensus nubilosæ: ò tenebræ, idest, ò peccata tenebrosa: O nox, idest, ò peccatum malæ consuetudinis: quæ consuetudo mala peccandi necessitatem, & tandem mortem inducit: discedite à nobis omnibus; quia solum Christum incarnatum agnoscimus, qui intrat, & anima nostra, & desiderium nostrum albescit cœlesti luce diuinæ gratię. Abite hinc inquam, hoc est, à nobis omnes, qui operamini iniquitatem, quia *Caligo terræ scinditur. Percussa solis spiculo, Rebusq; iam color redit, Vultu nitentis sideris.* Hoc loco spiculum (quanquam alibi pro telo siue iaculo nominatur) accipitur pro solis radio: quod in terram iacitur; & recta quadam iaculatione porrigitur, perinde, atq; sagitta arcu excussa vibratur. Caligo ergo terræ, hoc est, omnis tenebrosus uapor, & omnis (ut ita dicam) terræ obscuritas, ac nebula radio ipsius solis; qui terram oriens percutere solet; Vnde fit, ut omnis caligo adueniente tali luce, abscedat, & lumine tali cæteræ tenebrę cedant, scinditur, ac a terra diuiditur; ita ut rebus omnibus postea; puta, herbis, plantis: lilijs, ac floribus, arboribusque omnibus, ac huiusmodi; splendore, ac præsentia solis nitentis color redeat: sol enim gelida resoluit, flores aperit,
6 fructus maturat, corpora diaphana penetrat, uisum retundit, vaporesque omnes eleuat. & sic color rebus redditur. Vel mysticè sic: obscuritas nostra, & caligo obumbrans, ac obtenebrans animam nostram, incarnatione, & aspectu Christi, quem supra venire diximus; vel etiam diuino eius verbo, scinditur, & omnino discedit; & color, idest, uigor spiritus sancti, qui recessit propter præsentiam tenebrarum, hoc est peccatum nostrum, redit animabus nostris splendore spiritus sancti, vel Christi: qui est verus sol.

Proiectis peccatis, inuocamus modo Christum Dominum nostrum. *Te Christe solum nouimus. Te mente pura, & simplici. Flendo, & canendo quæsumus, Intende nostris sensibus.* Te inquam, O Christe, solum nouimus;
7 scientes, quòd tu dixisti; Videte, quòd ego sim solus; & non sit alius Deus, pręter me: & cum Paulo agnoscentes, quòd vnus est Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus, & pater omnium, & in omnibus nobis, & cantantes etiam quotidie

Deuter. 32. Ephes. 4.

tidie cum Symmacho Papa. Tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus altissimus. Et quia tu dixisti Domine; non habebis Deos alienos coram me. Sed huic loco videntur reclamare, quæ beatus Gregorius scripta reliquit in lib. 16. cap. 59. moralium; quippè qui: nunquid nam (inquit) non sunt Angeli, & homines; cœlum, & terra: aer, & maria; cuncta uolatilia, vel quadrupedia, atque repentia? & certè scriptum est; creauit, ut essent omnia. Ergo non solum Deum cognoscimus; sed aliud (respondet) est esse, aliud principaliter esse; aliud mutabiliter, atque aliud immutabiliter, cedo quòd hæc supradicta omnia sint: sed principaliter non sunt: quia in semet, ipsis minimè subsistunt: & nisi gubernãtis manu teneantur, esse nequaquàm possunt. Cum ita namque in illo subsistant, à quo creata sunt; nec ea, quæ uiuunt sibimetipsis uitam tribuunt, nec ea, quæ mouentur, & non viuunt, suis nutibus ad motum ducuntur: sed ille cũcta mouet, qui quædam viuificat: quędam verò non viuificata in extremam essentiam mire ordinans, seruat. Verè igitur ò Christe nouimus etiam te redemptorẽ nostrum, & iam fuisse, esse, & futurum esse in dies magis illuminatorem nostrũ; & non alium pura mente, & sincero corde, & sine hypochrisi. Vnde ex hoc rogamus te flentes peccata omnia, non secus ac Maria Magdalena, pro, peccatis suis ad pedes Domini fleuit: ut sicut illã per septiformen gratiam à uitijs exurgere, & ad te Deum redire fecisti, ita erga nos peccatores te benignum, atque clementem exhibeas: & te etiam insimul canentes, ut intendas nostris sensibus, idest geras curam eorum, ne videant vanitates: ne detractiones audiant, ne se grauent nimio vel potu, vel esu: ne subodorent venena; ne tangant obscœna: vel aliena rapiant: & huiusmodi: quæ tibi domine displicent, ac semper odisti. Et quæ nunc insunt nobis maculata, & infecta: purga: quia confitemur dicentes: Sunt multa fucis illita: Quæ luce purgentur tua, Tu lux eoi sideris, Vultu sereno illumina. Fucus hic pro dolo, vel fraude (omissis alijs eius significationibus) potest accipi. Aliàs est color adumbratus, & falsus, qui inter veros colores positus, offuscat eos: inde fucatum dicitur, quod alieno superducto colore, decorum videtur, & ornatum. Nam honores, opes, voluptates huiusmodi pręseferunt speciem boni; sed verè bona non sunt: Boni enim imagine incautos multos fallunt; idcirco fucis illita non immeritò dicuntur: Illita autem significat infecta, siue tincta. Eous trisyllabum idem significat, quod orientalis. Est igitur eoum sidus ipse sol, qui quotidiè in parte orientali exoritur. Multa igitur sunt fucis illita: nam in hoc mundo opes, honores, dignitates, & alia innumerosa huiusmodi; quæ nos oblectant. & bona videntũ, boni qui demimaginem, & figuram præseferunt, & tamen non sunt vera bona; quia (vt ait iureconsultus) naturaliter bona ex eo dicuntur; quòd beant, hoc est, beatos faciunt, homines. Sed ista sub specie boni nos vt plurimum vanos, & incautos fallunt & decipiunt. Proinde o Christe quæ sunt huiusmodi, fac ut nos tui Christi fideles, & tui amatores videamus, & cognoscamus: & si in nobis sunt: purgentur quæso quàmprimum tua luce: quæ est lux eoi sideris, idest, solis orientalis, & quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; & ideo illumina nos tuo sereno aspectu, & vultu, atque claritate spiritus sancti. Nec unquam permittas nos hoc in mundo Domine labia nostra (heu, heu, est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo) ad illius Apocalypsis mulieris vasculum ueneno plenum admonere: & hoc. *Præsta pater pyssime, Patrique compar vnice, Cum spiritu paracleto, Regnans per omne sæculum. Amen.*

Symmachus. Exod. 20. Gregor. Sap. 1. 8 Luc. 7. Psal. 118. 9 10 11 l. Bonorum. ff de verb. sig. Ioan. 1. Eccles. 19. Apoc. 17.

Feria Quarta ad Vesperas Hymnus Nonus.

1 *COeli Deus sanctissime: Qui lucidum centrum poli Candore pingis igneo, Augens decoro lumine*. Et reliqua. Ad quartum opus diuinum considerandum nos vocat mater ecclesia, ut tali in consideratione spiritus ille noster in Dei seruitio promptus, aliqualem vigorem, refocillationemque sumens, infirmam carnem regat, sustineatque. Sed profectò, qui ex hoc cantico cupit recreari: qui ex hoc diuino opere gustum desiderat, & nutriri appetit: demum qui consolationem ex hoc spectaculo in hoc mundi theatro concupiscit: Non illum oportet solum, ut spectatorem magnorum, immensorumq; operum diuinorum se præbeat: sed etiam ipsum oportet aliquid de suo labore, & hic afferre. Nam spectatores athletarum non sunt tantum inspectores decertantium: sed ipsos etiam quodam impetu, ac concitatione quadam participare oportet ipsorum decertantium laborum: & illis fauere; quibus inclinantur. Sed dices, quid oportet hic afferre? Respondeo omnino necessarium esse, eos, qui magnarum rerum spectacula amant, non habere animum inexercitatum ad intellectũ, & cognitionem rerum propositarum. Audi ergo, si aliquando in nocturna serenitate ad ineffabilem astrorum pulchritudinem oculis intentis cogitasti de talium luminum opifice. Quis est ille, qui his floribus cœlum varium reddidit? Rursum in die si (ratiocinatione sobria) didicisti diei miracula, & per hæc uisibilia iuxta suum esse, suum motum & suum ordinem; quæ oculis corporeis videntur; de Deo inuisibili ratiocinatus es, dicens: Quantus est ille, qui hæc tam magna, tam pulchra, & tam ordinata iuxta talem ordinem, numerum, & mensuram creauit? Si sic præparatus accedis ad operum diuinorum opificium inspectator; discedes non sine fructu; sed cum magna animi tui consolatione, ac gaudio. Ita accessit, qui hunc cecinit hymnum. Vnde enim illa prima ex corde exclamatio, nempe: ò sanctissime Deus cœli, nisi ex longa diuinorum operum: immo potius ex dulcissimo Dei gustu? Actus ex mirabilium rerum consideratione, quas tam pulchrè pingit, & ita commodè (prout animus conceperat) exprimit? vt nullum sit uerbum, sine emphasi quadam cum mysterio appositum. Hinc lucidum centrum, vagos siderum cursus, nec non terminum dirimentem à nocte diem, distinguentemque primordia mensium, luminum ex notissimo ipsius lunæ motu. Hæc omnia emanarunt ex corde repleto, & magna diuinorum operum consideratione. Sic & nos oportet esse affectos: si uolumus ista cum vtilitate, & cordis lætitia contemplari; quæ etiam in natura sunt manifestissima in hoc magno mundo: propter quæ debemus Deum laudare, & illi gratias agere. Sed ut ad ipsius textus expositionem ueniamus: ante alia dicamus, quòd in hoc hymno Dei virtutem, & prouidentiam, ut subodorauimus ab opere quartæ diei productionis illius mundi, hoc est, à formatione luminarium ipsius cœli: laudat sancta ecclesia, sitque ad ipsum oratio: vt corda nostra spirituali lumine visitet: quo peccatorum tenebræ dispellantur. Dicimus ergo, quod in quarta die produxit, (vt dicitur ẽt infrà in sequentibus uersibus) Deus solem; quo cœli spatium dipinxit; & lunam: cuius decore centrum decorauit. Sed quia hymnus iste continet opus, quod fecit Deus in quarta feria: ideo quarta feria ex institutione ecclesiæ ipse canitur. Cæterum qualiter

Theodoretus de prouidẽtia Dei. 1. serm.

Genes. 1.

liter centum,& polus in philoſophia naturali,& aſtronomia ſumatur:non dicam;
ſufficit enim mihi hoc loco, ad cuius vtilitatem pro nunc hæc duntaxat ſcribo:
non enim alijs attrahor,& abſolutè compellor manum ad calamum mittere; ſa- 2
tisfacere:quia (ut inquit gloſ.docere non debent, qui non dum didicerunt Nec Auth.de ſan.
doctum facit, qui eſt indoctus.Sed centrum temporaliter pro ipſius cœli ſpatio, epiſ.§. 1.
& orbe hic ſumitur. Polus uerò pro Cœlo. Sed cum prædicta omnia facta
ſunt,etiam in hoc paruo mundo,qui eſt prædeſtinatorum,& electorum nume-
rus, obſeruemus, qualiter myſticè ſumatur. Quid enim myſticè eſt lucidum Au. de decur. li. 10.l.nullus.
centrum poli? non ne Apoſtolorum corda? quæ in eccleſia tanquam poli ſuſti- 3
nentes ipſum,fulgent: & iſta igneo candore die pentecoſtes fuerunt ſpiritu ſan-
cto nobiliſsimè picta;& confidentia aucta illo, illo decoro ſpiritus ſancti lumine. Aduerte.
Sed quia ipſe propriè fuit quartus;in quo flammea ſolis rota fuit conſtituta,ideo
ꝓſequitur. *Quarto die qui flammam, Solis rotam conſtituens: Lunæ miniſtras ordi-
nam, Vagoſque curſus ſiderum.* Primus ergo dies ille: quem modo celebramus 4
cum tanta lætitia, nempe natiuitatis dies. Secundus eſt dies paſsionis. Tertius
reſurrectionis. Quartus prædictus pentecoſtes dies:in quo ſancti Apoſtoli, Nota.
veluti ipſius ſolis,ideſt Chriſti Domini noſtri, rota ſplendens:conſtituti, ideſt
confirmati fuerunt:ex qua quidem ſanctiſsima,in diuino amore inflammata,ro-
ta Apoſtolorum:& luna,hoc eſt totus populus fidelium hominum,ideſt eccleſia
ſancta,ordinem accepit:& ſancti doctores,& prælati,veluti ſplendidiſsima ſidera
vagos curſus peregerunt in doctrina catholica,& Apoſtolica; ex quo ordine lu-
næ,& uagis ſiderum curſibus dirempti, atque diſtincti ſunt termini: Hinc eſt,
quod ſequitur. *Vt noctibus,uel lumini: Diremptionis terminum:Primordijs, & men
ſium, Signum dares notiſsimum.* Omiſſa modo ſuperiori expoſitione; & reten-
ta literali dicimus,non utique hoc loco direptionis:ut fieri ſolet à multis biblio-
polis:ſed diremptionis legendum eſt: quia diſtinctionem, atque diuiſionem ſi-
gnat. Formata eſt ergo luna (ut hic dicitur) ut præberet limitem,ſiue metam 5
diſtinctionis diei,& noctis: Nam noctu luna lucet,& non interdiu;luna,inquam,
noctem illuminat,lumen mutuat, augmentum patitur, & detrimentum. Item
luna regina cœli appellatur; quia ſol tanquam medius planetarum,participat om
nes proprietates omnium, & eas ad lunam cum lumine ſuo tranſmittit:ipſa ue-
rò luna quæcunque à ſole recipit ſic influit:Vnde quia per eam tali modo uirtu
tes planetarum recipimus,meritò regina cœli vocatur.Producta eſt ēt luna;ut da
ret ſignum,ſiue indicium initijs menſium:in cuiuſcunq; .n.menſis lunaris princi
pio,ac exordio,luna renouatur, lumenq́; ſuũ redintegrat. Vnde apud Græcos
primordium menſiũ neomenia dicitur,ideſt,noua luna,ſiue nouiluuium. Vnde Pſal. 80.
Propheta dicit;Buccinate in neomenia,tuba.Vel myſticè,ut noctib. (adherentes 6
iterũ expoſitioni paulo ante à nobis de Apoſtolis,& alijs factæ) vel lumini,ideſt,
hæreticis,atq; infidelib.oĩbus,nec non catholicis Chriſtianis terminũ diremptio
nis poneret.Nã qui ſunt extra ordinẽ eccleſiæ Chriſti,& ſanctorũ doctrinã; ſunt
ipſa met nox,ne dicã in nocte: Qui uerò talẽ ordinẽ,& talẽ doctrinã,Chriſti nẽpe, 7
ac Apoſtolorũ amplectuntur,ſunt,ne dicã in lumine, ſed ſunt lux ipſa:iuxta illud Matth. 5.
Domini dictũ;Vos eſtis lux mundi:& iſti tales dant nobiliſsima ēt ſigna primor
dijs menſiũ,videlicet,cõgregationis fideliũ;quia in toto orbe eccleſiarũ primor-
dia ab ipſis ſunt orta. In omnẽ.n.terrã exiuit ſonus eorũ, & in fines terræ uerba Pſal. 18.
eorũ. Vnde Abacuch dixit ipſe quoq;: Qui aſcendis ſuper equos tuos;& quadri- Abachuc. 3. 8

gæ tuæ

gæ tuæ ſaluatio. Aſcendit enim Chriſtus ſuper equos ſuos,ideſt,ſuper Apoſtolos:Nam per eos in omnem locum delatus, & omnibus gentibus prædicatus eſt, & ſic quadrigæ,hoc eſt,euangelium ab eis prædicatum,eſt ſalus ijs, qui credunt illi. Cum igitur noſtra mater eccleſia hucuſque cantauit, & magni huius materialis mundi,nec non & myſtici mundi miracula:Nūc ſe ad orandū Deū vertit, & oĩ cū humilitate ſic ardenter illū deprecatur. *Illumina cor hominū, Abſterge ſor*
9 *des mentium: Reſolue culpæ vinculum: Euerte moles criminum.* Orat,inquam, eccleſia Deum hic,ut in quolibet homine hoc dignetur Deus facere; quod in toto mundo hactenus fecit. Obſerua quæſo mirabilem ordinē. Nam primo Deus lucem in mundo fecit:ſic ēt orat,ut cor hoĩum illuminet,ideſt,animas hominū: locū.n.ponit pro loco:quia pro corde animā intelligit,quæ ſedē habet in corde. Secūdò aquas diuiſit,& arida apparuit;quæ prius erat cooperta aqua; ita orat,vt mēs nr̄a appareat abſterſis ſordib.illā opertā, & īmūdā reddētib. Tertio die fecit terrā fertilē,ut produceret herbā,& fructus,& ſementē:ſic orat,ut homo poſsit fructus dignos facere,ut nēpe per pœnitentiā uincula criminū reſoluat, & ablata culpa,opera meritoria peragat. In quarta die, hodie videlicet,fecit lumina-
Pſal.135. ria: de quibus ait Pſaltes qui fecit luminaria magna,ſolem in poteſtatem diei,lunam,& ſtellas in poteſtatem noctis:ita orat,ut homo poſsit emergere ex magna congerie,ac criminum mole:& lux ſua luceat coram hominibus: qui videntes o-
Math. 5. pera bona ſua,glorificent patrem cœleſtem iuxta præceptum ſibi datum. Orat, dico,ut euertat hanc molem,hanc molem deprimentem euertat, dico,in pro-
Math. 2. fundum maris:ſicut per Prophetam promiſit, dicens; proijciam in profundum
10 maris peccata veſtra. Porrò non tantum autem ſol Chriſtum,& luna myſticè populum,uel eccleſiam eius ſignat;uerū etiam duas illas dignitates;videlicet pōtificalem authoritatem, & regalem poteſtatem. Nam illa, quæ præeſt diebus, i deſt,ſpiritualibus maior eſt:iſta,quæ carnalibus,minor eſt:quę expoſitio eſt In-
C. ſolitæ. §. præterea de maio. & obe. nocentij tertij.cap.ſolitæ.§.præterea,de maior.& obed. Abſterge igitur, & purga,ac diſcute luce tuæ veritatis tenebras, prauas cogitationes noſtrarum mentium:& culpę vinculum reſolue,magnitudineſque peccatorum euerte.

Pręſtaque pater pijſsime hoc,Patrique compar vnice, Cum ſpiritu paraclito, Regnans per omne ſæculum. Amen.

Feria Quinta ad Nocturnnm Matutinum Hymnus Decimus.

Luc.1. Iſaiæ. 55. Rom.13.
1 NOſtra mater eccl.in ſanctitate,& iuſtitia Deo ſeruire flagrans,ſciens cū Iſa. ꝙ quærendus eſt Deus,dum inueniri pōt;præceptis item Pauli dicentis; Abijciamus opera tenebrarū,inhærens:hoc pſenti hymno, in quo deſcribit primo nocturni tpis,quo cātari ſolet,qualitatē,& condōnē:ꝗ eſt, ut oĩa cōtegat,& colores herbarū,& cæterarum rerū in ſuis profundis obducat, & ſepeliat: eam aptè transferens ad habitum mentis noſtræ:hortatur ſuos filios abijcere opera tenebrarū,& Deū quærere:quo in tranſitu mirum eſt,quàm differat pn̄s cōſideratio à veſpertina externa cōſideratione: heri cōſiderabat lucidum centrum poli igneo candore pictum,decoro auctum lumine,& reliqua diuinorum operum or

namenta

namenta cœleſtia, tota circa tenebras verſatur hodie, & quaſi admirans rerum viciſsitudinem, exclamat. Nox atra rerum contegit. Terræ colores omnium. Beatus Amb. Author.
q.d heri tam pulcher erat polus: Nunc atra nox contegit omniũ terræ colores.
O hominũ inſtabilis mens, quæ nunquam in eodem ſtatu per manet: modo gaudet: modo triſtatur, modo timet: modo ſperat: modo ardet: modo frigeſcit: modò deſperat: modò nimis præſumit. Hæc eſt terra, cuius pulchritudine atra nox 2
paſsionem contegit: hanc perturbationem ſentiebat illa, quando dicebat; Meliora uideo, proboque: deteriora ſequor; ſed quid de illa loquor profana? ſanctus Apoſtolus cum diceret, non enim, quod volo bonum, hoc ago, ſed quod nolo malum, hoc facio; inuenio enim aliam legem in membris meis, repugnantem lege mentis meę, & captiuantem me in lege peccati; Propterea clamabat (ingemiſcens) infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Iob. 14. 3 Rom 7.
Sed ne minimis abluiſcamur: hoc loco nox pro nocte ſenſibili ponitur; quæ rerum colores non reddit conſpicuos, atque ſpectabiles: verum congrua metaphora per atram noctem recte intelligere poſſumus peccatorum tenebras, mentem noſtram, ut diximus, obcæcantes. Porrò in ſecundo carmine hic poſito, colores, legendum eſt, non autem calores: quia iſtud poſterius nomen ſententię nullo modo videtur conſentire, & conuenienter quadrare: Nox igitur atra, ideſt, peccatorum noſtrum obſcuritas, & ipſa peccata obtenebrauerant mentes omnium noſtrorum: qui de terra pſalmati ſumus. Sed quid in tanta rerum ſupradictarum confuſione ſit faciendum, & cui in tanta rerum mutabilitate adhærendum ſit: Profecto docet; *Nos confitentes poſcimus, Te iuſte Iudex cordium:* Ipſum enim laudans tanquam iuſtum cordium iudicem poſcit, nempè ut potius attendat, quod concupiſcit, quàm quod ſenſus faciat: nam concupiſcit deſiderare iuſtificationes Domini omni tempore; ſed grauatur carne; nam corpus; quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit ſenſum multa cogitantem. Vnde perpendendum eſt etiam, quod Deus ſcrutator cordium eſt, & Index: quia ſcrutatur qui quiſque cogitat. Ipſe enim teſtatur, & dicit. Et ſcient omnes eccleſię; quia ego ſum ſcrutator renum, & cordis. Sed quia propter corruptionem, aggrauationem, & depreſsionem committuntur piacula, & ſordeſcit mens; committuntur (heu) crimina, & peccata; ideò ſubditur. Vt auferas piacula: Sordeſque mentis abluas: Doneſque Chriſte gratiam, Vt arceantur crimina. Vnde orat iuſtum ſuum iudicem, ut auferat crimina, & abluat peccata, & inſimul donet ſuam gratiam: ſine qua nihil poſſemus facere: ad hoc ut crimina liget, ne nobis nocere poſsint. De peccatis non ſit mentio; quia dum uiuimus in hoc corpore; ſi dixerimus: quia non habemus peccatum, mentimur, & nos ipſos ſeducimus: ſi autem confeſsi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus: ut remittat nobis peccata noſtra, & remittat, & emundet nos ab omnia iniquitate, ſic & Paulus ad Titum de ordinandis ſcribens; nullam de peccato habuit mentionem; ſed ait: ſi quis ſine crimine eſt, ſicuti eſt homicidium, adulterium, aliqua munditia fornicationis, furtum, fraus, ſacrilegium, & cætera huiuſmodi. Si enim diceret, inquit Auguſt. loqui ſine peccato eſt omnis homo reprobaretur. Vnde & de Epiſcopo ſimiliter loquens prædictus beatus Paulus, ait; Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe. Aduertamus modò, quod hoc loco piaculum pro crimine, & flagitio accipitur, ſicut in libro Iudicum cum dicitur. Nunquam tantum nefas, & tam graue piaculum factum eſt in Iſrael. Aduer- 4 Sap. 9. Apoc. c. 2. 1.Ioan. 5. 5 Tit. 1. 6 Diſt. 81. Apoſtolus. Tit. 1. Iudic. 20.

tamus etiam hic:& colligamus ex hoc tertio versu hic posito, quòd nihil sine
Ioan.15. gratia Dei agere possumus,& benè: Nam ipse scriptum reliquit:sine me nihil
2.Cor.3. potestis facere:& Apostolus dicit,nunquid idonei sumus cogitare aliquid à nobis,quasi ex nobis? sed sufficientia nostra ex Deo est. Præterea legitur in con-
Conc. Arausicanum. cil. Arausicano in decretis concil.tomo primo, cap.6 & dicitur;si quis sine gratia Dei credentibus,volentibus,desiderantibus,conantibus, laborãtibus,vigilãtibus,quærentibus,pulsantibus nobis misericordiam dicit conferri, non autem diuinitus,vt credamus,uelimus,vel hæc sicut oportet, agere valeamus per infusionẽ,& inspirationẽ sancti spiritus in nobis fieri confitetur, resistit Apostolo di-
1.Cor.4. 1.Cor.15. centi;quid habes,quod non accepisti ? & gratia Dei id sum,quod sum ; Oportet ergo,præamandi fratres,nos multum orare Deum: vt in nobis infundat gratiã suam,qua mediante crimina nostra deleantur, & à nobis transferantur. Sed suam iniquitatem cognoscens homo , immo, & nos omnes, statim quadam demonstratiua emphasi ad oculum ferè iudicis sui ostendit, dicens. *Mens ecce torpet inopia, Quam culpa mordet noxia: Obscura gestit tollere, Et te redemptor quærere.* Supra proposuit se peccati vulnera accepisse, cum ait; Nox &c. inuocauit Deum,ut dignaretur illa sanare,& insimul suam gratiam conferre: cum ait, Nos confitentes : Hic narrat,quæ nam pars sit saucia, & eam ostendit dicens, Ecce ò iuste iudex cordium,impia mens torpet,quam tamen noxia mordet culpa, & pungit,& obscura omnia gestit tollere,& te omnino post hac redemptor
8 quærere. Vbi nota,quod culpa dicitur a deculpo , culpis,culpsi;siue deculpo, culpas;siue decudo,cudis,quod idem est,quod terebrare, figere & compũgere: quia cudit,& pungit conscientiam peccatoris;& ista culpa dicitur communiter peccatum,& dolus in anima,siue in spiritu : Dicitur etiam telum fixum in ani-
9 ma ; & dicitur etiam spina iugiter mordens, & pungens conscientiam. Vnde dupliciter mordet conscientiam peccatoris:vno modo ex solo timore pœnæ,& cogitatione mali. Vt Iudęi postquàm crucifixerunt Christum benè nouerunt se male egisse,& contra iustitiam:& ideo quando viderunt solem obscuratum,
Luc.23. terrę motum,&c.reuersi sunt in ciuitatẽ:plangentes,&percutientes pectora sua: sed talis compunctio,& remorsus conscientiæ non fuit pœnitentialis,& fructuosus : quia fuit ex sola cõfessione, & formidine pœnę futurę propter peccatum ; & ita in multis peccatoribus.Alio modo illa culpa & spina põt pungere,& mordere peccatorẽ cũ dolore,eo quòd offendit Deum summè bonum ; & perdidit gratiam,& amorẽ Dei:sed quanquam ista sit bona compunctio , nondum ta-
10 men est perfecta,& pœnitentialis.Ad hoc igitur,ut sit perfecta , & nos hic uerè dicamus:quia culpa nostra noxia mordet conscientiam nostram : oportet primò, quòd sit dolorosa cum supra dicto respectu:secundò quòd in nobis sit cum proposito nunquam amplius committendi peccatum. Tertiò cum firmo proposito confitendi. Quarto cum proposito satisfaciendi , tum enim talis remorsus,& compunctio dicitur contritio pœnitentialis, & fructuosa. Et sic patet, quòd illa spina culpæ,licet mordeat continuè,& accuset conscientiam:tamen nõ potest eijci,nisi per contritionem, & confessionem , & cum proposito satisfaciendi. Sed hei mihi;quem mihi hodiè inuenies , qui cum grauiter vitijs est vulneratus,adiuerit medicum , ut à plagis vitiorum sanetur, sicut currere docet nos hodie nostra mater Ecclesia:profectò non multos . Verum enimuerò for-
Gregor. tis mens, inquit beatus Gregorius in lib.9.ca.33. moralium, relaxare contra se uerba

verba deteſtationis inchoat: quę apud ſemetipſam prius infirmè verecundata retinebat, Diſcamus hic, præamandi fratres, noſtræ matris ſalubre documentum, conſilium tutum, & ſanabile præceptum, nempe, cum à via mandatorum Dei aberrauimus, cumq; à peccatis irretiti, ac implicati ſumus, adire Deũ, medicum omnium infirmitatum: faciemque eius in cõfeſsone præoccupare: dicentes; ecce, ecce me in iniquitatibus obrutum, in carnalibus ſordidum, in vitijs inueteratum: hæc quia obcęcant mentem noſtram, mordent, & noxia inferunt, ideo cupimus Domine per tuam gratiam illa abijcere, ſed quia non valemus nos: ergo tu caliginem, & hanc atram noctem, quæ contegit colores, ideſt; omnia pulchra dona tua, commiſſa terrę cordis noſtri, expelle. Cæterum obſcura hic dicuntur opera tenebrarum, ſiue peccata: quoniam in lucenon ſunt facta, & mentem noſtram obſcurant. Nam neſcierunt (inquit Pſaltes) neque intellexerunt: in tenebris ambulant: Et qui ambulat in tenebris iſtis ſpiritualibus neſcit (inquit Ioan.) quò vadat. Sed quomodo mens noſtra poteſt quęrere Deum, & inuenire? Eo nimirum modo, quo rex ipſe Dauid quæſiuit, & inuenit. Experrectus enim Dauid à ſomno, intempeſtiuus feſtinabat ad Deum, vt ad diluculum, & lucem diei: ſtatimque ſuis cogitationibus Deo aderat; conuerſationemque, & ſermonem; quem cum Deo habebat, quibuſcumque alijs rebus, ac negotijs præponebat. Anima ergo eius ante omnia deſideria, ardorem, & delectationis vehementiã erga Dominum oſtendebat ita, ut aſsiduè intentus in Dei delectationem ferebatur. Vnde audi & illum, qui qualiter inuenire poſſet Deum, inquit. In terra deſerta in uia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam, & alibi; Quis dabit mihi pennas, vt columbę. & volabo; & requieſcam? Reſpon. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Sic igitur faciendo poterimus quærere, & inuenire Deum; non ſecus ac fortè adinuenit ſanctus Ioannes Baptiſta, qui ipſe quoque antra deſerti petiuit, ne leui macula contaminaretur: & ſicut Ioan. internam audiuit inſpirationem, & diuinam reuelationem, ſic mens noſtra intenta in Dei amorem, ardorem, & deſiderium; audiet intus, hoc eſt auditu eius, verbum Domini, loquentis nobis quid facere debeamus; ut habeamus vitam æternam. Sed exiſtens modò ante faciem Domini, dicit ad eum Eccleſia noſtra. *Repelle tu caliginem, Intrinſecus quã maximè, Vt in beato gaudeat, Se collocari lumine.* Hic Deum oramus: ut repellat caliginem de mente noſtra, vt videre poſt hac poſsimus melius viam mandatorum eius; & in ſancto lumine ſuę gratiæ ipſam conſtituere dignetur, dicentes. O redemptor noſter repelle intrinſecus, hoc eſt, ex anima noſtra caliginem, ideſt, cæcitatem peccatorum, quàm maximè, inquam, & valde intrinſecus exiſtentem, ac ſedentem, ut illa; tandem gaudeat ſe collocari in ęterna beatitudine. Præſta pater pijſsime, Patrique compar vnice, Cum ſpiritu paraclito, Regnans per omne ſæculum. Amen.

Pſal. 50.
11
Pſal. 81.
Ioan. 12.
Euthym. in Pſal. 62.
12
Pſal. 62.

Feria Quinta Ad Laudes Matutinas Hymnus Vndecimus.

L*Vx ecce ſurgit aurea: Pallẽs ſatiſcat cęcitas, Quæ nos met in præceps diu. Errore traxit deuio.* & reliqua. In quibus primò ipſius aurorę exortum deſcribit;

scribit;& per metaphoram applicat ad aduectum gratiæ in animas nostras post tenebras peccati. Sed ut sancti huius hymni medulla degustetur, sapiatque, memoriæ retinendus est nocturnus dolor ille, quando nox atra rerum omniũ colores terrę tegebat:angustiaque illa impię mentis: quam noxia culpa mordebat:dolor ille,quo mens gestiebat(nec poterat)obscura tollere:deinde diligentia illa pia,qua redemptorem quęrebat,demum pia supplicatio ad ipsum redemptorem, ut faceret ipse, quod ipsa mens facere nequibat, nempè, vt ipse caliginem repelleret,et præcipuè intrinsecam,vt notificaret,quod non de naturali nocte,& caligine loquebatur. Sed gratias Deo, qui exaudiuit, reddit: pro quo beneficio statim in principio ostendit animum, dicens, ecce Dominus exaudiuit me: Nam etiam depulit noctem: sustulit è medio obscura illa:quæ gestiebam ego tollere, nec poteram: demum repulit intrinsecam caliginẽ, prout illum meum redemptorem oraui: hoc ipsius intueor oculis mentis: Nã lux ecce surgit aurea: quid ergo faciendum: & quid aliud debet fieri; nisi ut ad hãc pulcherrimam:& diuinam auroræ lucem,semper timendam cæcitas aperiatur?

Fatiscat ergo,& largè nunc aperiatur: heu quantorũ malorum in causa fuit: traxit enim nos longo tempore deuio in errore præcipites. Nam quam uiam rectam cœcus oculus peragrare potest? semper pergit per deuia, nisi aperiatur; & si aliquando rectè graditur: & hoc ignorat. Et nota, quòd hoc loco legendum est fatiscat, idest, pallens, & timens cæcitas fatiscat, hoc est, aperiatur, iuxta illud. Accipiunt inimicum imbrem,rimisq; fatiscunt. Seruius, fatiscunt, idest abundanter aperiuntur. Ecce,inquam, quòd lux aurea, idest, gratia diuina egreditur ad nos:vel euangelica prædicatio exurgit in corda nostra,& ideo omnis peccatorum cæcitas; quæ duxit nos multum deuio errore in ruinam, & præcipitium:nam sæpè mala pro bonis,falsaq; pro ueris, fucata pro sinceris, & sensualitates pro spiritualibus secuti sumus diu, aperiatur. Dixit quòd lux uera surrexit; ideò ad hanc lucem sanctam vertit se nunc dicens. *Hæc lux serenum conferat, Purosq; nos præstet sibi. Nihil loquamur sub dolum. Voluamus obscurum nihil.* Hæc lux igitur, & gratia diuina, siue euangelica prædicatio conferat nobis uirtutem spiritus sancti: ut uideamus quæ agenda sunt,& donet nobis puritatem animæ,quod est,ut pręstet nos puros sibi, idest, ad honorem suum,ut adimplere, quæ agenda videmus, conualescamus: & hoc sit, ut nihil loquamur deceptiuum, aut fraudulentum & nullum cogitemus peccatũ, quod nos apud lucem tantam habeat reddere obscuros: sed bene opera lucis,

Iaco. 1. quæ in nobis lumen ferant, Christum scilicet, & quæ ad lumen vitæ æternæ perducant: & ne religio nostra vana sit. Apostolus enim Iacobus ait, siquis

Psal. 13. putat se religiosum esse non refrænans linguam suam, huius vana est religio.

Psal. 33. Aut ne in nobis verificetur, quod præcinit diuinus psaltes, cum ait; quorum

Psal. 5. os maledictione plenum est: venenum aspidum sub labijs eorum. Prohibeamus itaque os nostrum,siue linguam à malo, ne loquatur dolum. Perdit enim Deus omnes, qui loquuntur mendacium. Et non solum, dico, non loquamur dolum,aut mendacium: sed nec etiam cogitemus vllum peccatum: sed(vt inquit Salamon Prouer. 4.) omni custodia seruemus cor nostrum.

Prouer. 4. dis. 6. sed pensandum. Cum ergo malignus spiritus peccatum suggerit in mente nulla peccati sequatur delectatio:ne peccatum in nobis nasci, aut perfici incipiat. Sequitur sancta ecclesia. *Sic tota decurrat dies, Nec lingua mendax, nec manus, Oculi nec peccent lubri*

ci,

ci, *Nec noxa corpus inquinet.* Hic nomine diei, totius tota præsens uita no- 2
stra insinuatur, sicut & in euangelio, cum ait Dominus noster; Me oportet ope- Ioan. 9.
rari opera eius, qui misit me donec dies est: venit nox, quādo nemo potest operari.
Præterea noxa hic culpam significat; aliquando etiam significat peccatum, 3
delictum, & aliquando pœnam, præsertim, & in Cæsareo, & pontificio iure.

Referamus demum ad intelligentiā prauditorum quatuor versuum, quæ re- 4
feruntur in libro prouer. cap. 6. Nam dicitur ibi; Sex sunt, quæ odit Dominus, Prouer. 6.
& septimum detestatur anima eius. Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem, cor machinans cogitationes pessimas, pedes ueloces ad currendum in malum, proferentem mendacia, testem fallacem, & eum, qui seminat inter fratres discordias; & Dauid; Vir linguosus non dirigetur Psal. 139.
in terra, & alibi; Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum, Psal. 5.
& Bernardus.

Si cupis pacem, linguam compesce loquacem.
Qui scit refrenare linguam, sensumque domare.
Fortior est illo, qui frangit viribus vrbes.

Sic itaque prosequamur, tota dies, idest, totum tempus vitæ nostræ sic decurrat, vt (non loquendo subdolum) nec lingua dicat mendacium, nec manus faciant, aut operentur aliquid mali, nec oculi videndo, & concupiscendo illicita, Iob. 31.
peccent; sed sint casti ad exemplum illius, qui dicebat. Pepigi fœdus cum oculis
meis, ne cogitarem quidem de virgine, ne comptam mulierem aspicientes, tam- 1
quam in lubrico in peccatum concupiscentiæ cadant, nec culpa polluat corpus nostrum. Progreditur vlterius dicens: & (ut præmonitum est) nolite peccare; quia, *Speculator astat desuper: Qui nos diebus omnibus. Actusque nostros perspicit: A luce prima in Vesperum.* Lucem primam hic vocat nostra mater 5
ipsius diei exortum, sicut & vesperum diei extremitatem; omnia enim opera no- Psal. 120.
stra diurna perspicit Deus, & non hæc solum: verum etiam & nocturna, & quæ in tenebris facimus, & hoc quidem non vno, aut duobus: sed omnibus uitæ nostræ diebus. Vnde psaltes. 93. eos, qui contrarium putant, arguit, dum dicit, & Psal. 93.
dixerunt; non uidebit Dominus nec intelliget Deus Iacob: deinde paulò post subdit; qui plantauit aurem non audiet? aut qui finxit oculum non considerat?
Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vanæ sunt: & iterum psal. 138. Psal. 123.
Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? si ascendere in cœlum; tu illic ades, si descendero in infernum, ades: & Apostolus ad Hebr. 4. & non est ulla Hebræ. 4.
creatura inuisibilis in conspectu eius; omnia autē nuda, & aperta sunt oculis eius. Et illud; Innocui uiuite, numē adest: possumus etiam per lucem primam intelligere ipsum uitæ nostræ introitum. Et per Vesperam finem vitæ, ac exitum sicut cantat Dauid; Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, & alibi, A custodia matutina vsque ad noctem speret Israel in Domino. Etenim ab ipso vitæ nostræ exortu ad calcem vsque Deus opera nostra aspicit; vt ne minimus quidem cogitatus noster oculos eius fugiat. Non peccemus ergo, quoniam Dominus speculator omniū prospicit nos de cœlo quotidie, & actus nostros videt, & considerat à natiuitate diei vsque ad noctem. Vel (mysticè) à natiuitate nostra vsque ad finem uitæ nostræ.

Feria Quinta ad Vesperas Hymnus Duodecimus.

Psal. 88. VIrtutes, & opera Domini Dei nostri cum Propheta cantare, & psallere semper prompta nostra sancta mater ecclesia,& potius sacrificium laudis; quàm oblationes,& holocausta ei offerre volens,in hæc sacratissima erupit uerba; *Magnæ Deus potentiæ: Qui ex aquis ortum genus Partim remittis gurgiti; Partim leuas in aera.* Et quæ sequuntur. In quibus verbis primò commendat virtutem,& omnipotentiam ab opere quintæ diei productionis rerum Hymnusque iste feria quinta cantatur ad officium vespertinum, quæ quintæ diei (qua

Genes. 1. ex aquis diuino nutu producta referuntur in Genesi volatilia,& aquatilia) inter primos sex dies numero,& ordine rectè respondet. Pisces enim,& aues ex aqua sunt orti. At aues non comeduntur omni tempore: quod ideò fit, quia aues per coitum generantur, quod non est piscibus, vel quia sunt calidioris naturæ.

Quare hactenus vidimus terram ornatam proprijs germinibus: vidimus, & cœlum accepisse stellarum flosculos,& velut gemellorum oculorum exornatum esse fulgoribus, magnorum luminarium coniunctione. Reliquum erat aquis etiam proprium tribui ornatum. Venit ergo dei præceptum:& statim flumina sculpta, & stagna fœcunda facta sunt:& singula ipsorum repleta sunt naturalibus,& proprijs animantium generibus: similiter & mare parturiebat natatiliū

1 genera. Et neque quantum aquæ erat in cœnosis & limosis locis,id ipsum otiosum erat,;& vanum,ac exors perfectionis suæ. Nam ranæ, & culices ex ipsis lacunis maximè efferebant; quæ enim adhuc videntur, sunt præteritorum demonstratio:& sic omnis aqua festinabat ad præstandum ministerium magni præcepto opificis: ita vt eorum animantium genera producta nullus enumerare possit. Vnde eorum vitam statim actuosam, & se ubique monstrantem contemplans nostra mater ecclesia,exclamauit (vt diximus) dicens; *Magnæ Deus potentiæ.* Nam ex eo,quod dixit Deus;producant aquæ reptilia animarum uiuen-

Genes. 1.

2 tium,& magna,& innenarrabilis Dei potentia signatur. Aduerte enim, quòd nunc primum animatum, & sensus particeps animal creatur (nam plantæ, & arbores etiam si viuere dicuntur; propterea quòd nutritiua, & actiua facultate participant; non tamen etiam animalia sunt, neque animata) sed hodie tantum

3 cœperunt animalia se se mouentia existere. Aduerte insuper contra nos contrarios motus ipsorum animalium: Nam partim sursum tendunt;& nihilominus una prodita stirpe diuersa rapiunt loca; quod (ò mirabile mysterium) non sine mysterio cantat nostra parens sancta ecclesia, ut in reliquis carminibus declarat:

Luc. 1. ut de baptismo. Sanè: ò Deus magnæ potentiæ: apud quem inquit Lucas: nō

Num. 11. est impossibile, omne verbum: & nunquid (Num. 11.) manus Domini inua-

Sap. 12. lida est? Cum ipsi subest (sapien. duodecimo,) cum uoluerit,posse. Qui & fortis,& Dominus potens est:quique ortum genus, scilicet animalium, hoc

Psal. 23. est productum piscium,ac auium ex ipsis aquis,& summatim ipsos,pisces dico,& aues partim remittis, hoc est, pisces remittis, & committis, & reponis in aquis, siue in gurgite, siue in mari, siue in fluminibus, siue in lacu:partim uerò leuas in aera,hoc est aues ipse vehis, tollis, & uolare facis in aera:quòd fortè magis ipsæ elemen-

elemento aeris conſtant:ideo aeri committuntur. Et hoc eſt, quod ait Boetius libro quinto de conſol.philo. *Sunt quibus alarum leuitas verberetque uentos. Et liquido longè ſpatia ætheris enatet uolatu.* Vel (myſticè) ſic:genus ortum ex Boet.lib.5.
aquis baptiſmatis partim committis,& remittis gurgiti,hoc eſt, inferno, & pro- 4
fundo lacui, malos nempe, & reprobos homines:& partim leuas in aera, ideſt, pios,& bonos homines ipſis cœlis credis, & confidis: quaſi dicat, ſicut in aere aues collocaſti,Domine, ita in cœlis homines, uel ſanctos proponis habere locum. Vel per piſces intelliguntur cupidi, auari, & luxurioſi homines, qui in 5
fluxu cupiditatum huius mundi delectantur:per volucres verò intelligas ſpiritua les homines,qui in ſpiritualem conuerſationem,quaſi in aera, leuantur. Dixit eccleſia:quòd piſces,& aues ex aquis creatos partim gurgites, partim aerem habere fecit Deus:Nunc quæ ſint illius orti generis partes declarat; & cur ſic,reddit rationem dicens.*Demerſa lymphis imprimens, Subuecta cœlis irrogans: Vt ſtirpe vna prodita,Diuerſa rapiant loca.* Hic in primis aduerte, quòd beatus Grego- 6
rius in homil.aſcenſionis Domini dicit,nempè quòd aliud eſt cęlum æthereum Gregorius.
aliud aereum: Cœlum quippe aereum terræ eſt proximum: Vnde & aues cœli dicimus: quia eas volitare in aere videmus. Ergo cœli hic non pro orbibus 7
ſumuntur cęleſtibus: Nam illos nec habitant, nec uolando tranant aues:ſed pro partibus aeris,ſiue pro ipſo aere accipitur:quomodo in ſacra ſcriptura frequenter cœli nomen ſumitur:ut in eo pſal.loco. Volucres cœli,& piſces maris. Et in Pſal.8.
euang. dicitur. Et volucres cęli comederunt illud. Sic quoque cœlo pro aere Luc.8.
vſus eſt Iuſtinianus in ſuis inſtitutionibus de iur. nat. gent. & ciu. §. 1. cum ait. Inſtit. de iur. nat. gent. & ciui.§.1.
Nam ius iſtud non ſolum humani generis proprium eſt; ſed omnium animaliū, quæ in cœlo,quæ in terra, quæ in mari naſcuntur. Ad hæc dicuntur ſtirpe vna prodita,& nata,diuerſa rapere loca:quia ex eodem principio materiali,aqua, videlicet, producta aquatilia, & uolatilia diuerſa ſortiuntur habitationis ſuæ loca:hoc eſt,piſces aquam,& aues aerem. Tu,dico,imprimens, & ſubmergens deorſum merſa,puta piſces lymphis,ideſt,aquis:& irrogans,ſiue eleuans furſum, euecta,elata,& ſubuecta in aerem, aues ſcilicet:ut ex una ſtirpe, & origine, & ſtipite,aqua ſcilicet huiuſmodi prodita,orta,& producta animalium genera ſibi diuerſa acquirant, accipiant,ac ſibi approprient loca,aera nempe,& aquam.Et hoc eſt etiam, quod legitur alibi; *Nen regio foret vlla ſuis animalibus orba, Ceſſerunt nitidis habitandæ piſcibus vndæ, Terra feras cæpit, uolucres agitabilis aer.*

Vnde apparet, quòd aqua piſcibus decoratur: aqua aeri præbet informa- 8
tionem, & volatilium ornamentum: quid non facit aqua? aqua ſuper cœlos etiam eleuatur; aqua piſcibus exornatur, tempeſtatibus ſubijcitur, omnes fon tes, & flumina ad mare continuantur; ad locum unde venerunt, reuertuntur: aqua omnibus eſt communis: in cryſtallum congellatur: Irim in nubibus cau ſat, ſordes purgat, hortos irrigat, febricitantes ſua frigiditate,& humiditate delectat: naues vehit: lumen recipit: ad ſuum principium reuertit: loca vacua Geneſ.1
ſubit: lapides cauat, ignem extinguit: olim mundum purgauit: in mari rubro populo Dei ceſſit: de latere Chriſti fluxit: hanc Chriſtus in vinum mutauit, Ioan 2.
ac de ipſa baptiſmi materiam ordinauit. O benedictum elementum, & tantorum origo bonorum. Potes etiam quatuor prædictis verſibus dare ſenſum myſticum, ſic dicens: imprimens deorſum merſa, ideſt, malos homines aquis 9
infernalibus: & cœlis puros homines: & ex uno baptiſmate, & fonte uitam

æternam alij, alij æternam damnationem accipiant. Modò se vertit sancta Ecclesia ad Deum, orans illum, sic; *Largire cunctis seruulis, Quos mundat vnda sanguinis, Nescire lapsus criminum, Nec ferre mortis tædium.* Quos mundat vnda sanguinis; dicit: istis verbis sanctum baptismi sacramentum hic insinuat nostra mater: quoniam illud, & in aqua, tamquam materia eius propria ministratur: & in pretioso Christi sanguine consecratum est, efficaciamque habet. In cuius rei argumentum ex latere ipsius Christi dormientis in cruce profluxit ictu militaris lanceę sanguis, & aqua in remissionem peccatorum nostrorum.
Ioan.19 Et hoc mysterium aperiens beatus Ioannes, ait in prima suarum epistolarum: Hic est, qui venit per aquam, & sanguinem, Iesus Christus: & rursum eodem
Ioan.5 loco, & tres sunt, qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis; & hi tres vnum sunt. Præterea oramus hic etiam in vltimo versu, ne permittat Deus nos ferre mortis tædium: quod de secunda, & æterna morte intelli-
10 gendum est: cuiúsque molestiam, & grauámen a nobis auferri petimus: Etenim non mortem corporis deprecamur: quam natura effugere non possumus. Vnde ô Domine, cunctis seruulis tuis: quos lauat unda tui preciosi sanguinis à latere tuo, ac vulneribus, quæ pro omnibus accepisti, profusi, ac uirtualiter operantis, & emundantis a peccatis, tribue nescire scandalum, ruinam, & casum illum amplius: qui iam in baptismo dimissus est: hoc est, non solum, Domine, seruuli tui non peccent: verum neque recordentur minus peccare: ut sic omnino nesciant, nec cognoscant peccata, aut peccatis se grauatos sentiant:
11 postquam illos vnda baptismatis mundauerit. Amplius notare etiam possumus circa hos versus; quòd seruus dicitur multis modis: Nam seruus idem est,
Matt.25 quod famulus. Vnde in Euangelio: Euge serue bone, & fidelis. Item seruus
Matt.8 est ille, qui irretitus est peccato. hinc Apostolus. Qui facit peccatum seruus
1.Cor.6 est. Item pueridem est, quod seruus: Vnde centurio; Puer meus iacet paralyticus, & malè torquetur. Item seruus est ille, qui emitur de aliquo: Vnde dicitur: empti enim estis pretio magno, hoc est, sanguine Christi, & vnda sanguinis eius, fusi in passione eius; & tunc dicitur seruus a seruando: quod tibi, Domine placeat, & nunc, & semper nos seruos tuos seruare; quamuis grauia sint nostra crimina: largire tamen nos non ferre mortis æternæ tadium, & inferni pœnas. Quo circa sic nos conserua Domine, *Vt culpa nullum deprimat, Nullum leuet iactantia, Elisa mens ne concidat, Elata mens ne corruat.*

12 Alludendo hic ad piscium, & auium conditionem: petimus hic nobis a Deo concedi, ût culpa grauis nullum ad ima degrauet: sicut pisces demerguntur aquis: Nullum etiam iactantia, & animi elatio sustollat ad alta more auium per inane volantium. Quod potest contingere homini secundum Henricum
Henricus. in Homil. Domin. 12. post pent. quatuor modis: primo cum homo putat se
Gal.6 habere bonum, quod non habet; quem Paulus ex obliquo repercutit dicens; si quis existimat se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Secundo cum aliquis bonum, quod habet a se ipso habere se arbitratur; diabolum profectò
Exod.5. imitans, qui per elationem dixit; nescio Dominum, & ego feci me ipsum:
1.Cor.4 quem redarguit Apostolus, dicens; Quid enim habes quod non accepisti? Tertiò cum quilibet, & si bonum, quod habet, cęlitus sibi datum nouit, tamen
Rom.11. men hoc pro suis meritis se accepisse confidit: contrarius Apostolo, dicenti: Quis prior dedit illi, & retribuetur illi? Quartò cum singulariter se aliquis bonum

num putat habere, & cæteris deſpectis, ſpecialiter bonus videri appetit. Vt item mens eliſa mole criminum, aut aduerſitate, non deijciatur; ſicut piſces. Ne etiam mens elata proſpero ſucceſſu, aut rebus lætioribus: inſtar auium corruat: & ſummatim petimus: ut non deprimamur peccato, nec extollamur ſuperbia. Quod *Præſtet nobis pater piiſſimus, Patrique compar vnicus, Cum ſpiritu paraclito; Regnans per omne ſæculum.* Amen.

Feria Sexta ad Nocturnum Matutinum Hymnus Tertius Decimus.

TV *trinitatis*, &c. Etſi ſemper Deus a nobis laudari debet, illo præcipuè tempore magis laudare illum conuenit: in quo ſumus affecti beneficijs eius. Nam propter hoc in Eccleſia ſunt quædam ſolennia anniuerſaria inſtituta. Nam iſta nox illa eſt, in qua pro nobis Dominus noſter Ieſus Chriſtus tanta fecit, dixit, & paſſus eſt, pedes diſcipulorum lauit, ſanctiſsimum inſtituit teſtamentum nouum, in ſuo corpore, & ſanguine ſacroſanctum inſtituit Euchariſtiæ ſacramentum: Illuſtriſsimum illum ſermonem omni diuina, & ſalutari doctrina refertum docuit: deinde ſub proditione Iudæ captus, per totam noctem dira pro nobis paſſus eſt. Vnde ſancta mater Eccleſia, quæ numquam obliuiſcitur Dei beneficiorum, & dicere cum Propheta; ſic pſalmum dicam nomini tuo in ſæculum ſæculi: vt reddam vota mea de die in diem; in hac ſacratiſsima nocte ſurgit de lecto, & ante omnia ſic inuocat ſuum creatorem, ac redemptorem Deum; *Tu trinitatis vnitas. Orbem potenter qui regis; Attende laudum cantica: Quæ excubantes pſallimus:* & reliqua. In qua quidem inuocatione petit, vt nos (dimiſſo lecto) laudibus eius intentos exaudiat, & quidquid culpæ noctu contractum eſt, clemens abluat: demum & immunditiam corporis, animiq; pigritiam, & tepiditatem a nobis tollat. Vel ſic, Eccleſia ſancta maxima compunctæ contritione Deum primò inuocat, cum ſibi beneuolum faciens, cum inquit; Tu trinitatis &c. Secundo narrat; ſeq; bene diſpoſitam exhibet ad abijcienda opera tenebrarum: & per omnia Chriſtum imitari: ait enim; Ecce Domine ſurgimus: cupientes excutere de corde, & corpore noſtro ſordes omnes: & conſequenter poſtea protegas nos a conuentu malignantium dæmonum. Tertiò orat: vt ſibi id fiat, quod petit, nempe antidotum, ſiue remedium contra inſtantia peccata: Vnde ait; Ob hoc redemptor.&c. Hic itaque in ſecundo carmine, ſcilicet, *Orbem potenter qui regis;* ſi (ut quidam cantare ſolent) quæ legatur; refertur ad antecedens expreſſum; unitas: ſi verò dicatur, qui, vt bona pars legit: intelligitur, ipſum referri ad nomen præcedens expreſſum: ſed alterum tantumdem ſignificans; vt pote ad nomen Deus. Vnitas namq; trinitatis, Vnus eſt, & verus Deus: in unitate enim naturæ diuinæ tres ſunt perſonæ: quarum prima eſt a nulla: ſecunda eſt per generationem à ſola prima: Tertia eſt per communem ſpirationem a prima, & ſecunda. Et nota, quòd multiplex inuenitur in ſcripturis Trinitas. Eſt enim Trinitas increata, quæ ſumma, & ineffabilis eſt. Aliæ trinitates ſunt creatæ: inter has vna eſt, quæ cecidit, ſcilicet rationalis, concupiſcibilis, & iraſcibilis. Alia eſt, per quam homo cecidit, ſcilicet ſuggeſtio Diaboli, delectatio ſenſualitatis, & conſenſus rationis: quæ tria ſignificata ſunt per ſerpentem,

Marginalia (right margin): 1 (beside "præcipuè tempore"); 2 (beside "tanta fecit"); Pſal.6 (beside "quam obliuiſcitur"); 3 (beside "enim naturæ diuinæ"); 4 (beside "Eſt enim Trinitas").

Genes.3 pentem, mulierem, & uirum in Paradiso. Tertia est, in quam cecidit, scilicet ignorantia veri, impotentia boni, & concupiscentia mali. Quarta est, per quam resurgit, scilicet, fides, spes, & charitas. Item est Trinitas, per quam ad gratiam reparamur, scilicet, triplex substantia, quæ est in Christo, nempe, diuinitas, anima, & caro. Est autem & alia, per quam regeneramur, scilicet spiritus, aqua, & sanguis. Spiritus, inquam, sanctificationis: Ioan.5 Aqua ablutionis: sanguis redemptionis. Hanc Ioan. in epistola recitat. Est quoque Trinitas alia: per quam ad gloriam reformamur: ut sunt dotes animæ, scilicet, cognitio, delectatio, & comprehensio. Præterea in quarto carmine hic posito: nempe; *Quæ excubantes psallimus*: aduertendum est no-
4 bis: quòd excubantes dicuntur, qui uigilant, uigilasq ue agunt. Demum quomodo nos Deum laudamus; quæ cantica cantemus ei; & psallere, quid sit, dicamus. Nam aliter laudamus Deum nos hic in mundo, vel hic in uia; aliter in patria a beatis laudatur. Laudamus nos siquidem Deum in uia in creaturis, siue per creaturas: eo quòd lucet in eis: & hoc genus laudis potest esse cuiuslibet hominis. Nam inquantum in eis perfectiones, quæ reperiuntur in Sole, & Luna, & stellis, & cæteris creaturis: nos excitant ad magnificandum, & laudandum Deum; qui eas creauit. Laudamus nos uerò Christiani Deum in se, & per se, idest, in Christo, & per Christum: qui nos redemit, & custodit, & quotidie suo sanctissimo corpore, & sanguine cibat, uocat, iustificat, & tandem glorificauit nos singulos; sicut iam naturam nostram in se glorificauit, & ad dexteram æterni patris euexit. In patria verò, beati laudat Deum in se magis perfecti; quia etiam perfectius cognoscunt, & diligunt, eo quòd uident eum per essentiam, & omnia in eo. Secundo nos cantamus hic
5 nouum canticum, idest, gratiæ; quod dicitur canticum Euangelicum, siue lex
Nota. euangelica; Nouum canticum, quia per Christum, nouus homo, quilibet baptizatus factus est. Nam canticum vetus, Moysis nempe, & primum cantauerunt omnes patres ueteris testamenti: in quo petebatur, & desiderabatur misericordia, & redemptio. Sed in nostro, & nouo cantico annunciatur per nos ista misericordia, & redemptio. Item priscorum sanctorum patrum canticum cantabatur sub protestatione, & fide, & spe futuri Christi; & illa
6 cantabant in cithara, & psalterio materiali, & legali. Sed nos cantamus canticum nouum cum cithara spirituali, scilicet, fide, spe, & charitate, & cum psalterio spirituali, decem chordarum, scilicet, cum confessione decem articulorum, ad Christum nostrum pertinentium: nempe incarnationis suæ, natiuitatis de uirgine, baptismi, prædicationis, operationis miraculorum, mortis, & passionis, resurrectionis, in cœlum ascensionis, spiritus sancti in Apostolos missionis, per prædicationem Apostolorum Ecclesiæ congregationis.

Tertium canticum cantant sancti in cœlo; quod est canticum gloriæ, & æternum: & hoc cantant cum clara uisione, & fruitione, & fœlicitate; dicen-
7 tes sanctus, sanctus, sanctus, &c. Psallere uerò ad uitam actiuam pertinet:
Iacob. in psal.107 ut non solummodo cantare, & prædicare legem Euangelicam; sed etiam psallere, idest, operari, secundum eam debeamus. Sed suo exurgens Ecclesia san-
8 cta lecto ad Deum dicit. *Nam lectulo consurgimus, Noctis quieto tempore, Ut*
Hierony. in homil. feriæ 5. pentec. *flagitemus uulnerum, A te medellam omnium.* Spiritualiter de lecto surgere, est (inquit Hieronymus presbyter) animam a carnalibus desiderijs, ubi ægrè quiesce-

quiescebat extrahere. Vel per lectum (secundum Maximum Episcopum in ser- Maximus epi-
mone habito in dominica prima aduentus) ipsa membra nostra accipere possu- scopus.
mus: in quibus animæ nostræ, ueluti in quodam stratu suauissimo, demorantur:
nempè cum ex iracundis,& adulteris,& petulantibus, casti, humiles, & modesti-
simus: tunc enim è lecto surgimus: quia Dominus vniuersum stratum nostrum
in nostri infirmitate conuertit: Beatus est enim ille, cuius stratum Dominus in
ipsius infirmitate conuertit:& qui fuerat paulò ante iracundus, adulter, & petu-
lans,& cunctorum scelerum infirmitatibus plenus, assuetum corpus eius malis
uersante Domino; fiat castus, humilis, & modestus; uerisimile enim tunc fit, vt
de duobus in uno lecto, hoc est, in vna mandatorum lege existentibus ipsum ac- Luc.17.
cipiat, & assumat in gloriam. Præterea bene dicit, *Vt Flagitemus vulnerum* 9
A te medelam omnium. Quia sicut in hoc tali die, hoc est in sexta feria dicitur;
Adam expulsum fuisse à paradiso, vulneratum propter peccatum, ita nos trahi-
mus propter peccatum originale ab eo, tanquam radice hæc quoque vulnera, 10
scilicet infirmitatem, ignorantiam, malitiam, & libidinem, vel concupiscentiam.
Nam homo est tardus ad bonum,& pronus ad malum quatuor generibus pec-
catorum. Primo ex ignorantia. Vnde primum vulnus est ignorantiæ. Secun- 11
dò ex infirmitate, uel impotentia: Vnde secundum vulnus est infirmitas. Tertiò
ex malitia: Vnde tertium vulnus est malitia. Quartò ex concupiscentia: Vnde
ipsa est quartum uulnus, ratio enim hebetatur in cognoscendis: uoluntas indura
tur, uel infirmatur,& debilitatur in bonis operandis: uoluntas de facili inclinatur
ad malum;& per cócupiscentiam voluntas inordinatè,& illicitè exardescit ad ma
lum: hæc ideo vulnera consolidari à Deo hic petimus. Sed ò ecclesia Dei san-
cta, dilecta, amata, atque Christi uera sponsa verè est illustrata, irradiata, illumina-
ta, atque profectò vsque ad summum spiritu sancto refectissima: qui uerè eam
gubernat, qui eam regit, qui eam & adducit,& reducit ita, ut nunquam errauerit,
aut errare possit: sanctius ne, aut expeditius, accommodatiusve hunc poterat
hymnum alia in hora cantare quàm in hac nocte? quæ noctem illam recolit, in
qua Christus eius spõsus dilectissimus dirè, crudeliterq́; vulneratus fuit ob pec-
catorum nostrorum vulnera nobis à Diabolo inflicta, ut medelam ferret nobis,
hostis vnde nos læserat? Mementote sacerdotes Dei sancti; mementote & vos
ministri Christi leuitæ, subdiaconi, acolyti,& exorcistæ, lectores, & hostiarij Dei
viui, omnesque etiam vos Christigenæ in hac nocte passionis,& vulnerum, quæ
pro nobis misellis in hac nocte ipse tulit Dominus noster Iesus Christus, cum no
stra sancta matre ecclesia & pro tanto beneficio ei gratias agamus, ei cantemus
canticum nouum, ei iugiter, ac dulciter psallamus, ei omnem honorem, laudem,
& gloriam demus; ei commissa nostra confiteamur: grata enim est ei, & accepta
nostra confessio,& confitentium ignoscit peccatis, quia sic confitentes nostrorũ
vulnerum, idest, peccatorum flagitamus medelam, quã det nobis clementissimus
nunc,& semper: ut in nobis fiat, quod sequitur. *Quo fraude quidquid Dæmonum,*
In noctibus deliquimus, Abstergat illud cælitus, Tuæ potestas gloriæ. Gloriæ igi-
tur, & laudis tuæ, Domine, potestas diuinitus abluat, quæso, illud peccatum; ac 12
q̃dquid deceptione, astu,& calliditate Dæmonũ in tenebris vitiorũ peccauimus.
Cæterum: quàm fraudulentus sit,& fallax Dæmon: testatur Paulus: ait enim; Nõ 2.Cor.2.
ignoramus astutiam eius: nempè sancto Martino Dei viro iam iam morituro
apparuit; exploraturus, si quid suum in eo inueniret; quem increpitans Marti-
nus ait.

nus ait. Quid hic agis cruenta bestia? Nihil funestum in me inuenies: sed sinus Abrahæ me suscipit. Tum ille confusus euanuit. De fraude, malitia, & calliditate Dæmonum dictum est supra in hymno, qui incipit. *Consors paterni luminis:* positusque in feria tertia ad matutinum. *Nec corpus adsit sordidum, Nec torpor insit cordium: Nec criminis contagio Tepescat ardor spiritus.* Hoc loco dictio contagio labem, quæ ex vnius rei ad alteram contactu, atque cohærentia contrahitur signat. Porrò crimen est graue peccatum; quia; ut not. in l. quia in
9 prouincia C. vbi de crim. agi oport. ex animo committitur: estque dignum accusatione, ac damnatione, siue pœna. Meritò igitur orandum est nobis: ne per labem peccati, feruor animi in nobis frigescat; ne dicatur nobis: vel à Deo contra nos feratur illa sñia; Quia tepidus es, immo & frigidus: ideo incipiam te euomere ex ore meo. Nam ut ipsius ignis ardor, & æstus per aquam perfusam imminuitur: ita cordis humani alacritas, & promptitudo ad bonum elanguescit per peccati frequentationem, & consuetudinem. Te rogamus ergo ò Domine, ut non sit pollutum vnquam, aut fœtidum corpus nostrum, nec pigritia, malitia, aut mala intentio cordium instet, insideat, aut supra sit, aut prædominetur nobis: nec etiam permittas Domine ut amor, aut gratia spiritus sancti propter maculam, aut inquinamentum etiam grauis peccati tepescat, aut deficiat; ne contra nos tremenda feratur præaudita sententia. Porrò quid corpus sit

l. quia in prouincia. C. ubi de crim. ag. opor. dis. 8 l. c. Apostolus

Apoc. 3.

13 etiam hic dicere non duco omittendum: & quidem corpus dicitur, quod Corrumpi potest. Quandoque tamen dicitur (ut hic fortè) bonum opus iuxta illud; si oculus tuus, idest, intentio tua simplex fuerit; & totum corpus tuũ, idest opus tuum lucidum erit. Item dicitur comprehensio multorum voluminum; vt cum dicitur; Totum corpus iuris ecclesiastici. Quandoque dicitur vniuersitas peccati. Vnde Apostolus; destruitur totum corpus peccati. Quandoque significat coniugem, ait enim Paulus; qui fornicatur, in corpus peccat. Sed melius dicitur, quod Paulus illo in loco intelligit de proprio corpore, quod cum per baptismum factum sit membrum Christi, per fornicationem efficitur membrũ meretricis: Vel de mystico Christi corpore; quia quodcumque peccatum fecerit homo, extra corpus suum peccat; quòd autem mœchatur in nobilissimum corpus Christi peccat: quia facit membrum Christi, membrum meretricis: erunt enim duo in carne una. Vnde dicit detestando: tollam ego mẽbra Christi, & faciam membra meretricum? absit. Et vt amor tuæ gratiæ, Domine, non deficiat in nobis. Ob hoc redemptor quæsumus. Reple tuo

Luc. 11.

Rom. 6.

1. Cor. 6.

1. Cor. 6.

14 nos lumine: Per quod dierum circulis, Nullis ruamus actibus. Dierum, hic nomine non tam spatium temporis diurnum: quàm totum uitæ nostræ tempus accipiendum est: Non enim solum orandum est nobis: ne in diurno tempore corruamus in peccatum, sed etiam in nocturno: cum non minus nocte: quàm die possumus prauis actibus Deum offendere, ac ab eo excidere. Cum ergo oramus Deum, quòd toto vitæ nostræ curriculo non prolabamur in malum; diem etiam omnem vitæ nostræ, & noctem illa oratione complectimur, neque ullum vitæ nostræ tempus tum secluditur. Propter hoc ò redemptor te rogamus reple tuo nos splendore, per quod lumen, siue splendorem tuum non cadamus vllis peccatis in reuolutionibus dierum, & totius vitæ nostræ temporis. Præstaque pater pijssime hoc, Patrique compar vnice, Cum spiritu paraclito, Regnans per omne sæculum. Amen.

Feria

Feria Sexta ad Laudes Matutinas Hymnus decimus quartus.

1
SOl nunquam magis horrendum spectaculum vidit, quàm hodiernum: propter quod suum retraxit lumen; & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram; quę tenebræ mysticè in hodiernum diem adhuc perseuerant super totã terram. Nam Christus Crucifixus, vt fatur sanctus Cyprianus in sermone feriæ tertiæ Paschæ, Iudæis est scandalum; ecce tenebræ: gentibus stultitia: ecce tenebræ, ij omnes sunt terra, nobis autem (qui aliquando fuimus tenebræ: nũc autem lux in Domino) Dei uirtus est, & Dei sapientia: ob uirtutem, seu vigorem fidei, spei, & charitatis, donatum à Deo nobis: e terrenis facti cœlestes, & sic in nocte, quando Dei sapientia capiebatur, vinculis ligabatur, flagellabatur, conspuebatur, colaphis cædebatur, spinis coronabatur, leuabatur in lignum, omnibusque sannis afficiebatur: nihilo minus sancta ecclesia illum omnipotentem mundi rectorem sub inuocatione sanctæ trinitatis laudat; & nocte intempesta cum magna pietate surgens è lecto, ab ipso uulnerum medelam flagitabat, & reliqua in illo hymno cantata: & tandem petebat diuino repleri lumine, in aliquod scandalum ne rueret. Ecce quomodo exaudita est, & diuino repleta lumine, cantauit Domino nostro Iesu Christo laudes hactenus non auditas, sic; *Aeterna cœli gloria, Beata spes mortalium, Celsi Tonantis vnice: Castæq; proles Virginis,* & reliqua. Aduertamus hic, q́ quatuor p ordinẽ filio Dei, ad quem sermo dirigitur, attribuuntur. Primus siquidẽ versus dicit; q́ filius Dei est gloria æterna, & perpetua, & indeficiens ciuium cœlestium, puta Angelorum. Secundus versus dicit; quòd hominum Christianorum hic uiuentium est spes vnica, & in quo solo est sperandum. Tertius dicit; quòd Dei patris est vnigenitus. Quartus dicit, quòd sacrosanctę virginis est filius. & proles: incarnatus est enim de spiritu sancto ex Maria Virgine: de qua quidem Christi incarnatione multę extant in veteri testamento figuræ & Prophetæ: de quibus vide infra in libro tertio, in hymno primo versiculo tertio. Vltimò hic vocamus Deum, altitonantem, nõ ad poetarum imitationẽ: qui suum Ioue appellant, altitonãtẽ qđ multum profanum, ac ridendum est: Verum quia in sacra scriptura, tonare inuenitur etiam Deo attribui, ut in libro regum dicitur. Dominum formidabunt aduersarij eius; & super ipsos in cœlis tonabit: similiter & in secundo lib. legitur sic; Tonabit de cœlo Dominus, & excelsus dabit vocem suam. Hic ille est ergo, qui velut blasphemus, & reus lęsę maiestatis ad tot tribunalia trahitur, & tandem inter duos latrones cruci affligitur. Iste est æterna cœli gloria: quę tria verba infinitam arguunt dignitatem: O gloria cœli, æterna, quæ possunt dici à nobis: sed non comprehendi. Et idem ipse, qui sic uidetur despectus, & nouissimu s virorum, tamen mortalium est spes beata. Et quid dico mortalium spes? ipse vnicus filius Dei mundum terræfacientis tonitruis, & fulgoribus suis: qui cum tanti patris sit filius, est nihilo minus, & pater noster; quia proles castę virginis matris est. Dicamus ergo illo cum magna confidẽtia; *Da dexteram surgentibus*. Nam propter tales subleuandos, illos hodię ostendit: ne simus tantum ex illis: ad quos dicit; extendi manus meas ad populũ non credentem, sed contradicentem mihi; Sed tantum beneficium agnoscentes; exur-

Matt. 27.
Cyprianus Ephes. 5.
Augu. in ser. dici palm.
Beatus Ambro. author.
2
1. Reg. 2.
2. Reg. 22.

exurgat & mens nostra à terrenis libera, in amorem crucifixi credens, debitasq; pro tanto dono redēptionis gratias rependat. Nam mortuus est propter peccata nostra: et propter scelus populi mei (dicit pater) percussi eum. Cum ergo iam beneficium refulgeat redemptionis, & per totum orbem lux splendeat. Ruat ergo tenebrarum caligo peccatorum, & sancta nos redemptionis lux illuminet: & firmam fidem in sensibus nostris externis ponens, sæculi tristem repellat noctem: & vsque ad ultimum uitæ nostræ diem semper munda in Dei

Isaia. 53.

4 gloriam nostram seruet pectora; Ante omnia fides non sit infructuosā; sed in cordibus nostris radices absconditorum sensuum altè figat: spes fructificans iu operibus bonis congaudeat, fidat fidei: quia iam spe salui facti sumus. Quò utriusque scilicet, fidei, & spei gaudio de condonata hodie nobis à Deo misericordia in Christo Crucifixo, hic charitas erga Deum, & proximum extat maior: inuicem nos diligentes; sicut Christus nos dilexit: vt tandem in patria mutata fide in speciem, & spe in rem: sola charitas ardens remaneat sua completa perfectione: hæc pro intelligentia totius hymni dicta sint. Et sic demum literam aperiamus: O Christe gloria indeficiens Angelorum, & quia etiam per te pater glorificatur, & ò beata spes mortalium, scilicet, Christianorum; & ò Fili cœlestis patris secundum diuinitatem, & ò fili castæ Virginis Mariæ secundum humanitatem, *Da dexteram surgentibus. Exurgat, & mens sobria, Flagransq; in laudem Dei, Grates rependat debitas.* Dextera hic idem significat, quod auxi-

5 lium Dei. Aliquando tamen dextera dicitur Christus, qui est manus: & dextera ipsius patris: qua pater exercet suam virtutem, & qua creauit humanum genus; & uicit diabolum: qui quidem Christus est Deus ante sæcula, & verbum in

Psal 73 sinu patris. Vnde ait Dauid. Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem. Præterea hęc quatuor versuum sententia non absimilis illi videtur, qua Propheta sanctus ad Dominum clamabat: dicens. Exur-

Psal. 43. ge Domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen sanctum tuum: id est, vt nomen tuum laudemus, & illi; fiat manus tua, ut saluet me: quoniam man-

Psal. 118. data tua elegi; & illi, Adiuua me, & saluus ero, & meditabor in iustificationibus tuis, & demum illi, quam sancta cantat quotidie ecclesia, scilicet, succurre cadenti surgere qui curat populo. Sed ad explanationem textus veniamus, & humiliter dicamus; Da Domine, & præsta surgentibus auxilium tuum: ac si diceremus cum Propheta. Emitte manum tuam de alto, & eripe nos, & libera nos: & sic exurgat etiam & mens nostra patiens, abstinens, & sobria, nempè ad te laudandum: & illa obnixè ardens in laudem, & commemorationem Dei, in hymnis, & canticis persoluat grates, siue gratias debitas de tantis supradictis beneficijs, non secus, ac sollicitè agebat Deo Iacob, dicens: Domine minor sum cū-

Genes. 32. ctis miserationibus tuis.

6 Quantum verò debemus Deo gratias agere pro beneficijs Dei acceptis, nobis demonstrant sancti patres, & noui, & veteris testamenti. Nam cecinit Moy-

Exod. 15. ses, & filij Israel carmen Deo, & dixerunt; Cantemus Domino, postquam sci-

1. Reg. 2. licet, tam mirabiliter transierant mare rubrum. Orauit item Dominum, & lau dauit Anna pro filio sibi datò. Prærerea audiens Dauid reuelationem, quā Deus

2. Reg. 7. fecerat Nathan Prophetæ de regni sui duratione, gratias egit ualde humiliter, &

Thob. 11. deuotè. Ad hæc cum Thobias recuperasset visum, & uxor eius, & omnes, qui

Luc. 1. sciebant cūm prius cæcum, glorificabant Deum. Porrò beata quoque virgo

audita,

audita laude sua, quam dixit Elisabeth, benedicta tu, &c. In uocem laudis proru pit pro beneficijs sibi, & toti mundo collatis. Nato item Ioan. Baptista Zacha rias recuperato loquendi officio; Dominum prophetando laudauit, dicens; Benedictus Dominus Deus Israel. Gratias quoque agebat Paulus pro beneficijs sibi, & alijs collatis: sibi quidem in sua conuersione; Gratias ago Deo meo, qui me confortauit in Christo; qui prius fui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus; sed misericordiam Dei consecutus sum. Cur, dico, oportet nos gratias agere Deo? Ecce namque super nos, *Ortus refulget lucifer, Sparsamque lucem nunciat; Cadit caligo noctium, Lux sancta nos illuminet*. Hic describitur vi cini diei visibilis ortus, & lucifer hoc loco est stella illa, quæ oritur in principio diei. Vnde Eusebius Emissenus de hac stalla ait; Vesper enim, qui, & hesperus dicitur, stella est, quæ alio nomine lucifer vocatur. Et hesperus quidem, siue vesper uocatur in fine diei, lucifer verò in principio: Sæpe enim quando oritur paucissimo interuallo solem præcedit. Sed spiritualiter dic; lucifer, idest, Christus natus refulget; & nuuciat lucem sparsam, idest, natam, & vndique dispersam, & uerè nunciat: quia caligo, & obscuritas peccatorum, siue Dæmonum recedit, Christus; qui est (ut dicit Ioannes) lux, & tenebræ in eo non sunt, nos illuminat lumine spiritus sancti; Christus enim secundum vtramque naturam dicitur lux; quia secundum diuinitatem illuminat intus animam: & secundum humanitatem informat exterius vitam: & hoc tripliciter, scilicet miraculis, prædicationibus, & exemplis: & non solum illuminet semel, verùm & semper: ista lux sancta iugiter in sensibus nostris maneat, quod est illud quod sequitur, dicens. *Manensque nostris sensibus Noctem repellat sæculi: Omnique fine diei, Purgata seruet pectora*. Et ipsa, inquã, lux permanẽs in nostris sensib. hoc est, in nobis ipsis; qui quinq; sensus, & spirituales, & corporales habemus; repellat à nobis noctem, idest, antiquum nocu mentum, uel peccatum, aut Diabolum: & etiam lux illa seruet in omni tempore vitæ nostræ pectora nostra, idest, ipsa corda nostra, purgata à uitijs. Et quoniam lux sancta in nostris sensibus habitare nequit, nisi in illis primò fides, spes, & charitas insita sit: hac nunc de causa subsequitur, dicens. *Quæsita iam primum fides, Radicet altis sensibus: Fæcunda spes congaudeat: Quò maior extat charitas*. Hoc loco numerus, & ordo trium præcipuarum virtutum fidei, spei, & charitatis insinuatur. Primum enim locum sibi fides vendicat, ea credens, quæ supra sensum, & rationem sunt, quia fides earum rerum est, quæ sub aspectum non cadunt, atq; ab hominum ratione, ac intelligentia remotæ sunt. Nõ tamen rerum appellatione hic intelligendæ sunt res omnes, sed rerum dumtaxat, quæ sunt circa trinitatẽ summam, & uerbi incarnationem, nec non circa ecclesiam, communionem sanctorum, peccatorum remissionem, & uitam æternam: ut bene not. in l. 1. C. de sum. Trinit. & fid. Cath. Et dicitur quæsita, quia post iustificationem, uel per audi tum, uel per visa miracula augescit. Et nota, quòd post Iacobum, & Paulum, dicitur etiam in rubrica de sum. Trinit. & fid. Cath. quòd fides aliquando dicitur formata, aliquando dicitur informis: formata ea est, quę annexam habet charitatem, & quasi amictu bonorum operum uestita, ea uerò est informis, quę bonis operibus destituta est. Id autem fidei, uel maximè proprium est, ut in captiuitatem redigat omnem intellectum in obsequium Christi: & hęc fides est lumen animę, ostium uitę, et fundamentum salutis æternę, quia illuminat, et tenebras infidelitatis expellit. si quidem vbi fides non est, ibi tenebræ sunt. vt supra de Iudæis, &

1. Timo. 1.
7
Euseb. emis. in hom. vigil. paschæ.
8
1. Ioan. 1.
Christus dicit lux.
9
10
L. 1. C. de sum. Trin. & fide. Cath.
11
12

Exod.10. dæis, & gentilibus diximus. Vnde dicitur in Exodo; factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Aegypti: tribus diebus nemo vidit filium suum, nec mouit se de loco, in quo erat. Vbicumque autem habitabant filij Israel, lux erat.
Quātum pro sit fides. Item vincit mundū; dicente Io. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides no-
13 1.Ioan 5. stra. Item quia filium Dei facit: sicut dicit Ioan. Dedit eis potestatem fi-
Ioan.1. lios dei fieri his, qui credunt in nomine eius: & Apostolus; omnes uos estis filij
Heb.10. Dei per fidem. Item quia facit hominem viuere vita gratiæ. Vnde Paulus; Iustus ex fide viuit. Item quia peccata purgat. Prouer. per misericordiam &
Prouer. 15. fidem purgantur peccata. Item vitam dat æternam. Ioan.5. At spes est
Ioan.5. certa expectatio æternæ salutis, ex gratia, & meritis proueniens. Vnde Petrus
14 1.Pet.1. ait; Benedictus pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem, & conseruatam in cœlis. & Ecclesi. respicite filij nationes hominum;
Eccles.2. Psal.55. Rom.5. Psal.70. & scitote, quia nullus, qui sperauit in Domino, confusus est, & Psal. In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo: & Paulus, spes non confundit, & nō solum roborat: verùm de tribulatione eripit hominem. In te (inquit Dauid) sperauerunt patres, & non sunt confusi, in te sperauerunt, & liberasti eos: & alibi:
Prouer.28. qui saluos facit sperantes in se. & Prouer. Qui sperat in Domino saluabitur.
Cæterum vbi dicitur fæcunda spes, benè dicitur: quia sic legit alma mater; sed
15 si quis legeret: secunda spes, nec perperam legeret; eo quia spes est secunda post fidem: concludo tamē cum sancta matre Ecclesia canendum esse: fæcunda spes: quod ratione & auctoritate probo. Nam quid est spes, nisi quædam fæcunda, copiosa, atque abundans, & immensa expectatio æternorum bonorum? quæ propter futuram beatitudinem, quam expectat, quæ omnium fæcundissima erit, fæcunda nuncupatur. Porrò ex dictis Origenis potest elici legendum esse fæcunda spes, & non secunda: Dum dicit. Puto, quod prima salutis initia
1.Cor.13. & fundamenta fides est: profectus verò, & augmenta ædificij spes: perfectio
Origenes in ca 4. epist. ad Romanos. autem, & culmen totius operis charitas. Tertio denique loco charitas constituitur, reliquis duabus maior, earumque complementum, atque perfectio. Porro Paulus quoque egregie scribit, dicens. Nunc autem manent fides, spes, & charitas, hæc tria: maior autem horum charitas: quæ nunquam excidit, etiam in regno cœlesti; fides enim in futuro conuertetur in scientiam, spes in rem, charitas autem augebitur: succedente tunc clara Dei visione, & præsenti illa æternorum bonorum possessione, ac perfectione: cęteræ uerò duo mutabuntur: ut referetur etiam in dis. 2. de pœnit. cap. charitas nunquam excidit. Est enim chari-
16 tas uirtus infusa diuinitus, qua sincerè diligitur propter se Deus, & propter
Dist.2.c. charitas de pœn. Deum proximus. Facit enim charitas habitaculum Dei hominem: Vnde Ioan.
1.epi. Io.4. Deus charitas est, & qui manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo: operit
1.Pet.4. etiam peccata. Ait enim Petrus; Quia charitas operit multitudinem peccatorū.
Cęterum secunda spes, idest, prospera: per quam spem speramus vitam æternā: Quam *Træslet nobis pater piissimus*, Patrique compar vnicus: Cum spiritu paraclito: Regnans per omne sæculum. Amen.

Eadem

Eadem Feria Sexta ad Vesperas Hymnus Quintus Decimus.

Plasmator, &c. Cum omni iudicio Dauid ad Dominum clamauit, dicēs: Confitebor tibi: quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. Hodie est vltimus dierum diuinorum, creationis in quo terram ornauit alio ornamento. Secunda die terram ab aqua purgaue rat. Tertia ipsam terram fœcundam fecerat, decorans floribus, & fructibus. Quinta aquam, & aerem repleuerat animantibus. Hodie terram, ex ipsa terra multis, & diuersarum specierum animalibus creatis replet: & facit, ut omnis bonus negotiorum gestor: & quamplurimi etiam consimiles homines: qui rē aliquam peragendam assumunt, perseuerant circa eius expeditionem: vt perducant illam ad optatum finem: Ita Dominus noster noluit quiescere circa perfectionem incepti operis; donec opus suum perfecisset, nempe hanc mundi fabricam. Cum ergo multa, uti diximus, e terra animalia creasset: quæ etsi in or natum essent ipsius terræ: erat tamen mundus, uelut magna domus sine habitatore: deerat enim dominus domus: frustra hæc enim essent ornamenta: etsi pulcherrima (præsidente deficiente) in præparatam domum introducantur. Vnde benè ad istud propositum dicebat Iustinianus, inquiens; de personis prius videamus: Nam parum est ius noscere: si personæ, quarum causa constitutū est, ignorentur. Quo circa, ne homo omnino ignoraretur, ac ne frustra facta, & condita ad eius vtilitatem viderentur: reliquum omnino erat, ut formaretur homo. Formauit hodie igitur hominem Deus: qui primus omnium Adam fuit: quem & omnibus præfecit animantibus, dicens; Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Huius itaque operis sacratissimi Dei celebritatem, & solennitatem prædicare, & memorare cupiens sancta mater Ecclesia principio huiusmodi Deum magnificando, totum comprehendit opus, & prosequitur dicens; *Plasmator hominis Deus, Qui cuncta solus ordinans: Humum iubes producere, Reptantis, & feræ genus* & reliqua. Vbi diuinam commendat Ecclesia sancta uirtutem à productione operum sextæ diei: Rogatq; ut immundum omne à nobis repellat; placidamq; concedat pacem, & æternæ uitæ dona. Præterea hymnus iste sextæ feriæ accomodatus est: ut in ea cantetur, qui sexto diei creationis rerum nomine pariter, & ordine respondet. Demum habet hymnus iste duas partes: prima est octo uersuum: & Deum extollit maximis laudibus. Secunda pars orat, & mūdari ab omni sorde desiderat: ut ibi, *Repelle*. &c. Quòd autem Deus sit hominis factor, siue plasmator, clarum euadit in Genesi: Cum ipse dixit; faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & præsit piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs vniuersæq; terræ, omniq; reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam: & sic summa bonitas uolens communicare bonum suum alij, fecit creaturam rationalem: quæ summum bonum intelligeret, intelligendo amaret; amando possideret; possidendo beata esset. Fecit autem primum hominem: formando corpus eius per ministerium Angelorum de limo terræ in agro Damasceno, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, hoc est, animam creauit: quam corpori facto uniuit. Vnde Ioannes Chrysostomus in sermone de lapsu primi hominis

Marginalia: Psal. 138 — 1 — Iustinianus in tit. de iur. nat. gen. & ciui. §. fin. — 2 — 3 — Genes. 1 — 4 — Genes. 1 — 35. dist. ca. 6. — 5 — Nota. — 6 — 40. dist. cap. illud. — Chrysostom.

hominis inquit. Nec enim aliud homo est, quàm corporis, animiq; concretio.
7 Et homo græcè anthropos dicitur, idest, arbor inuersa: habet enim caput cum capillis ad modum radicis; brachia verò cum cruribus sunt quasi rami.
8 Solus quoque homo est erecti corporis, & huius ratio duplex est, scilicet naturalis, & moralis: Naturalis ratio est: quia in alijs animalibus abundat in capite materia terrea deprimens, & deficit calor erigens: quod non est in homine. Est & moralis ratio: ut scilicet rectitudo staturæ corporis attestetur rectitudini mentis sursum ad cœlestia tendentis. Vnde vates *Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo Seminibus*, & ille alter; *Pronaque cum spectent animalia cætera terram: Os homini sublime dedit: cœlumque videre Iussit: & erectos ad sidera tollere vultus:*

Boetius. & Boetius de consol. Philos. lib. 5. ait, de brutis loquens, *Quæ varijs uideas licet omnia discrepare formis, Prona tamen facies hebetes ualet ingrauare sensus. Vnica gens hominum celsum leuat altius cacumen, Atque leuis recto stat corpore, despicitq; terras.*
9 Humanum item corpus ex quatuor componitur elementis: Apparet terra in ossibus, & carne: Aqua vero in humoribus: Aer continetur in pulmone: Ignis continetur in corde: & ideo inferius est latum, & superius acutum: quã formam ignis tenet.
10 Sed proprietates hominis sunt discernere inter honestum, & turpe: Vnde solius est hominis honestum prosequi; Cum omnia bruta non nisi utilia, & delectabilia prosequantur. Item passiones ordinare ad limitem rationis supra modum per intellectum eleuari: & ideo quando quis per adhæsionem in terrenis, se mundo inferiorem facit: iam quasi honore humanitatis exutus, proprietatem accipit bestiæ; ita ut dicatur fieri per immunditiam porcus, per iram canis, per rapinam leo, & sic de alijs: Item intellectualibus theorematibus speculari; & delectari talibus: Verecundari in turpi perpetrato. Perfectè esse coniugale animal: eo quòd legibus ordinatas faciat honestas nuptias; Ciuile animal esse, quia distributiones, & cohabitationes, & fœdera, & pugnas perfectas habet ex vrbanitatibus ordinatas. Disciplinæ esse perceptibile propter rationis vsum. Esse animal mansuetum natura propter ciuili-

Nota.

11 tatem: Animal risibile, gloriabile, propter perfectas gaudendi rationes: quæ soli contingunt homini. Creaturarum esse dignissimam. Vnde Chrysostomus dicit: dignitas humanæ originis facilè agnoscitur considerata sublimitate authoris. Neque enim facile poterat esse, uel leue, quod manus sacra confinxit; & cœlestis manus talem substantiam animauit: maximè cum artifex Deus potestatẽ suam in omnem fabricam eidem homini fuerat traditurus, ut quem secundum præsidem post se facere disponebat; cum faceret plenum, atque perfectum, habentem in se, & dignitatem, qua præcelleret, & potestatem, qua cunctis animantibus imperaret, soli seruiens illi, a quo ei cuncta fuerant subiugata, ut imperaret mundo, seruiret Deo, creatorem susciperet, creaturam sibi parere compelleret.

Chrysost. in serm. quomodo primus homo toti prælatus sit creatura.

12 Hinc benè dicebat Iacobus de Valentia, nempe quòd homo non solum accipit à Deo esse naturale, sicut cæteræ naturæ, sed pulchrum esse. Nam esse naturale est illud, quod conuenit cum cæteris creaturis, tam animatis, quàm inanimatis: puta esse naturale, & vegetatiuum, & sensitiuum, per quod dicitur ad imaginem Dei specialiter factus, per quod attingit scientiam, & notitiam rerũ tam spiritualium, quàm corporalium, & attingit omnes virtutes tam theologales, quàm morales, attingit omnia dona gratiarum, & sacramentorum: & finaliter attingit veram beatitudinem: & hoc est pulchrum esse, quod accipit a Deo

Iacob. de Valen. in psal. 148

homo

homo vltra cætera animantia. Accepit,& præesse, quia præfecit eum Deus
omnibus animantibus, & cæteris creaturis: ut patet in Genesi,cum dixit; Domi Genes. 1
nabitur piscibus maris, & volatilibus, & bestijs terræ. Etenim homini terra, & Genes. 11
elementa, & bruta pręstò sunt, & famulantur: Homini militat cœlum: huic sa- 13
lutem procurant Angelicæ mentes: homini animalia alia ad cibum,alia ad vesti
tum vsui sunt: Quæ verò magnarum sunt uirium dedit homini ad excolendam
terram,ut in excolenda terra iuuarent; Vnde iumenta dicta sunt: Propterea Iu L.iustissimè
reconsultus etiam dicebat,quòd Prætores noluerunt hominem ei rei, quæ mi- ff. de ędil. edi
noris esset accedere, propter eius dignitatem, siquidem accepit à Deo oculum cto.
carnis; vt videat mundum, & oculum rationis,quo videret animam, & oculum 14
contemplationis,ut videat Deum. Sed ò homo, qui hæc, & tanta accepisti à
tuo clementissimo creatore: cur nunc non genu curuaris? quid stas? dic cum
propheta nunc, & semper; Benedic anima Domino, & omnia, quæ intra me Psal.102
sunt,nomini sancto eius; Benedic, inquam, anima mea Domino, & noli obli-
uisci omnes retributiones eius. Huc usque habemus ergo, quòd Deus fecit 15
simulacrum pensibile,artem intelligens, idest, ad imaginis suæ formā: qua nihil
potest esse perfectius, & sic hominem figurauit ex limo terræ: Vnde homo nun
cupatus est, quòd sit factus ex limo. Ad hæc ferę, siue bestiæ sunt,quæ perfe 16
ctam habent phantasiam,vel phantasiæ perfectæ sunt,quæ media inter irrationa
bilia locum sortitæ sunt,erudiri tamen ab homine, aut mansuescere nesciunt.
Reptilia verò sunt,quæ imperfectam habent phantasiam, quasi media inter bru- 17
ta,& plantas. At iumenta,quæ etsi carent ratione,disciplinæ humanæ quoquo 28
modo capacia cū sint,rationis aliquid participare videntur,mediam quasi sorti
ta conditionem inter bruta, & homines. Dicamus demum in nomine Domi
ni sic; Tu es Deus creator,& hominis,scilicet Adæ fictor, & factor: Tuque solus
es,qui cuncta disponis,& ordinas: Ait enim Propheta de te: Quoniam magnus Psal.71
es tu,& faciens mirabilia,tu es Deus solus: Tu præcipis, ac permittis, humum, Psal.75
siue terram,genus serpentum,& bestiarum procreare, ac producere. Et quo
niam non tantum reptantia, & feras procreauit Deus; sed & magna etiam ani-
malia, Vnde ait, *Qui magna rerum corpora, Dictu iubentis uiuida: Vt seruiant per*
ordinem. Subdens dedisti homini. Fuerunt autem pecora, & alia terrestria ani-
malia,genera viuida, siuę viuētia dictu iubētis,habet enim Genesis; Dixit Deus: Genes. 1
Producat terram animam viuentem in genere suo, iumenta,& reptilia,& bestias
terræ secundum species suas,& factum est ita: Præterea dicere Dei: iubere est 19
simul,& facere. Quemadmodum benè dicit diuinus Psaltes; Quia ipse dixit, Psal.148
& facta sunt, ipse mandauit,& creata sunt. Dictu ergo iubentis,idest,verbo tuo
præcipientis Domine, magna iumenta, pecora, & bestias omnium, & diuersa-
rum specierum viuida, & animata fecisti: & ea animalia supposuisti, & dedisti
homini, usuique suo contulisti,ut alia ad comestionem,alia ad terram excolen-
dam; alia ad equitandum; alia ad vehendum homines, homini inseruirent, &
vtilia forent: & per ordinem homini inseruiunt. Vnde Propheta tanto affe- Psal.8
ctus beneficio ait; Constituisti eum, hominem intellige, super omnia opera ma
nuum tuarum: omnia subiecisti sub pedibus eius,oues,& boues vniuersas,insu
per & pecora campi. Annotemus hic demum; quòd opera sex dierum, prout 20
Moyses distinxit; moraliter (secundum authorem illum in suo Theologicę ve-
ritatis compendio) sic habentur. Significat enim rerum creatio de nihilo,impij

iustificationem. Firmamenti operatio boni propositi confirmationem. Aquarum congregatio, cordis adunationem. Siderum perfectio, exemplum bonæ operationis. Piscium, & auium formatio, statum actionis, & contemplationis. Hominis plasmatio, rectitudinem intentionis. Postea sequitur septima dies æternitatis, scilicet requies. Postquam omnipotentiam Dei commendauit, vertit se modò ad Deum orans sic enim. *Repelle a seruis tuis: Quidquid per im-*
21 *munditiam: Aut moribus se suggerit, Aut actibus se interserit.* Serui hoc loco dicuntur homines mundi huius, quos ad seruiendum sibi Deus, seque laudandum rationabiles condidit: Huic autem Deo seruire summa libertas est: ab
2.Tim.1 eius seruitute recedere, turpissima seruitus est. Huius se seruum gloriabatur Paulus, cum dicebat; Paulus seruus Christi Iesu: & iterum; Gratias ago Deo meo, cui seruio a progenitoribus meis: & Psal. Ego seruus tuus, & filius ancillæ
22 tuæ: & iterum; Seruus tuus sum ego. Præterea secundo loco annota, quòd inter mores, & actus hæc est differentia; quòd mores modum, rationemq; viuendi, & vitæ institutum designant: Nam probos mores, & bonos dicimus: Cum quis rectè vitam ordinauit, & honestè viuit: Prauos verò, & peruersos dicimus mores, cum quis improbam ducit vitam. Sed actus sunt operationes ipsæ, quas facimus, & secundum quas, aut bonis, aut malis moribus imbuti censemur, & iudicamur. Itaque hoc loco petimus diuina gratia, & bonitate a nobis repelli quidquid immundum, & impurum, aut vitæ nostræ instituto, ac ordini suggeritur, aut operibus nostris internenit: vt & honesti sint mores, & actus. Ait ergo interserit se, idest, se misce tactibus, idest, operationibus nostris. Ecce Domine de medio nostri omnem turpitudinem, & sordem proiecimus, modò; *Da gaudiorum præmia, Da gratiarum munera, Dissolue litis vincu-*
2 *la, Astringe pacis fœdera.* Quatuor hic a Deo postulamus: primum, quod cœlestium gaudiorum post hanc vitam det nobis præmia: secundum, quòd in præsenti vita nobis elargiatur suarum gratiarum dona: Vtrumque enim à Deo iure quidem merito postulandum est: siquidem ille solus ambo illa confer-
Psal.83 re potest: sic etiam confessus est Dauid in psal. cum ait: Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Tertium, quòd discindat, & abscindat in nobis rixarum, & contẽtionum occasiones, & incendia extinguat: quia Deus noster, vt dicit Aposto-
1.Cor.4 lus, non est dissensionis, sed pacis. Quartum quòd placido fœdere pacis nos
2.Cor.13 omnes adinuicem astringat. Nam Deus ipse, ait Paulus, est vera pax, & Deus pacis celebratur. Et aduerte, ꝙ gaudia cęlestia, quæ hic a Deo petimus, sunt secundum Beatum Ambrosium in Lucã 7. Incolumitas sine debilitate, salus sine dolore, vita sine morte, fœlicitas sine impedimento, securitas sine fastidio, vbi societas sancta electorum omnium, solennitas certa, requies secura, pax vera, vita perpetua. Similiter & ea sunt; quæ beatus Gregorius in oratione, quam facit in fine explanationis septem psalmorũ pœnitentialium, petit exquiritq;; dum ait orans. Doce me facere voluntatem tuam: vt a spiritu tuo bono deductus ad beatam illam perueniam ciuitatem: vbi est dies æternus, & vnus omnium spiritus; vbi est certa securitas, & secura æternitas, & æterna tranquillitas, & tranquilla fœlicitas, & fœlix suauitas, & suauis iucunditas.

Da, inquam, nobis Domine remunerationem æternorum gaudiorum. Infunde nobis dona spiritus sancti. Disliga, & disrumpe vincula litis: verba enim parant litem, lis prælia, prælia mortem, mors lachrymas, &c. Lis odium gignit, charos

concordia

concordia stringit:& aduerte quòd lis dicitur à limitibus camporum: & hoc tractum est ab antiquis,qui litigabant pro illis limitibus discernendis.& coniunge contubernia supernæ pacis. Præsta pater pijssime.

cap. forus de verbo.signifi.

Sabbato ad Nocturnum Matutinum Hymnus Sextus Decimus.

CVm peccatum carnis,idest,rebellis caro, libidinosique motus,connascuntur nobis in pœnam originalis peccati:nam amissa originali iustitia per 1
diuini præcepti transgresionem, statim insurrexit carnis contra spiritum rebellio,propter quam primi parentes erubescentes, fecerunt sibi perizomata idest, succinctoria, & breues barchas. Vnde mater omnium Ecclesia à suo sponso Christo erudita,ut libidinem tanquam ignem semper fugiat:nobis hunc hymnum Deo canendum scribit: quò adhortamur; ut inhærentes, & Christi, & Apostolorum eius præceptis lumbos nostros restringamus, dicens. *Summe Deus clementię:* Appropriata diuini nominis inuocatio pro impetrando cõtra hoc vitium auxilio:nam cum hoc carnis vitium, & peccatum sit pœna peccati:pœnæ verò non relaxatur aliquo debito, sed iudicis clementia:Deum ergo 2
summæ clementiæ inuocat, ut ex sua benignitate relaxet, quod ex nostro meremur peccato. Proinde benedicebat Dantes, dum hymni huius principium recitauit in persona illarum animarum,quæ dum in igne purgatorio purgabantur, hunc hymnum contra carnis vitium cantabant, & Deum summæ clementiæ inuocabant. Sequitur. *Mundique factor machinæ: Vnus potentialiter, Trinusque personaliter.* Mundus hoc in loco accipitur pro vniuersitate rerum creatarum.Ioan.Mundus per ipsum factus est:quod etiam animaduertimus supra 3
in primo hymno,libro primo. At per machinam mundi intellige tres illas totalis mundi,vel totius vniuersi partes,scilicet cœlestem,terrestrem,& infernalem: 4
de quibus partibus loquentur etiam hymni, & ascensionis Domini, & beatæ Marię Virginis,ibi;Vt trina rerum machina,Cœlestium terrestium, Et inferiorum,&c.& ibi;Trinam regentem machinam Claustrum Mariæ baiulat. Quod autem sequitur hic litera:Mundique factor, &c.hoc dicit rememorando, quæ hactenus per totam hebdomadam cantauit: ut omnia sibi facilia esse ostendat: qui ex nihilo tam magnam fecit machinam:quæ omnia erant frustra:nisi, quod oramus,donet:nihil enim profuerit nasci,nisi & redimi profuisset:& ob hoc addit. Vni Deo omne subesse posse,qui tamen est omnipotens,sapiens, & bonus, potest,scit,& valet; & secundum has proprietates est trinus personaliter.Exaudiat ergo.si agnoscentes infirmitatem nostram: non ore tenus tantum:sed cum fletu cordis illum orauerimus. Vt sequitur. Nostros pius cum canticis Fletus benigne suscipe. Quo corde puro sordibus Te perfruamur largius. 5
Profecto qui dixerat,arma clericorũ esse debere orationes;lachrymas,& suspiria:veritatẽ fecerunt.En nũc quomodo nostra sancta mater Ecclesia in castris, hoc est,in Ecclesijs existens; quærit inimicos euertere,ac profligare suis armis; imò omnino iã uicit, & prostrauit illos:ita ut modo vult eius arma;quibus superauit Dęmonẽ,cãtãs Dei laudẽ:ei sentare atq; donare:nõ ßecus ac solẽt post assecutã victoriã de inimicis suis milites,& duces tẽporales præsentare vexilla,ac arma, atque triumphum ipsi Domino in Ecclesijs: Ideo ipsa dicit nostros fletus,

Beatus Ambro. author.

Ioan.1.

23.q.8. conuenior.

dis.36.siquis.

idest, nostra arma, quibus aliàs, & modo superauimus hostes huius mundi; carnem nempe, mundum, & Dæmonem, suscipe perpetrata ergo, præamandi fratres, & inimicos nostros fletibus, lachrymis, suspirijs, atque orationibus puniamus: vitam nostram corrigamus; mores mutemus, & mala, ac uitia omnia resistendo, & canticis iugiter Deo canendo vincamus: vt peruenire ad
6 gaudia æterna mereamur, & Deo summo bono perfectè, & largius perfrui. Itaque posthac, qui Deum iniustè cogitando offenderit; qui se peccatis vltrò obtulerit, & in illis diu perseuerauerit, qui non solum peccauerit; sed semetipsum virtute priuauit; qui proximum suum malo exemplo corruperit: fletibus statim huiusmodi luet excelsus, & lachrimis eos expiet, ac expurget; quia contritorum Deus non despicit gemitum: sed suscipit. Quo circa humiliter Deum orátes dicamus; ò pie Deus, lachrymas, luctus, atq; fletus nostros benigne suscipe, intellige; & cognosce afflictionem nostram de commissis peccatis: etenim (confitemur) peccauimus tibi, iniuste egimus, iniquitatem fecimus: sed modo lachrymis nostris enitemur mundare, & lauare, & abstergere sordes cordis nostri: vt mundo, ac puro corde te, Domine, largius, perfectius, ac amplius perfruamur in futurum. Partem modo morbo laborantem exhibemus, ac ostendimus; vt illam accendat Deus igne sui amoris; ne amplius labatur in labem peccati: Cum subiungimus. *Lumbos iecurque morbidum, Adure igne congruo: Accincti vt sint*
7 *perpetim, Luxu remoto pessimo.* Dicitur enim in lumbis esse voluptatũ carnalium sedes, ac seminarium; quemadmodũ dicit Dominus de Leuiathan, idest, de Diabolo ad Iob: nempè; quod fortitudo eius est in lumbis eius. Itaq; lũbos accingimus, cum (ut ait Gregorius in homilia, quam ferè quotidie recitamus) carnis luxuriam per continentiam coarctamus: sicut in Euangelios nos monet Dominus dicens: sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: & Apostolus ad Ephes. scribẽs ait. State ergo succincti lumbos vestros
8 in veritate: & sapiens ait: Mulier fortis accinxit fortitudine lumbos suos; quia carnis in se concupiscentiam restrinxit. Sed secundum Albertum Magnum Luc. 12. Sex modis accinguntur, videlicet fortitudine contra emollitionem: Iustitiæ disciplina contra luxum; Meditatione diuina contra motum surgentem: Castigatione carnis contra mali radicem; continentia contra pasionẽ uim mentis eneruantem: Virilitate animi contra oblectamentorum tentationem. De primo modo dicitur prouer. 45. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. De secundo. s. iustitiæ disciplina, dicitur Isaię xj. Erit iustitia cingulum lumborum eius: non enim restringitur luxus sęculi, nisi disciplinæ sæueritas carnis adhibeatur. De tertio modo dicitur apoc. Præcinctum ad mam illas zona aurea: zona enim aurea est restrictorium meditationis scripturarum ad mamillas cordium. De quarto dicitur Iudith. Habens cilicium super lumbos suos ieiunabat omnibus diebus uitæ suæ, præter sabbata, & neomenias, & festa domus Israel. De quinto dicitur Iob. Balteum regum dissoluit; & præcinget fune renes eorum. De sexto dicitur Iob. Accinge, sicut vir lumbos tuos, & interrogabo te, responde mihi. Non enim Deo respondere poterit; qui oblectamenta tentationum, & vanitatum non restringit. Hierem. Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia: quæ ego præcipio tibi. Præterea
9 nota, quòd iecur est locus; vt refert Foller. in sua Crim. pract. in prima parte moralium: cupiditatis, quæ carpit hominem; & expleta non multò post siti uehemen-

Marginalia: De pæn. dist. 5. §. 1. — Psal. 105 — Iob 40. — De pæn. dist. 2. si enim. §. tentatio. — Gregor. — Luc. 12 — Ephes. 6 — Prouer. 31. — Alber. mag. — Prouer. 45 — Esai. 11 — Apoc. 1 — Iudith. 8 — Iob 12. — Iob 83. — Hier. 1

vehementiore premitur. Cæterum vti remouebimus a nobis luxum? Certè hoc modo. Nam sicut Magi per aliam viam reuersi sunt in regionem suam; sic nos per alium esum, aliumque appetitum, & alium vestitum (hæc enim tria luxuriam inducunt) quibus unquam hucusque usi fuimus; propellemus a nobis omnem luxum. Et primò per ciborum abstinentiam: nam luxuriat rarò non benè pasta caro. Secundo per alium appetitum, à quo maximè cauendum est: quia inde frequenter mors, & corporis & animæ sequitur: quandoquidem concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum uerò cum consummatū fuerit generat mortem. Tertiò vitandus est nimius apparatus corporis: nam beatus est, qui cum tunicis nouis sumet noua consilia. Fugienda est igitur omnino, præamandi fratres, luxuria: famam siquidem denigrat, corpus debilitat, mentem excruciat, rationem excęcat, corpus maculat, bursam euacuat, prodigalitatem ampliat, corpus, & animam coinquinat, & infernū detrudit, à Deo separat, vocem acerbat, visum minuit, & offuscat. Hæc omnia Ludolphus his versibus perstrinxit. 10 Matth. 26

Sit tibi potus aqua, cibus aridus: aspera uestis. Ludol. c. 20.
Dorso virga: breuis somnus; durumque cubile.
Flecte genu, tunde pectus; nuda caput orans.
Hæreat os terræ, mens cęlo, lingua loquatur.
Nunc potius pœnas peccatis exige dignas:
Quàm te perpetuis abdicat iudicis ira.

Reduc etiam diligenter ad memoriam cilicium, & locustam Ioannis Baptistæ: labores Pauli: Vigilias Barptolomęi: saccum, & panem Hieronymi: Tunicam, & vepres Benedicti; de quo infra dicemus. Itaque adure, Domine, & accende congruo igne, idest, igne tui amoris, qui est spiritus sanctus, lumbos, iecur, siue hepar ad morbum, & ad peccatum inclinatum; vt hæc omnia accincta sint perpetim contra libidinem: semotoque omni pessimo, & in quo luxu, ac alijs quibuscumque vitijs. Sed ad quid? *Vt quique horas noctium, Nunc concinendo rumpimus: Donis beatis patriæ. Ditemur omnes affatim.* Supradictorum autem uerborum talis sit sensus: quicumque noctem rumpimus, non illis totis somno indulgentes; sed sopore ante finem noctis excusso: tibique Domine, psallentes, æternæ gloriæ muneribus abundè locupletemur omnes. Quod Præsta pater pijssime, Patrique compar unice, Cum spiritu paraclito, Regnans per omne sæculum. Amen.

Sabbato ad Laudes Matutinas Hymnus Decimus Septimus.

Aurora iam spargit polum: Terris dies illabitur: Lucis resultat speculum: Discedat omne lubricum. & reliqua. In quibus tria fiunt: primò carmina ista lucis aduentum describunt. Secundo petimus, vt depulsa nocte peccati diuina nos lux illuminet. Tertio, vt ista lux, ad lucis perpetuæ consortium perueniire concedat; vt fruamur Dei cognitione. Continuatur etiam hic hymnus superiori tali pacto. Domine ita nos rupimus horas noctium; vt nos omnes ditemur, & simus diuites in Christo: Nunc ecce Domine, aurora aduentauit; quę & 1

polum illuminat. Vnde nostra mater Ecclesia semper aduentante luce (vt vide
ri potest in omnibus hymnis laudum præcedentibus) gaudet, & uarijs locu-
tionibus illam repræsentat; ut mystice intelligamus fieri in cordibus fidelium;
quod fieri in aere cernimus. Ecce tribus modis nobis auroram describit: spar-
git polum: terris illabitur: resultat spiculum. Ita aurora diuinæ gratiæ post
noctem peccati aspergit intellectum; illabitur voluntati; & memoriæ spiculum
persistat lucis: vt nunquam obliuiscatur beneficiorum Dei; bona semper ap-
petat, & vera absque aliquo errore sequatur. Quod si hoc contigerit, omne
spiculum peccati discedet: tenebrarum cadit phantasma: subuertetur in totum
mentis reatus: ob veritatem, bonitatem, & gratitudinem erga Deum; & sic
cum iubiloso canore mane illud vltimum: quod nescit vesperare, occurret no-
3 bis à Deo, gloriosum, idest, in lucem. Aurora ergo, hoc est, diuina gratia, &
ipse Christus spargit, & illuminat polum, idest, intellectum, siue animam; & cor-
da fidelium hominum, uel mentes eorum. Dies etiam, idest, Christus, siue eius
diuina gratia appareat terris, idest, nobis Christianis, de terra factis: siue sit sem-
per in nostris voluntatibus; & spiculum, hoc est, pulchritudo, & aspectus lucis
Christi, ac eius claritas refellit, & penetrat memoriam nostram: ob hoc igitur
4 omne lubricum, & omne peccatum discedat a nobis. Porrò id lubricum dici-
tur, in quo quis sine lapsu non facile potest consistere: ut locus lubricus: Aut
quod facile labitur; vt adolescentia lubrica, pes lubricus, piscis lubricus, & quo
niam id omne immunditiam aliquam habet, aut viscositatem ad lapsum inducē
tem: hic lubricum dicitur quicquid animæ nostræ prolapsum infert: ut impuri-
tas, & fœditas peccati, & ipsum peccatum. Quid autem sit, quod inducit lubri
cum, sequitur dicens. *Phantasma noctis decidat: Mentis reatus subruat: Quid-*
5 *quid tenebris horridum, Nox attulit culpæ cadat.* Reatus hic idem est, quod
culpa, siue crimen: ita ut per reatum possimus intelligere omne id, quod po-
test mentem nostram inducere in statum, siue conditionem reorum; & dicitur
6 reatus; quoniam ad pœnam æternam obligat. Culpa verò est immiscere se
rei non pertinenti ad se. Item culpa est, non æstimare, quod quis æstimare de-
bet: & culpæ nomen generale est, dolumque comprehendit: & culpa uoca-
tur, prout respicit pœnam. Noctis igitur, idest, Diaboli, illusio ruat; & cul-
pa omnis subruat, & cadat a nobis: & quidquid horridum, & difforme diabo-
lus, seu nocturna cogitatio attulit nobis culpæ, cadat, recedatque a nobis: Vt:
Et mane illud ultimum, Quod præstolamur cernui: In lucem nobis effluat: Dum hoc
canore concrepat. Per mane ultimum intelligitur hic dies aduentus Domini
7 ad iudicium in consumatione sæculi; qui dicitur vltimus, & nouissimus dies:
quoniam illi alia non est successura dies temporalis: Vnde de hoc mane sic fa-
Eusebius in homil. 2. fer. pasch. tur Eusebius. Mane autem uitæ huius finis intelligitur; quando Christus Sol
iustitiæ apparebit, & fugatis tenebris, nox ulterius non erit; quare illud ma-
ne non habebit uesperam: quoniam illis, qui habebuntur digni resurrectione,
Malac. 4 dicet Dominus. Venite benedicti patris mei: & sic transferuntur ad uitam in
regionem lucis sempiternæ, ubi continuus sine nocte dies, & sempiterna sine
Apoc. 21 interpellatione fœlicitas. Habet enim Apoc. Nox ibi ultra non erit. Ex qui-
8 bus quidem rebus id colligitur symbolum; quod septimus dies mundanæ
durationis (qui sabbati, & requiei nomen sibi vendicat: quod in eo requieuerit
Dñs ab omni opere, quod fecerat) habet quidē mane; sed nō uesperā, instar sex

dierum

dierum præcedentium, huius vitæ labores, & agonem signantium: quandoquidem requies illa beatorum per septimum diem signata nunquàm est habitura nec finem, nec terminum vllum: quia (ut diximus) nescit vesperare.

Sic ergo ordinetur (orando) littera. Vt mane illud vltimum, idest, Christi aduentus, quem inclinati speramus, ac expectamus, eueniat nobis in lucem; dum hoc mane dulci, & suaui, cantu concrepando, ac personando uenit. Præsta pater pijssime.

Sabbato ad Vesperas Hymnus Decimus octauus.

O *Lux beata Trinitas: Et principalis vnitas: &c.* Sancta mater ecclesia, quæ tum de die, tum de nocte, idest, tum prosperis, tum in aduersis quærit dare laudes Deo suo: sumpta temporis qualitate; nempe, recedente die, & adueniente nocte; in hoc hymno intendit inuocare sanctissimam Trinitatem in vnitate; ut quoniam sol uisibilis tendit ad occasum: spirituale tamen lumen nunquã à nobis auferat; quo ipsum perpetuo laudare possimus. Hic itaque in primis aduertendum est, quòd beata Trinitas lux appellatur: quoniam ipsa in patria est speculum, in quo relucent creaturæ; at in via creaturæ econuerso sunt speculum, in quo creator videtur: Præterea ista sancta, & indiuidua Trinitas patet in scripturis, ostenditur in figuris, relucetque in creaturis. Isaias. 6. audiuit Seraphim ter dicentia, sanctus; in laudem beatæ Trinitatis, subiungentia in singulari: Dominus Deus Sabbaoth, propter confessionem vnitatis diuinæ: & Dauid sanctus. psal. 66. Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. Ecce meminit ter Deum; & tamen solum ponitur hoc pronomen eum, cum subiungit, & metuant eum omnes fines terræ. Item Apostol. Rom. 2. ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria in sæcula. Ostenditur etiam in figuris hæc beata Trinitas: significatur enim per tres amicos Iob. Item per tres Angelos, quos Abraham hospitio recepit, tres vidit, & vnum adorauit. Item per tres digitos, quibus apprehenditur solum molis terræ. Item per tres ciuitates refugij æquali spatio à se distantes. Item per tria difficilia ad inuestigandum. Item per tres ciuitates, quas vidit Ezechiel. 19. Relucet quoque ista lux beata Trinitas in creaturis. Nam cognoscitur in magnitudine creaturarum potentia patris, in dispositione sapientia filij, in ornatu bonitas spiritus sancti. Item relucet in sole: quia in eo vides essentiam, splendorem, & calorem; in quibus patrẽ filium, & spiritum sanctum cognosces. Item in anima secundum memoriam, intellectum, & voluntatem considera personarum trinitatem, & unitatem substantiæ. Item in hierarchia cœlesti superiori. Deus est in Trhonis; ut maiestas; in Cherubin ut veritas; in Seraphin ut charitas. Item in uirtutibus Theologicis, scilicet fide, spe, & charitate idem intellige. Item in tribus dotibus animæ, scilicet cognitione, comprehensione, & dilectione. Notandum nobis est etiã quòd ipsius deitatis indiuidua vnitas hic dicitur principalis vnitas: quoniam sicut vnus solus Deus est; sic unum solum principium est; & quoniam est omnis unitatis in rebus exordium, & fons; a qua principali vnitate quidquid in mundo est vnum, suam habet unitatem: ita Deus ipse principalis dicitur unitas, bonitas, virtus, lux, & id genus reliqua in abstracto; quod de nulla creatura dici potest.

Beatus Greg. Author.

Gen. 18. Isai. 40. Deut. 4. Pro. 39.

Ex prædictis igitur patet, quòd Deus est summum, primum, & unum solum
principium tam ratione dignitatis, tam ratione antecessionis, tam ratione cau-
1 salitatis. Itaque hic ipsius Deitatis indiuidua vnitas dicitur principalis vnitas:
quoniam omnis unitatis in rebus est exordium, & fons: à qua quicquid in mun-
do est vnum, suam habet vnitatem. Ita Deus ipse principalis dicitur vnitas, bo
nitas virtus, lux; & id genus reliqua, in abstracto; quod de nulla creatura dici po-
test. Hucusque ergo captauimus beneuolentiam, Deum inuocantes beatam,
& principalem vnitatem: similiter & lucem hominum, & Angelorum. Modo
incipimus illam orare dicentes. *Iam sol recedit igneus. Infunde lumen cordibus.*
2 Quamquam hic sol potest sumi materialiter: ut per suam absentiam causet no-
ctem, potest tamen etiam per solem hic intelligi Christus, qui per suum aduen-
tum, & natiuitatem causauit diem gratiæ in ecclesia: quasi dicat, ò Christe: tu ex
hoc mundo, velut terrenæ, & obscuræ habitationis loco recedis: & altissimum, &
splendidissimum cœli domicilium, tanquam tuum proprium ascendis: Proin-
de Domine antequam discedas, infunde lumen spiritus sancti cordibus nostris
quo non solum vitare malum & discernere inter bonum, & malum possimus, ve-
3 rum etiam contemplari diuinam tuam celsitudinem. Et sic patet secundum Ia-
Iaco. de Val. psal. 4. cobum de Valent. quòd lumen est duplex. Vnum naturale, scilicet, & aliud
spirituale, & infusum. lumen naturale est lumen intellectus agentis, & rationis:
quo omnia naturalia anima nostra potest cognoscere per studium, & actionem,
4 & sic potest cognoscere quomodo anima nostra est immortalis, & dependens
à primo esse, quod est Deus: prout naturaliter cognouerunt etiam philosophi
Deum, & intelligentias, & animam nostram esse immortalem; & istud lumen di-
5 citur speculatiuum, per quod potest anima nostra naturaliter cognoscere tria na
turalia principia, siue tres leges naturales, nobis naturaliter insertas, quę sunt tria
principia in genere morum. Primum est, quòd omne bonum agendum est,
& omne malum vitandum. Secundum est, quod fieri tibi non vis alteri non
6 facias; quod tibi vis fieri, alteri facias. Tertium principium, & res naturalis
est: nullum bonum irremuneratum, & nullum malum impunitum: quæ quidem
Genes. 4. principia, & leges scribuntur in genes. Vbi dicit Dominus ad Caim. Cur ira-
Nullum bonum irremuneratum. Nullum malum impunitum. tus es contra fratrem tuum? Cur hoc egisti? vbi demonstrat nullum malum
agendum. Et postea sequitur. Nescis, quòd si bene egeris recipias, sin autem
male, peccatum statim in foribus; aderit per quod ostenditur: nullum bonum ir-
remuneratum, & nullum malum impunitum; esse legem naturalem: istam legem
simul cum cæteris duabus possumus naturaliter cognoscere. Lumen autem
7 supranaturale est illud; quod infunditur ex speciali dono spiritus sancti, eleuans
intelligentiam vltra naturam sui ad comprehendendū ea quę sunt supra humanā
facultatem: prout spiritus sanctus diuidit singulis, prout vult primæ Cor. 12.
1. Cor. 12. Quod quidem lumen dupliciter peruenit ad nos. Vno modo per spiritualem
infusionem, & illustrationem, & sic receperunt ipsum Patriarchæ, & Prophetæ
in veteri testamento: & Apostoli, & sancti Doctores in nouo testamento.

Secundo modo peruenit illud lumen ad simplices fideles per doctrinam, &
prædicationem. Nam Moyses eandem legem, quam accepit à Deo, annuncia-
uit populo & Prophetæ annunciauerunt eadem mysteria, & uaticinia; quæ à spi-
ritu sancto fuerunt eis reuelata, & ita etiam Apostoli reuelauerunt nobis ea, quæ
8 à spiritu sancto receperunt. Ex quibus patet, quòd licet gentiles non habue-
runt hoc

runt hoc lumen supranaturale;tamen habuerunt lumen naturale;quo potuerũt vitare malum,siue discernere inter bonum,& malum. Infunde,inquam nobis, & in cordibus nostris lumen, & ignem sui amoris accendat Deus in cordibus nostris:& sic spiritu sancto tuo pleni. *Te mane laudum carmine. Te deprecemur vesperi, Te nostra supplex gloria. Per cuncta laudet sæcula.* Mane hic tempus 9
matutinum significat. Aliquando tamen pro mane intelligitur totum tẽpus gratiæ,sicut per noctem potest intelligi totum tempus legis ueteris. Item pro mane quandoque potest intelligi tempus prosperitatis : sicut per noctem tempus aduersitatis indicatur. Insuper dictio vesperi uespertinum, serotinumq; tempus significat. Præterea non simplex gloria legendum est; ut non nulli faciunt: sed supplex. Nam simplex aptum non est epithetum nominis glorię: neque facilè quisquam assignauerit,quænam sit nostra simplex gloria:supplex uerò accõmodatum est,& congruum huius nominis gloria:quod quidem pro laude,& præconio diuinæ maiestatis (quo eam glorificamus) hic sumitur;sicut in illo uersu ecclesiastico celebratissimo. Gloria patri, & filio, & spiritui sancto: per Damasum Papam:ut fatur Platina: ac innuunt lectiones, quas in eius festo Platina.
legimus in Breuiario;instituto. & ordinato:nempe, ut in fine cuiuslibet psalmi diceretur sic. Gloria patri &c. Te ergo mane Domine,Te vesperi, idest,in tẽpore matutino,& serotino,& meridiano (iuxta Dauidicum exemplum) vespe- Psal. 54.
re,mane,& meridie narrabo,& annunciabo, & exaudiet uocem meam : & à custodia matutina vsque ad noctem;deprecamur carmine laudum. Vel vesperi, 10
idest etiam in fine mundi. Te nostra supplex gloria,idest,humilis laus nostra,& debile pręconium laudet,cantetq; per omnia sæcula,ac sine fine,hoc est,per cunctas generationum generationes:quasi dicat (quod consecutione est intelligendum) per cuncta sæcula sæculorum sibi inuicem succedentium. supplex te nostra laudet gloria:dicuntur enim sæcula, quia sequuntur: Nam alijs discedentibus alia sequuntur: Vel antonomasticè, hoc idem dici intelligamus,ut sit sensus,sicut ante omnia,& cuncta sæcula omnis honor,& gloria tibi debebatur, quippe qui filius cum patre, in unitate spiritus sancti,in Deitate vixisti,& fuisti; Ita, & in pręsenti sæculo,& in futuro,ubi iusti cum sanctis Angelis permanebunt, & iniusti cum Diabolis cruciabuutur: sit tibi Domine,nostra supplex gloria,quæ nullo vnquam concludatur fine. Amen.

MICHAELIS TIMOTHEI
GATEENSIS. V. I. D.
IN OMNES FERME ECCLESIASTICOS HYMNOS BREVIS ELVCIDATIO.

Liber Tertius.

In Aduentu Domini ad Vesperas Hymnus Primus.



SCIVNT omnes fermè homines, diem hunc, in quo Ecclesia infra scriptum canit hymnum, esse primum omnium dierum, hoc est, dominicum diem: in quo Dominus noster totum creauit mundum. Vnde nostra sancta mater Ecclesia hoc rectè, & ritè, sciens: sic in diuinam laudem, & honorem, & magnificentiam ora soluit: nempe. Conditor alme siderum: Aeterna lux credentium: Christe redemptor omnium: Exaudi preces supplicum. & reliqua.

Dis. 75. quod die.
1. Colos. 1.

Beatus Ambro. author.

Vbi & mundi creati finem tam corporalem, quàm spiritualem insinuat ecclesia: nempe in duobus primis versibus: In tertio verò mundi redemptionem: In quarto demum versu annectit orationem: Quinto: vt Deum ob nostra peccata iratum nobis ad exaudiendum inclinet, placatumque reddat sibi, suas illius erga peccatores miserationes illi rememorat, cum ait; Qui condolens &c. Sexto modum magna pietate refertum, quo vsus est, & tempus, in quo auxilium præstitit Deus: commemorat, ut ostendat magnam Dei clementiam erga peccatores, quando res humanæ erant ultima in disperatione positæ: cum inquit Vergente &c. Septimo diuinam celebrat omnipotentiam in humana natura, sibi omnia cœlestia terrestria, & inferna subijcientem: ut nihil illi sit impossibile, cum dicit. Cuius forti &c. & sic diuinum iudicem beneuolum sibi factum insinuat: quod desiderat, petit, quod cupit, hoc est, perseuerantiam usque ad secundum Domini Aduentum. Octauo tandem loco filius Dei rogatur, ut in secundo suo Aduentu ad iudicandum homines: nos ab hoste antiquo saluet, & muniat, & potegat, ne ipsius percutiamur telo: ibi, Te deprecamur.

1 Quòd autem Deus sit & cœlorum, & siderum conditor, supra clare patet. Dicitur enim in Genesi. In principio creauit Deus cœlum, & terram, & in act. apostolorum legitur; annunciâtes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum, qui, fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. Nam præter cœlos, quos opera digitorum eius Propheta appellauit, solis etiam splendorem, lunæq;, ac cæterorum siderum; ut hic dicitur; ornatum addidit: ut essent in signa,

Genes. 1.
Act. 14.
Psal. 8.

& tempora,& dies,& annos. Ex quibus patet,quòd cœli & terrę nomine,omne, quod cœlum,& terram complectitur,intelligendum eſt. Præterea ſpirituales,& Angelicas mentes, ipſe ex nihilo creauit; & ſic ipſe eſt creator, factor,atq; conditor viſibilium, hoc eſt corporum ſenſibilium,& inuiſibilium,ideſt, omniū virtutum. Verbo enim Domini, inquit diuinus Pſaltes, cœli firmati ſunt, & ſpiritu eius oris omnis virtus eorum. Quòd autem ſit lux Chriſtus Deus Pſal. 32.
Chriſtianorum credentinm,palam eſt:eſt enim lux, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum:'et Iſaias dicit, ſurge Hieruſalem:quia venit lux tua,Chriſtus ſi quidem ſecundum utranque naturam dicitur lux, quia ſecundum diuinitatem illuminat intus animam, & ſecundum humanitatem informat exterius uitam,& hoc tripliciter, ſcilicet, miraculis,prædicationibus, & Ioan. 1. Iſai.60.
5 exemplis: æterna autem eſt iſta lux Chriſtianorum credentium,inquantum eſt ipſa ſine termino,& ſine fine, & ſine ſucceſsione interminabilis, & ſic ſoli Deo
6 conuenit: quia nihil eſt æternum niſi Deus. Aliquando tamen æternum idem eſt,quod coęuum,dicens totam ætatem alicuius;& ſic dicimus,quòd vir eſt ęternus uxori:quia quamdiu vixerit,eſt alligatus vxori per totam ætatem, & vitam; & è conuerſo: Aliquando etiam dicitur æternum, cum nullum aliud tale ſuccedit,& ſic lex Moyſi,aut circumciſio non fuit æterna, quia alia lex ſucceſsit, & aliud ſacramentum: ſed iſto modo lex Euangelica, & ſacerdotium Chriſti eſt æternum: quia nulla alia lex, nec ſacrificium ſuccedet. Præterea, quòd ſit re-
7 demptor pari modo euadit clarum in multis locis:ait enim diuinus Pſaltes. Redemiſti me Deus veritatis:& Ioannes in ſuis reuelationibus inquit;Redemiſti Pſal.30. Apoc.5.
nos Domine Deus in ſanguine tuo,ex omni tribu,&lingua,& populo,& natione,& feciſti nos Deo noſtro regnum. Redemptor autem omnium hic appellatur Chriſtus,ideſt,hominum vniuerſorum quantum ex parte ipſius,qui vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire:& quia pro omnibus copioſiſsimè ſatisfecit. propter quod dicitur redemptor omnium, quantū 1.Tim.2.
ad ſufficientiam:quoniam dominicæ paſsionis conſequuntur finaliter fructum, ac conſummatum effectum. Sed quamobrem redemerit nos Deus Chriſtus noſter,ſubdit inquiens. Qui condolens interitu,Mortis perire ſęculum ſaluaſti mundum languidum, Donans reis remedium: Hic aduertendum nobis 8
eſt,quòd ante Aduentum genus humanam erat in triplici miſeria conſtitutum: Primò quia erat proiectum à facie Dei propter peccatum Adę, & per conſequēs extra gratiam. Secundo quia erat ſubiectum Diabolo propter peccatum, & idololatriam. Tertio,quia diu expectauerat Chriſtum, & non dum ueniebat. Præterea non ſolum ante Aduentum Chriſti erat in miſeria, & captiuitate peccati,ſed etiam laborabat duplici miſeria,temporali,& corporali.Nam tunc temporis dęmones erant in cauſa, qđ patres immolarēt filios,ut patet de Agamemnone,qui immolauit,& ſacrificauit filiam dijs, ut haberet proſperos uentos,& Pyrrhus Aſtyanactem filium Hectoris ad ſepulchrum Achillis; aduerſus quos inuehitur Pſaltes pſalmo.105.his verbis:immolauerunt filios ſuos,& filias ſuas Pſal.105.
dęmonijs.Item dęmones in reſponſis ſuis ſemper perſuadebant bella inter principes,& finitimos,& perſuadebant rebelliones populorum contra reges ſuos,& ſeditiones inter ciues, ut fierent cędes,& homicidia, eo quòd omnes illi implebant infernum,& multa enormia,& turpia contra bonos mores,& naturam perſuadebant.

ſuadebant.& non ſolum in populo gentili regnabant iſtę ſuperſtitiones:ſed etiã
9 pro maiori parte in populo Iudaico,ut patet in diſcurſu libri Iudicum,& Regũ:
& vltra hoc regnabat in populo Iudaico multiplex miſeria : Nam ſacerdotes,
& ſcribę,& Phariſei opprimebant pauperes,& pupillos;& comedebant domos
viduarum, & cum violentia, & tyrannide regnabant,populum ducentes, &
Matt.23. gloſſantes falſo legem, & Prophetas ad libitum, & lucrum ſuum;ut exprobrat
10 eis Chriſtus Matt.23.dicens; Vę uobis ſcribę,& Phariſei hypocritę. Erãt enim
ſcribę,qui ſcriptam Dei legem habebant per ſpiritum ſanctum in cordibus ſuis:
Phariſei verò clerici & presbyteri erant Iudęorum, qui pro eo,quòd à cęteris ſe
diuidebant tanquam ſanctioris, & potioris meriti, diuiſi interpretabantur, a
11 Phares filio Iudæ mutuato vocabulo : & ideo Chriſtus non ſolum liberauit
fideles veteris teſtamenti de limbo inferni : ſed etiam liberauit populum gentilem ab illa miſerabili ſeruitute diaboli,totam idololatriam deſtruẽdo, & bella,
& ſeditiones per legem,& baptiſmum auferendo: liberauit etiam pauperes de
populo Iudaico à miſerabili ſcribarum, & Phariſæorum,& à iugo legis importabili. Et propterea dicebat per prophetam Dominus: Propter miſeriam in-
Pſal.11. opum,& gemitum pauperum, exurgam, & in carne apparebo,& veniam in
mundum, ut liberem,& releuem inopes à miſeria,& pauperes à gemitu, & uin-
Zacchar. 9. ctos de lacu,& omnes peccatores à miſerabili ſeruitute diaboli,& peccati, donãs
eis remedium per redemptionem ſui pretioſiſſimi ſanguinis : quia condoluiſti
hominibus,illos pœna infernali mori,& perire:quia eos in peccatis languẽtes liberaſti de poteſtate diaboli:qui rectè mors,& mendacium.ſicut è contra Domi-
12 nus veritas vocatur,& vita:quam venit dare languentibus prę peccatis,præ miſerabili diaboli ſeruitute, ſeditionibus, & Idololatria. Sed quando feciſti hoc
domine. *Vergente mundi veſpere : Vti ſponſus de thalamo, Egreſſus honeſtiſſi-*
13 *ma,Virginis matris clauſula.* Certè ex iſtis iam recitatis verbis,ac verſibus poſ-
Pſal.18. ſumus conijcere,cur ſancta Eccleſia hunc hymnum ad veſperas concinat: nẽpe:
Quia Chriſtus Dominus noſter Ieſus in nouiſsimis ſextę ętatis diebus à ſummo cœlo in hunc mundum uenit : Ideo in memoriam tanti diuini aduentus
glorianter canit in veſperis, ideſt,in vltimis diei horis hanc hymnicam odem.
14 Sed pro clariori præauditorum carminum intelligentia,ſciendũ eſt nobis,quòd
35.q.4. ca.ad ſedem Apoſ. ætatis mundi ſunt ſex: Prima ab Adam uſque ad Noe , habens iuxta Hebręos annos. 1656. ſed ſecundum 72.interpretes habens 2242. Cuius
veſper,ideſt,finis fuit diluuium:& in iſta prima ætate : quanquam artes eſſent,&
Geneſ.4. agricultura,ut in Abel,& Cain patet, & in Iubel,& Tubalcaim tamen homines
non comedebant carnes:ſed glande,& fructibus naturaliter in ſiluis & agris,ſine
Boet. cultura creſcentibus veſcebantur,terraque erat,& facta erat,quæ ex ſuis herbis,
& fluminibus, & obſonium,& potum dabat illis. Vnde Boet.l.2.de conſol.
phil.poetico more loquens,dicit, *Felix nimium prior ætas,contenta fidelibus aruis,Nec inerti perdita luxu : facili quæ ſera ſolebat, Ieiunia ſoluere glande, ſomnos dabat herba ſalubres;potum quoque lubricus amnis : Vmbras altiſſima pinus.* Hæc
eſt prima ætas,quæ ab ethnicis etiam uocata fuit ætas aurea. Vnde quidam
Ouid.lib.primo. Meta. eorum cecinit. *Aurea prima ſata eſt ætas, quæ vindice nullo Sponte ſua ſine lege fidem,rectumque colebat.* Secunda ætas fuit à Noe,uſque ad Abraham, habens
ſecundum Hebræos annos.292.ſed ſecundum 72.1072.quæ argentea dicta eſt
Vnde idem ait. *Sub Ioue mundus erat,ſubijt argentea proles,Auro deterior, fuluo*
pre-

pretiosior ære. Tertia ætas fuit ab Abraham vsque ad Dauid, siue vsque ad
Moysen, habens annos secundum Hebræos. 972. sed secundum. 72. 1130. quæ Ibid.
ætas ahenea dicitur. Vnde prosequitur idem author; *Tertia post illam successit*
ahenea proles, sæuior ingenijs, & ad horrida promptior arma. Quarta fuit à Da-
uid vsq; ad transmigrationem Babylonis, habens annos secundum Hebræos.
585. sed secundum. 72. 485. Cuius finis fuit dissensio regum, & hanc ætatem
appellauit poeta ille ferream: Vnde sic subdit: De duro est vltima ferro.
Quinta à transmigratione vsque ad Christum, habens annos secundum He-
bræos. 585. sed secundum 72. 578. Sexta à Christo ad finem vsque mundi.
Sed septima (vt perficiatur hebdomada) erit bonis in cœlo, impijs in infer- 15
no: & tunc amplius non erit tempus, sed omnia æterna. Quibus sic præmissis,
ac prægustatis dicamus: quòd ipsius mundi vesper, siue postremum durationis
suæ spatium est aduentus Christi in carne, qui currit vsque ad finem mundi, quā
do septimam, & illam æternam cælebrabimus ætatem, de qua dicit Paulus ad
Hebræos. Relinquitur sabbathismus populo Dei: festinemus ergo ingredi in Hebr. 4.
illam requiem. Itaque iam expletis mundi sex ætatibus dicitur Christus ve- 16
nisse per susceptæ carnis mysterium, siue dispensationem, & sic in vltimo sextæ
ætatis, quæ ad finem vsque sæculi porrigitur. Egressus est Christus, vti spōsus
de thalamo, de castissima virginis, & matris clausula, idest, de clauso virginis
Mariæ vtero Christus processit in orbē. Ait namque psal. & ipse procedens 17
de thalamo suo tanquam sponsus. De autem præpositio, hic posita materiam Psal. 18.
importare videtur, quandoque tamen causam notat: ut cum Christus dicitur cō
ceptus de spiritu sancto: quandoque identitatem substantiæ: ut cum dicitur filius
natus de patre; quandoque transubstantiationem, vel conuersionem, ut cum
dicitur, corpus Christi fieri de pane: quandoque ordinem, ut cum dicitur crea-
tura esse de nihilo. Quare autem Christus in sexta ætate uenerit, multæ sunt 18
certæ rationes: sed unica esto tu contentus: nempe ut sicut primus homo condi-
tus fuit sexta die ad totius mundi complementum, sic Deus homo fieret in sex- Author ille in suo Theo.
ta ætate ad totius creaturæ perfectionem: sexta siquidem ætas apta est ad exerci verit. compē.
tium sapientiæ, ad remissionem culpæ, ad meritum vitæ æternæ, ad transitum de lib. 4. c. 6.
statu miseriæ ad statum gloriæ: & ita notantur in sexta ætate ratione perfectionis 19
senarij. Amplius nota secundum August. quòd Christus non prius uenit, Nota.
quàm homo de lege naturali, & scripta conuinceretur: Nam si statim post ho- August lib. 1.
minis lapsum uenisset, superfluum crederet aduentum Christi: proinde uoluit c. vlt. de con.
Deus principio hominem in lege naturali prius esse; ut naturæ suæ uires agno- euan. tom. 4.
sceret: sed quia cecidit, data est ei lex scripta, qua habita iterum naturæ uitio ce- & in lib. 99.
cidit infirmus. Vnde comperto, quòd nec per legem scriptam poterat saluari, no. test. & lib.
cum omnes ad inferos descenderent, tunc uenit ipse, quia tunc erat tempus mi- de incarnat.
serendi, & prius non fuit necesse: quia non prodest medicina spiritualis sine af- tom. 4.
fectu recipientis. Nec posterius uenit, ne fides, & spes ex promissa incarnatio- 20
ne perirent: si enim tardasset uenire, quotidie decreuissent, & tepuissent. Quo
circa in nouissimis diebus uenisse à Prophetis etiam dicitur: Isaias siquidem ait; Isai. 2.
& erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montiū,
& Ioan. in prima sua epistola; Filioli nouissima hora est, & Paul. circa illa tempo- 1. Ioan. 2.
ra dixit Corint. Scripta autem sunt ad correptionem nostram, in quos fines sæ- 1. Cor. 10.
culorum deuenerunt, & alibi ipse idem ait; At ubi venit plenitudo temporis, mi- Gal. 4.
sit Deus

fit Deus filium suum, factum ex muliere, factũ sub lege, vt eos, qui sub lege erãt,
21 redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Cæterum hanc Christi egressionem de Maria Virgine, ac incarnationem multæ figuræ, & prophetæ præcesserunt: in genesi namque sic legitur. Fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandum paradisum, & in libro prouer. dicitur sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem & in genesi emittitur columba de arca Noe: Et in Dan. legitur abscissus est lapis de monte sine manibus cõscindētiũ. i. Christus natus de virgine sine manibus complectentium: qui tantum creuit, vt mons magnus fieret, & impleret uniuersam faciem terræ. Et huius missi filij forti potentiæ non solum terrestria, verum & cœlestia, & inferna subdita sunt, & hoc est, quod sequitur. *Cuius forti potentiæ: Genu curuantur omnia, Cælestia, terrestria: Nutu fatentur subdita.* Vlterius aduertendum nobis est: quòd totalis mundi,
22 vel totius vniuersi tres sunt partes principales. Prima est cœlestis. Secunda terrestris. Tertia infernalis, & quamlibet istarum is diuinus filius viuificat non tanquam anima istus mundi, vt aliquorum est imaginatio, sed omnes regit, omnibus præsens est: quia eas creauit, eas videt, regit, & disposuit tanquam immensus, & vnicus Deus gloriosus, & tanquam, cui data est omnis potestas in cœlo, & in terra: & de quo Isaias, erit (inquit) radix Iesse; & qui exurget regere gentes, & in eum gentes sperabunt. Cum igitur hoc loco duo dumtaxat explicantur, nulli dubium, quòd & tertium, & alterum comprehenditur, nempe inferna, à Paulo etiam expressa cum ait: Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestiũ,
23 & terrestrium, & infernorum. Itaque omnia ista, scilicet, cœlestia, terrestria, & inferna curuantur genu, & se confitentur subiecta, quia Christo nutu, idest, sponte, vel ad nutum, & ad suam uoluntatem, confitentur se esse subdita forti Christi potentiæ. Cæterum cœlestia, idest, Angeli, & terrestria, hoc est, homines genu Christo flectunt in signum cultus, & reuerentiæ ex amore obsequioso procedentis: Vnde nota, quòd Basilius magnus dicit cap. 27. tom. primo: dum de spiritu sancto verba facit: quòd quoties genua flectimus, & rursum erigimur, ipso facto ostendimus, quòd ob peccatum in terram delapsi sumus, & per humanitatem eius, qui creauit nos, in cœlum reuocati sumus: inferna autem, idest manes, hoc est animæ infernales non ita, sed signum subiectionis, quam vel inuita, uel trementia illi exhibent. Et quia iste Christus noster est lux credentium: quæ per fidem, veritatem, & doctrinam euangelicam illuminat omnem hominem, venientem in hunc mundum: quique etiam nobis condoluit, ne periremus, & nos redemit, & consequenter omnia obediunt ei, & clamant: Deus me fecit: ideò tantus labor non sit cassus: sed conserua nos Domine: humiliter enim nunc *Te deprecamur hagie Venture iudex sæculi, Conserua nos in tempore Hostis à telo perfidi.* Hagie grecum est vocabulum, idem significans, quod sancte, & græci ha-
24 bent hagios in nominatiuo singulari; latini uerò mutant syllabam os, in vs & proferunt hagius in eodem casu: Vnde in uocatiuo singulari masculini generis
25 formatur hagie, hagie igitur, idest, sancte. Quod uerò Christus uenturus sit iudex, habetur in symbolo Niceno. Vbi per Thomam etiam in paruo symbolo dicitur: inde venturus est iudicare uiuos, & mortuos. Vnde etiam benè dicit sanctus Ioannes, cum ait. Neque enim pater iudicat quemquam: sed omne iu-
26 dicium dedit filio. Ad hæc hostis perfidus, & fidei destitutor, ac lęsor, & hominis deceptor est Diabolus, qui uersutus habet (ut dicitur 16. q. 2. c. uisis) mille nocendi

Genes. 2. Prouer. 9. Genes. 8. Dan. 2. Math. 28. Isai. 11. Philip. 2. Basil. mag. Ioan. 1. Ioan. 5. 16. q. 2. cap. uisis.

nocendi modos: quærit enim unitatem ecclesiæ rescindere; charitatem vulnerare, sanctorum operum dulcedinem inuidiæ felle inficere, & omnib. modis genus humanum euertere, ac perturbare; suadet enim sæpe bonum, sed hoc propter malum; vt cum homini instabili suadet ingressum religionis, & hoc, ut postmodum apostatet: suadet malum, & hoc sub specie boni: ut peierare pro rebus alterius cõseruandis. Dissuadet bonum tamquam nociuum; ut cum dissuadet bono uiro religionis ingressum, ne de hoc pœniteat, & egrediens confundatur: dissuadet demum malum; ut ducat ad peius: vt quando dissuadet temperantiam in victu, & somno, ut per hoc inducat ad indiscretam abstinentiam, quod peius est. Quo circa hæc, & alia infinita cognoscens sancta Ecclesia Diabolum contra nos habere spicula; sciensq; etiam militiam esse vitam hominis super terram, & contra resistere desiderans in tempore, hoc est, dum in hoc mundo, & in hac graui peregrinatione, atq; militia sumus, dicit: Conserua nos à telo perfidi, atq; callidi hostis in tempore, hoc est, in hac nostra vita; siue militia cum diabolo. Quia igitur misit Deus vnigenitum suum, vt nobis opem ferret, ac ab omni redimeret vexatione Diaboli, referamus ei gratias, dicentes; *Laus honor, virtus, gloria, Deo patri, & filio, Sancto simul paraclito, In sæculorum sæcula.* Amen. Laus, inquã, siue laudatio, & laudis oratio, siue mentalis sit, siue vocalis, sit Deo patri, eique honor, hoc est, obseruantia, & reuerentiæ exhibitio actualis, & operatoria, prorieq; Deo debitæ, qui in se: & propter se laudandus, honorandusq; est: sit quoque Deo patri virtus, hoc est, potestas, præstantia, excellentia, atq; omnis valor, fortitudo, atq; perfectio omnis virtutis: sit demum, dico, Deo patri, & filio simul, & spiritui sancto gloria, & frequens fama cum laude; ob mirabilia enim, quæ facit Deus, meritò ei omnis danda est gloria. Amen. Iob. 7

In aduentu Domini ad Nocturnum Matutinum Hymnus Secundus.

Sancta mater Ecclesia, quæ cum antiquis patribus diu ad patrem suum clamauit: Ostende (dicens) nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuũ da nobis: & iterum; Obsecro Domine mitte, quem missurus es, & rursum; visita nos Domine in salutari tuo, & tandem: Et emitte agnum Domine Dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion; à Domino Deo nostro nunc tandem exaudita; qui omnes audit, qui omnium voci attendit, Propheta dicente: Benedictus Deus, qui non amouit orationem meã, & misericordiã suam à me: Deũ ita laudat, benedicit, gratiasq; ei agit, dicens; *Verbum supernum prodiens, A patre olim exiens, Qui natus orbi subuenis: Cursu decliui temporis*, & quæ sequuntur. Vbi aduertendũ est, quòd sancta mater Ecclesia, hũc hymnũ in hora matutinali canit, quia scriptũ est: Non sit vobis vanũ mane surgere ante lucẽ: nã promisit Dominus coronã vigilantibus: & quia diuina sapientia obuiat se quærentibus. Nã qui ad ipsum vigilauerint, inuenient eam. Cũ ergo ex allegatis Prophetis didicerit Ecclesia sancta æternũ expectare verbũ, tamquã in matutinali officio illi obuiam occurrens, & fide viua, & vera a patre illud prodire aspiciens, & magnũ sacræ incarnationis mysterium contemplans, ita oratione feruenti clamauit, iisq; vocibus vsa est, tamquã illum à longè aspiciens: quia per fidẽ, & non per speciem illum aspicit, & hoc denotatur per verbũ prodiens. Rogatur ergo in isto hymno filius Dei, ut sicut in primo aduentu nos visitauit per incarnationẽ, ita in secundo suo aduentu ad iudicandũ nos benignus saluos faciat. Cæterùm hic Dei filius 3

Marginalia: 1 (beside "Sancta mater… clama-"); Psal. 84; Exod 4; Isai. 16; Psal. 65; 2 (beside "Vbi aduertendũ"); Beatus Thomas author.; Prouer. 8

verbum dicitur supernũ: Quia cœleste, immò supercœleste, & supermundanũ
Psal.118 est verbũ, non sœculare, aut temporale, quẽadmodũ nostrũ. Vnde de eo ait Propheta; In æternũ Domine verbũ tuũ permanet in cœlo: Idem quoq; dicitur hic prodiens, extraq; progrediens per altissimum incarnationis sacramẽtũ: Quo
4 se nobis insinuauit, atq; manifestauit. Deniq; ipsum dicitur exiens a patre per diuinã illã natiuitatem; qua ab æterno ex substantia patris est progenitum: non quidẽ quod vnquã patrẽ dereliquerit, vt infra in hymno de Eucharistiæ sacramẽto dicitur, aut ab eo fuerit separatũ, sed ꝙ illi intimũ manens ab eo ineffabiliter emanauerit, & mundo se in carne manifestauerit: sicut etiã ipsa alta veritas de
Ioan.16 se in Euãgelio testatur; exiui a patre, & ueni in mundũ. O supernũ verbũ prodiẽs, & manifestans te ineffabiliter, à patre olim exiens: quando, scilicet, incarnatus es ò Dne. Qui etiã de matre natus subuenis orbi perdito, idest, hominibus in manu Diaboli captiuis existentibus in cursu, & plenitudine tpis, proni quidẽ, & declinati ad finẽ sœculi. Id enim decliue dicitur, quod deorsum tendit, declinatq; ad ima, quasi pronũ, & deuergẽs ad finẽ. Qm igitur transacta iã mundanæ durationis parte: utpote quinq; ætatibus, in sexta, idest in postrema eius venit ætate, & in nouissimis eius diebus, rectè dicitur hic subuenisse orbi per natiuitatem
Ioan.1 secũdũ carnẽ in cursu decliui tpis: hoc aũt verbũ est illud, quod in principio erat
Psal.32 apud Deũ, & illud quo cœli firmati sunt. Et illud, de quo testat̃ Dauid dicens: misit verbũ suũ, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorũ, & demũ hoc
Psal.106 verbũ est illud; de quo Isaias ait: Quia de Sion exibit lex, & verbũ Dñi de Hierusalẽ. Sed supno salutato verbo ad preces se accingit: sic modo orans: *Illumina nunc pectora: Tuoq; amore concrema, Audito ut præconio: Sint pulsa tandem lubrica.*
Isai.2
5 Faceturq; suas tenebras, dũ illas illũ illuminare postulat. Agnoscit sui pectoris tepiditatẽ, dũ illuminatione accẽdi illud, immò cremari petit. Sanè filij Dei præconiũ est annunciatio de eius aduentu; tũ primo, idest, secũdũ carnẽ humanam: tũ secundo, idest cũ ad iudicandũ venerit per prophetarũ oracula, & euangelicã lectionẽ facta. Prophetæ siquidẽ affatim de utroq; Dñi aduentu nobis veritatẽ nunciant, & multò apertius Euangeliũ sanctũ vtriusq; nobis est nunciũ. Petimus ita ꝙ, ut cũ auditũ fuerit à nobis prophetarũ, & Euangelij de aduentu filij Dei præconiũ, ac testimoniũ, propellant à nobis per fidẽ, & bonis operis instantiam, ac fructũ peccata, in quæ facilè prolabimur ex infirmitate nostra. Præconio ergo, idest, uaticinio, & oraculo prophetarũ, uel etiã prædicatione Apostolorum audita. Cũ aũt dicimus, ibi Nunc, intelligimus in hac pñti vita, imò miseriarũ, & lachrymarum valle, peregrinatione, & militia grauĩ. Cũ verò dicitur, Tandẽ, idest in fine vitæ nostræ, uel in fine separationis, & corporis, & animę. Et non sine maxima causa pectoris sui tepiditatẽ cremari petijt, timet namq, nouissimã illã pręconis tubã: Surgite mortui: venite ad iudicium: ne in lubrico ruat, vt faciunt, qui in luto labuntur: Vnde subsequitur. *Iudexq; cũ post aderis, Rimari facta pectoris: Reddens uicem pro abditis: Iustisq; regnum pro bonis.* Hic apertè declarat suũ timorẽ, exponendo, quid facturus sit homo: cũ supernũ uerbũ venerit ri-
6 mari facta pectoris. Christũ ergo hoc loco obnixè rogamus, ut cũ uenerit ad iudicandũ, faciat nos cũ beatis, beatos. & hoc quidẽ iure merito facere debemus: qñquidẽ si inferiores Deo cõdẽnent aliquẽ in causis quibusdã, patet euasio p appellationẽ ad iudicẽ superiorẽ: sed a summi iudicis iudicio appellari nõ põt: Cuius iudicia quãuis iniusta esse nequeãt, sunt tñ incõprehẽsibilia, tamq; districta, seu occulta: vt multa, quæ humano iudicio iusta videntur, & bona; ab ipso reprobentur

bent,& cōdenent. Cæterùm duo vltimi versus hic positi congruūt verbis illis Prophetæ,scilicet;quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua, hoc est bonis vitā æternā:reprobis aūt pęnā æternā: Dicet enim tūc iustis Deus,hoc est, ijs qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnū à constitutione mundi:Impijs autem,hoc est,ijs qui à sinistris eius erunt,discedite a me maledicti in ignem æternū,qui paratus est Diabolo, & Angelis eius. Vel secūdū Apostolū ad Rom.reddet vnicuiq; secundū opera sua,idest,ijs quidē,qui secundū patiētiā boni operis gloriā,& honorē,& incorruptionē quærūt vitā æternā:ijs autem,qui sunt ex contentione,& qui nō acquiescūt veritati; credunt aūt iniquitati,ira,& indignatio, &c. Vnde,& quod legitur in reuelationibus sancti Ioānis huic etiā loco congruū esse videtur,népe: Et de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat:hoc est,sentētia iusti iudicij nimis durissima reprobis:& verbū asperū,scilicet;Ite maledicti in ignē æternū. sed Innocētius Tertius in c.ex ore sedētis in throno,extra de priuilegijs,dicit; Procedit gladius bis acutus ex ore sedētis in throno:qm̄ ex ore Rom.Pont.rectissima debet exire sententia,quæ cōtra iustitiā nulli parcat,sed reddat vnicuiq;,quod suū est. Sed ante q̄ ad sequētes versus trāseamus,dicamus hic etiā,si quis fortè roget,dicēs:sed cur?qn̄?& de quibus faciēda erit a Deo ista cordiū rimatio? Cui respō.ꝙ primo necesse est,vt Deus gn̄aliter oīum hominum pectora rimet; ne homines de hoc mūdo dicerēt,ꝙ Deus nostra nō curat,& circa cardines cœli perābulat,non curans,nec cōsiderans terrena. Præterea faciēda est ista rimatio, cū in cōsummatione sęculi ad iudicandos oēs hoīes veniet Deus. Nā Paulus 1.ad Thes.5.dicit: Dies Dn̄i sicut fur in nocte veniet.& Ioel.3.Cōgregabo oēs gētes, & deducam eas in valle Iosaphat,& disceptabo cū eis. Demū ista redditio rōnis versabit circa quinq;,hoc est,circa animā,corpus,dona naturalia,circa instrumēta corporis, circa bona exteriora,& circa debitū officij. Rōnē exquiret Deus de aīa nr̄a, an ea vsi sumus ad id,ꝑꝑ quod corpori nostro est vnita. Vnita est enim corpori;vt per illud,& per corporeos sensus proficiat in sciētijs,atq; virtutibus,ex visibiliū, & corporaliū rerū notitia ad inuisibiliū,ac sp̄ūaliū cognitionē progrediēdo:& ad agnitionem,& amorē summi, & inuariabilis Dei. Secūdò de corpore,quod à Deo accepimus.tāquā instrumentū,& ministrū,ac habitaculū animæ, an rationi obediuerit,an officiosis,& virtuosis exercitijs fuerit occupatū. Tertiò, qualiter.s.vsi sumus exterioribus,& interioribus sensibus,appetituq; sensitiuo,& potissimū rōne,voluntate,& memoria intellectiua, prauas, & vanas cogitationes, stultas imaginationes,illicitas affectiones statim,& penitus abijcientes:atq; salutaribus meditationibus,utilibus cogitationibus, virtuosis affectionibus insistentes. Quartò de bonis exterioribus:puta, possessionibus, qualiter eisdē vsi sumus,præsertim de ecclesiasticis redditibus. Quintò,& vltimò qualiter prælati,parētes,debitū officij impleuerint,qualiter suā dilexerint prolē: qualiter prędicatores,quæ docuerint personaliter,executi sint opere:& an cœperint prius facere,& inde docere. Hæc Carthusianus de quatuor nouiss. in art.32. Deniq; regnū etiā aliqn̄ est idē,quod Christus,secūdū illud:Regnū Dei intra vos est. Aliquādo est sancta scriptura,iuxta illud.anferē a vobis Regnū Dei, & dabiē gēti facienti fructū eius. Aliquando idē est,quod sancta Ecclesia:Vnde illud;simile est regnū cœlorū decē uirginibus. Sed cū nullus homo posit dicere se nō habere peccatū:Rogat nō mancipari carceri infernali pro qualitate criminis:sed remissione per pœnitentiā accepta:petit cū beatis illo loco collocari,ubi æternali-

Psal.6 | Matth.26 | Rom.2 | Apoc.1 | 7 | Apoc.19 | Matth.26 | C.ex ore, de priuil. | 8 | Iob 22 | 2.Pet.3. Thes.5 | Ioel.3 | 9 | Dion. | Luc.17 | Matth.21 | Matth.25

ter ſine peccato viuit:& ita ſubſequit: *Non demum arctemur malis Pro qualitate*
criminis: Sed cum beatis compotes: Simus perennes cælibes. Nõ opprimamur er
go ò Dñe Ieſu Chriſte,ne reſtringamur propter noſtra ſcelera in die iudicij:Sed
10 ſimus,& collocemur a te,Dñe,potius cũ principibus,cũ principibus populi tui;
Pſal.112 hoc eſt cũ tuis ſanctis,& præſertim Apoſtolis:quos iã cõſtituiſti principes ſup
Pſal.44 oẽm terrã:& ſimus,inquã,nos quoq; cũ illis in cœlo beati. Per cęlibatũ enim pe-
11 rennẽ,qui hocloco optat a nobis;futuræ uitæ ſtatũ,regniq; cœleſtis manſionẽ
perpetuã petimus. In eo namq; iugis eſt cõtinẽtia, atq; vacatio a carnali cõſor-
Matth.22 tio,nõ enim ibi nubũt,neq; nubent,ut in ſacroſancto Matth 22.Euang.dicitur:
Illi verò dicit cęlebs,qui vxorẽ nõ habet,nec vult,ſed vult caſtè viuere,ut not:
C de infirmã pęn.cęlib Cõcil. Trid.Seſſ. 24.can.10. in Rub.C.de infirm.pęn.cęlib.& eſt quaſi cęlo beatus. Vnde Cõc.Trid.Seſſ.24.
can.x.ſtatuit,ſtatutũ cõiugalẽ nõ eẽ anteponẽdũ ſtatui virginitatis, vel cęlibatus.

In Aduentu Domini ad Laudes Matutinas Hymnus Tertius.

1 SAncta mater Eccleſia.quæ olim,& antiquitus in noctis tenebris,& in ipſa no
cte ambulabat:intra ſe diuina meditãdo in ipſamet nocte, a lõge Chriſti ad-
uentũ intuens,illumq; a patre ab æterno exeũtẽ:In tpe verò ex uirgine in carnẽ
prodeũtẽ:& eũdẽ aduẽtũ nõ iã amplius in nocte:ſed ferè in luce (ut per horam
auroræ benè denotat) in qua hic hymnus canit nec eminus,ſed cõminus proſpi
ciens,immò tã cõminus,ut ferè iã vocẽ eius audiat,nõ ſolũ clarè,ſed intonãnter,
nõ ſubmiſſe,ſed lętãter,& cũ ingenti clamat gaudio:*Vox clara ecce intonat,Obſcu*
ra quæque increpat, Pellantur eminus ſomnia, Ab æthere Chriſtus promicat. In
quibus hortamur a noſtra matre Eccleſia,ut qñ nos Euangelica tuba excitat ad
virtutes,ſurgamus a uitijs,& a torpore peccatorũ, eorũq; veniã poſtulemus in
hoc primo Dñi aduentu,per miſericordiã,ut cũ in ſecundo venerit iudicare mũ
2 dũ in iuſtitia,& æquitate,nos ſaluet,& protegat à morte æterna. Vox clara er
go,ideſt,uox Dñi,qui ad ſaluandũ uenit,quiq; uocat nos ad frequẽtãda noua ſa
cramenta:ut per ea a nobis cũcta ſcelera propellamus,& peccata: Chriſtus enim
Pſal.28 (iuxta illud Pſalmi)eſt uox Dñi ſuper aquas: per quã vocẽ cõſtituit baptiſmum,
ad quẽ uocamur, ut mũdemur a peccatis. Eſt etiã vox Dñi in uirtute,per quã
cõſtituit cõfirmationẽ:in qua dat nobis uirtus,& robur ad reſiſtendũ, & pugnã
dũ cõtra Diabolũ. Eſt etiã uox Dñi in magnificẽtia: cõſtituẽdo Euchariſtiã;
quod eſt Sacramẽtũ magis magnificũ,& nobilius,& iſta uox uocat nos ad men-
Ibidem. ſam Dñi,ut per eã pellamus eminus vitia.Eſt,inquã,Chriſtus & uox cõfringẽtis
cedros,cõſtituẽdo ſacramẽtũ pęnitẽtiæ,p quã uocamur,vt p pęnitẽtiã cõfringa
gamus Dęmones,& ſeptẽ uitia capitalia. Quinto eſt vox intercidentis flãmas
ignis,cõſtituẽdo matrimoniũ,ad qđ uocamur, ut in nobis extinguat, & excutiat
flãma libidinũ. Et eſt uox,dico,cõcutiẽtis,& cõmouẽtis deſertũ Cades,cõſtituẽ
do extremã vnctionẽ:quæ uox intonat,& prædicat nobis, ut p iſtud ſacramentũ
ſubmergamus reliquias peccatorũ,& trãſmutemur ab hac vita mortali, in uitã
æternã. Septimò eſt uox Dñi,& præparãtis ceruos, quæ cõſtituit prælatos, &
ſacerdotes in Eccleſia per Sacramẽtum ordinis:qui quidẽ ſacerdotes, & prælati
Cant.cap.2 figurant per ceruos in canticis Salomonis;intonat,& increpat nos;vt non mun-
do:ſed ipſi Deo ſeruiamus: offerentes ei iugiter ſacrificium nouum,& laudis.
3 Eſt denique uox clara, quia claram lucem, & diem, ideſt, legem ſuam no-
uam induxit. Porrò vox clara etiam poteſt hic accipi euangelicæ legis mani-
feſta prædicatio: quæ, ut tuba altiſona, intonat auribus noſtris, & opera,
tenebrarum

tenebrarum damnat: Idcirco pellenda est à nobis somni in peccato inertia. Psal. 18.
Etenim Christus, cuius à summo cœlo egreßio, à cœlo refulgens per aduentum Psal. 111.
in carnem; nunc in terris emicat; tamquam nouum, & salutare sidus exortum in
tenebris. Tandem per vocem claram, & intonantem intelligere possumus sa- 4
cratißimum Christi præconem Ioannem Baptistam: de quo vaticinatus est Isa-
ias; Vox clamantis in deserto; Parate viam Domini rectas facite semitas Dei Isai. 40.
nostri in solitudine. Quod quidem propheticum oraculum ipse domini præ-
cursor de se dictum esse, & in se ipso completum perhibet, dicens sacerdotibus,
& Leuitis ad se misßis; Ego vox clamantis in deserto. Dirigite viam Domini.
Meritò igitur vox Ioannes vocatur: quoniam, & nascendo, & prædicando, & mo Exod. 28.
riendo, & ipsa sui nominis significatione Christum præceßit. Hanc autem uo- Leuit. 25.
cem illa tintinnabula significant, quæ pendebant in veste Aaron: Hanc vocem
significabant omnia illa musicorum genera, quibus Dauid cantare consueuerat. Exod. 27. Psal. 80.
Hanc vocem sanctam psalterium iucundum cum cythara; hanc tympana, & or- Psal. 150.
gana, & cymbala bene tinnientia significabant: Hanc denique sanctam, & salubrē Leuit. 25.
dulcißimam uocem significabant illæ tubæ, quarū sonitu iubilæus annus nuncia
batur. Vnde quoniam cum peccatis nemo potest saluari, ideo ista dura uox
obscura quæque, idest peccata increpat: Nam propriè peccata dicuntur obscu-
ra, iuxta illud Pauli. Quæ in occulto fiunt ab his, turpe est dicere: & alibi idem Ephes. 5.
ipse sic fatur; Qui dormiunt, nocte dormiunt; & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. 1. Thes. 5.

Cæterum eminus hic idem significat, quod procul: sicut comminus eius op-
positum signat è vicino. Et quia iam nos non sumus filij tenebrarum, sed
lucis: audiamus ergo Christum, qui nos de cœlo uocat. *Mens iam resurgat tor-
pida: Quæ sorde extat saucia. Sydus refulget iam nouum, Vt tollat omne noxium.*

Mens igitur, diu torpida, pigra, nec solers in bonis operibus, resurgat mo- 5
dò, peccata, ac vitia excutiat de se, nec amplius maneat saucia, & peccatis carnali-
bus vulnerata, ac sordibus sordida: sed abeat quamprimum ad se sanandum, nem
pe ad sydus nouum, Christum videlicet; cuius (vt uaticinatus est Isaias) oriens
est nomen qui, inquam, Christus iam refulget nouus, & de Virgine natus, ob hoc Isai. 11.
solum; ut à nobis tollat omne noxium, hoc est, ut remoueat à nobis omne pec-
catum: & faciat nos quoque nouos in gratia sua. E. Christus nouum dicitur 6
sydus; quia cum tres modi producendi hominem præceßissent: Quartum ipse
adinuenit, & nouum modum; nempe, vt homo de muliere fieret sine uiro per
uirtutem operatoris. Iste aūt Christus est ille, de quo Ioannes ait: Ecce Agnus Ioan. 1.
Dei; Ecce qui tollit peccata mundi: Nec igitur de peccatis nostris, (si pœni-
tere uolumus) desperare debemus: Quia Christus modò, idest, in istius tem-
pore aduentus non mittitur à patre, ut rex ulciscens: sed ut agnus innocens:
Non ut censum exigat, sed ut debita gratis pęnitentibus relaxet: Quia (ut testa-
tur Isaias, gratis fuimus uenditi, & sine etiam argento redimi debemus. Vnde Isai. 52.
benè subsequitur sancta mater ecclesia, {è sursum agnus mittitur,} *Laxare gratis
debitum: Omnes pro indulgentia Vocem demus cum lacrymis.* Q. d. sancta no-
stra mater ecclesia, ò filij ecce nunc agnus Dei, qui habet potestatem in terris Matth. 9.
dimittendi peccata. Curramus ergo ad eum, & cum lacrymis coram eo cōfitea-
mur nostra peccata pro eorum indulgentia, & uenia adipiscenda, & acquirenda.
Tantum ergo requirit à nobis iste Christus, ut cum lacrymis, ex amore huius
agni emanantibus, pia, & fideli uoce dicamus; Dimitte nobis debita nostra: gra- Matth. 6.

tis enim (& iuxta illud : qui saluandos saluas gratis) remittit omnia debita ; &
condonat peccatorum pęnas. Hoc autem non aliter intelligendum est, ac di-
2. Tim.3. uinus scribit Paulus ad Timot.3. capite inquit enim ipse; Cum autem benigni-
tas, & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitiæ, quæ
fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum re
generationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per se
ipsum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius hæredes simus
7 secundum spem uitæ æternæ. Et nomine debiti hoc in loco peccatum, immo
in scripturis sacris etiam appellari, & intelligi ex hoc perpendimus, quod dum
docuisset saluator, sic nobis orandum esse; Dimitte nobis debita nostra, sicut, &
nos dimittimus debitoribus nostris; statim post pauca subiecit, si enim non di-
Math. 6. miseritis hominibus peccata eorum, nec pater uester cœlestis dimittet uobis
peccata uestra: Hoc autem debito omnis homo obligatus est Deo: omnes enim
in peccatis concipimur, & in peccatis nascimur, & in peccatis omni tempore vi-
8 uimus: Debitum autem dicitur secundum Albertum magnum in Luc. 11.
Alber. mag. quia pro ipso debitores Deo efficimur: Debitores enim sumus ex omisso, &
commisso: & ex omisso quidem; quia quod debuimus facere, omisimus. Hinc
secundum eundem Albertum magnum est, quòd debitum peccati est multiplex,
Debitum. uidelicet debitum obedientiæ: debitum concessi temporis, & debitum lucri: De
bitum obedientiæ est contra præcepta affirmatiua, quæ implere omisimus, & in
Psal.14. hoc notatur debitum delicti: quasi derelicti. Vnde illud delicta iuuentutis meę,
& ignorantias meas ne memineris. Debitum uerò, siue delictum temporis est,
1. Cor. 6. cum perditur tempus concessum ad pœnitentiam, & seruiendum Deo. Vnde
Apostolus loquens ad literam de gratia concessi temporis dicit: Videte ne in ua-
Iob. cuum gratiam Dei recipiatis: & Iob dedit illi Deus locum pęnitentiæ, & ille abu
titur eo in superbiam. Debitum autem lucri gratiæ concessæ, secundum om-
nem gratiam, nobis datam, multiplicatur in diuitijs, quando non elargiuntur, in
scientia, quando non docetur, uel prædicatur, uel consulitur. In uirtute quan-
do in opere non exercetur, & sic de alijs gratiarum omissionibus. Est & de-
bitum commissi, quod committendo nos debitores efficit: & hoc peccatum est
transgressionis: hoc.n. est cuius debitores sumus Deo ad satisfaciendum: psal. 50.
Psal.50. tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Est & aliud debitum, per quod effici-
mur debitores proximo, quem si fraudauimus, Deus non dimittit nobis debita.
Rom. 13. Rom. 13. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum: cui honorem,
honorem: cui uectigal, uectigal: Aliquod etiam debitum debemus spiritui. Rom.
9 8. Debitores sumus non carni; ut secundum carnem uiuamus. Cæterum hoc
etiam loco per agnum (ut præmisimus) Christum Dominum intelligimus, quē
Ioan.1. cum vidisset Ioannes venientem ad se indice dixit; Ecce agnus Dei, Ecce qui tol
lit peccata mundi, idest, qui venit, vt tollat peccata mundi. Vbi etiam aduerten-
dum est nobis, quòd sicut in veteri testamento offerebatur agnus pro peccatis
populi, vel ut melius dicamus, pro seruitute ab Angelo percutiente Aegyptios
Exod.12. repulsa; ita Christus obtulit se ipsum Deo patri, vt humanum genus liberaret,
& lauaret a peccatis in sanguine suo, ut canit ecclesia in die paschatis: Agnus rede-
mit oues: Christus innocens patri reconciliauit peccatores. Et dicitur agnus
10 ab innocentia, quia agnus nec bestijs, nec hominibus nocet. Vnde Paulus ad
Hebr. 7. Hebræos 7. dicit, talis enim decebat: ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens,
impol-

lutus, segregatus à peccatoribus. Item agnus dicitur ab agnoscendo: quoniam in magno grege solo balatu matrem agnoscit. Itaque rem nostram non deseramus) mittitur iste nunc agnus: ut scilicet nos liberet à malo culpæ: ut nos redimat à malo pœnę: & ut nobis donet de plenitudine gratię suę; vel ut dimittat, secundam pręmemoratum Albertum, tenebras, quas incurrimus per auersionem ab incommutabili bono, vel vt dimittat culpam, quam commisimus contra gratiam beneficij: vel vt dimittat maculam, in quam incidimus in lęsione, & diminutione naturalis boni: Vel vt dimittat reatū, & oēm ad pœnā æternā obligationē. 11

Alber. mag. ibidem.

Sed cur cum lachrymis confessionem peccatorum facere debemus? respon. *Secundo, ut cum fulserit: Mundumque horror cinxerit: Non pro reatu puniat: Sed nos prius tunc protegat.* Quod sperare debemus: Nam si illud fecerimus, Agnus Dei nostri non est vltor, nec iram reseruat; immo cum sederit in sede maiestatis suæ, non puniet nos secundum pęnam, & reatum: sed nos poteget. Porrò attestantur sacrę litteræ, duos filij Dei aduentus esse: Alterum quidem cum salutis nostræ causa carnem assumpsit, & homo in Virginis aluo effectus est: Alterum verò cum in consummatione sęculi ad iudicandos omnes homines veniet. Cum igitur Christus secundò fulserit, intelligere possumus de secundo eius Aduentu: nempe, cum in fine mundi ueniet: vt iudicet totum genus humanum. Ad hæc notemus, quod hæc dictio, cum, multas habet significationes: Nam quandoque tempus signat, ut hic; & ibi. cum locus affuerit, te precor esse virum. Quandoque tenetur copulatiuè; vt ego cum Petro currimus, idest, ego, & Petrus. Quandoque associatiuè: vt cum dicitur, sancte Dionysi cum socijs tuis ora pro nobis. Quandoque informatiuè: ut nomen significat substantiam cum qualitate. Quandoque notat causam: ut cum tu sis meus amicus, debeo te diligere. Quandoque notat instrumentum, ut percutio te cum baculo. Quandoque vtilitatem notat: ut cum dicitur pacem feci cum aduersario meo. Quandoque contrarietatem: & factum est silentium in cœlo dum coluber, idest, draco pugnaret cum Michaele, idest, contra Michaelem. Quandoque cohabitationem notat: vt iste moratur cum rege in domo. Quandoque notat concomitantiam: Vnde in Euang. & tu cum illo eras; Dixerunt Iudęi ad Petrum, qui calefaciebat se ad prunas, cum cęperunt Iesum. Pari modo est aduertendum, quòd mundus hoc in loco accipitur pro cunctis hominibus, in terra morantibus tam bonis, quàm malis, ut dum ad Cor. loquitur Paulus: Deus erat in Christo, mundum reconcilians; Aliquando etiam mundus pro electis, & bonis tantum sumitur iuxta illud; sic Deus dilexit mundum; vt filium suum vnigenitum daret. Aliquando verò pro uitiosis, & reprobis, ut cum ait Deo patri saluator: Nō pro mundo rogabo. Aliquando etiam pro creatura corporali, sub orbe lunę contenta; hoc est, pro regione elementorum, atq; mixtorum, iuxta illud Philosophi: oportet hunc mundum contiguum esse lationibus superiorum: ut tota uirtus eius inde gubernetur. Aliquando pro habitabili terra, ut cū ait saluator: prædicabitur Euang. in vniuerso mundo. Aliquādo pro uanitate, & in pietate mundana. Aliquando pro carnalibus hominibus, & mundanis: de quibus dicitur: & mundus eum non cognouit. Aliquando imò sępisimè accipitur pro toto Vniuerso iuxta illud; Mundus per ipsum factus est: & alibi dicitur; dilexisti me, (inquit Christus) ante constitutionem mundi. Demum literam sic enodemus, cum Christus iterū veniet iudicare viuos, & mortuos

12
1
Apoc. 12.
Marc. 14.
14
2. Cor. 5.
Ioan. 5.
Ioan. 17.
Matt. 14.
lib. 1. Meta.
Matt. 1.
Ioan. 1.
Ioan. 15.

mos,ita fulgebit,atque splendebit,vt suo splendore aspicientium feriat,atq; percutiat oculos,& horror,ac eius timor circundabit mundum,idest,homines mũdanos:scilicet adueniente rege tremendę maiestatis. Vnde sophonias ait; Vox Dei Domini amara,tribulabitur ibi fortis:Dies irę dies illa,dies tribulationis & angustię,dies calamitatis,& miseriæ: dies tenebrarum, & caliginis, & dies nebulæ:& turbidinis,& dies tubę & clangoris super ciuitates munitas, & super Angelos excelsos. Et Aggęus, ad huc vnum modicum est, & ego commouebo cœlum,& terram, & mare,& aridam.

Sophon. 1.

Aggæus.

In natiuitate Domini ad Vesperas Hymnus Quartus.

SAncta mater Ecclesia; quæ olim de populo illo erat, qui ambulabat in tenebris :hodie cum eo lucem magnam videns : huius magnę lætitię voluptatem prodere cupiens (quis enim magno illo gaudio per Angelum pastoribus euangelizato: immò omni populo credentium:non gauderet? quis in tanto nõ exultaret cælesti,& ęterno gaudio,quod nulla tristitia interueniente turbatur? Quis Iesu Christi D.N.qui hodiè nostrę humanitatis, & mortalitatis fieri dignatus est particeps:Aduentu,& natiuitate omnium profectò spe;ac salute nõ gauderet)hymnum hunc in honorem Christi sui;ac in lętitiam huius magnę diuinitatis eius nempè lætanter cantat, dicens; Christe redemptor omnium Ex patre patris unice,Solus ante principium, Natus ineffabiliter. & reliqua. In quibus fit ad Dei filium gratiarum actio de ineffabili sua misericordia, qua cum Dei patri sit vnigenitus ante sęcula, de virgine nasci dignatus est pro nobis in tempore. Primò enim ipsum ab æterna natiuitate (qui postquam diu expectatus uenit)laudat. Secundò demonstrat eum cum patre in substantia esse, & quod nobis sit factus (quasi digito demonstrans) æterna salus, & spes supplicando illi,vt totius orbis preces audiat: cum ait, *Tu lumen*. &c. Tertiò, vt sibi illum placatum reddat,illi ad memoriam reuocat, quòd pro nobis, cum Deus esset, factus sit homo:ibi videlicet. *Memento salutis author*. Quarto diem natalem; quo canitur iste hymnus, nunquam à nobis satis laudatum,magnificat,inuitatque cœlum,& terram, atque mare,& omnia, quæ in eis contenta sunt,ut lætentur in Aduentu;& natiuitate Christi; per cœlum intelligens angelos cœlestes:per terram omnes habitantes terram: per mare verò omnes habitantes in insulis marinis,ut ibi:Hunc cœlum,&c.Quinto, & vltimo hortamur: vt sicut induti hodie sumus Iesum Christum,& nouum hominem,qui fragilitatis nostrę substantiã sibi vniuit & propterea noui nos etiam sumus:ita nouum hymnum, tanquam ex ore Christi prodeuntem canere debemus. vt cum ait; Nos quoque &c. Filius igitur Dei: hoc loco dicitur solus genitus ante principium temporum, & mundi exordium:quoniam antequam mundus subsisteret,aliud nihil genitum erat:dicit enim Propheta: Prius quam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis:a sæculo, & usque in sæculum tu es Deus:& in lib.prouer. legitur: ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret:non dum erant abyssi, & ego iam concepta eram,nec dum fontes aquarũ eruperant, nec dum graui mole montes cõstiterant, ante omnes colles ego

Luc. 2.

Beatus Ambro. author.

1

Psal. 89.

Prouer. 8.

par-

parturiebar, & adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terrę, quando pręparabat cœlos, aderam: & Psaltes cantat; Ante luciferum genui te. Psal. 119.
idest, ante spiritualem naturam, & Angelos ipsos. Sed vbi Deus fuerit prius, 2
quam mundus esset, si quis quęreret: respond. quod Deus ante mundi constitutionem fuit, ubi nunc est, scilicet in se; quoniam ipse sufficit sibi. Vnde versus. *Dic vbi tunc esset, cum pręter eum nihil esset? Tunc vbi nunc in se, quoniam sibi sufficit ipse*: est ergo filius Dei solus ante principium. Nec enim Deus pater natus dici potuit: Ingenitus est enim pater. Nec spiritus sanctus: quia spiritus sanctus non per generationem, sed per diuinam processionem, quæ spiratio dicitur, à patre, filioque procedit. In libro enim Eccle. 24. filius Dei de se loquēs Ecclesiast. 24.
dicit: ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam: Dicitur autem filius Dei primogenitus, ipsa sapientia, quæ loquitur. Item dicitur natus secundum diuinitatem Christus ineffabiliter. Vnde de eo Isaias 3 Generationem eius, quis enarrabit? est etiam natus ante principium, quo ad natiuitatem diuinam, in tempore verò secundum natiuitatem humanam. Vltimo loco aduerte (sicut etiam diximus in primo hymno aduentus) quòd prępositio, De, hoc etiā loco identitatem substantię denotat. Quare iste Christus sic natus solus ante principium, redemptor omnium appellatur, idest, hominum vniuersorum quantum ex parte ipsius, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis venire: & quia pro omnibus copiosissimè satisfecit, propterea dicitur redemptor omnium, quantum ad sufficientiam: Electorum verò quantum ad efficaciam: quoniam Dominicę passionis consequuntur finaliter fructum, ac consummatum effectum. Vnde Leo Papa in serm. natiuitatis Domini hoc idem & ipse attestatur, dicens; sicut nullum à reatu liberum reperit, ita pro liberandis omnibus venit. Et non solum ô Christe es natus ante mūdi constitutionem, sed etiam. *Tu lumen, tu splendor patris. Tu spes perennis omnium. Intende quas fundunt preces Tui per orbem famuli.* Quòd Christus Do- 4
minus sit lumen, ubique passim in sacris eloquijs clarum euadit. Nam canit Ecclesia. Deum de Deo, & lumen de lumine: & Psaltes. exortum est in tenebris lumen rectis corde: & Simeon; Quia viderunt oculi mei salutare tuū, quod parasti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuę Israel. Vnde Euseb. Emissenus ait etiam ipse sic; eo, scilicet Christo, nascente, lux orta est eis, scilicet Iudæis: eo verò moriente tenebræ factę sunt eis: Dicitur autem lumen Christus, & filius Dei, quia sicut lumen in oculum veniens ampliat potentiam visus: ut possit clarè videre visibilia naturæ: ita Christus lumen de lumine in animas mundanas descendēs, & nascens, quod perceptum ampliat virtutem oculorum cordis. Vel dicitur Christus lumen in quantum est coęternus patri, sicut lumen ipsi soli: & procedit à patre æternaliter, sicut lumen à sole: Quia sicut nunquam fuit sol sine lumine, nec econuerso: ita nunquam pater fuit sine filio, nec e conuerso: & sicut lumen procedens à solę illuminat, & viuificat omnia, ita filius procedens à patre illuminat, & uiuificat omnia, maximè omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioan. 1.
Præterea est etiam splendor patris: quoniam patrem manifestauit. & vt radius, Ioan. 17.
atque fulgor paternam gloriam demonstrauit: & quòd paternę glorię sit sp'endor, dicit Paulus, cum inquit; qui cum sit splendor glorię, & figura substantiæ Heb. 1.
eius: & sapiens, Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam claritatis omnipotentis Sapien.

Margin notes: 3 (beside "Vltimo lo-"); 1. Timo. 2. (beside "natus solus ante principium"); Psal. 111. (beside "Ecclesia. Deum de Deo"); Luc. 2. (beside "bris lumen rectis corde"); Euseb. (beside "Christo, nascente"); Heb. 1. / Sap. 1. (beside "oculum veniens"); Isai. 3. (beside "natus secundum diuinitatem"); 5 (beside "à solę illuminat")

nipotentis Dei sincera, candor lucis æternę,& speculum sine macula, & imago
6 bonitatis illius: Porrò spes perennis, & perpetua hic dicitur Christus: quia in
pręsenti ponimus spem,& fiduciam nostram in eius passione, & sacramentis
ecclesię: per quem credimus liberari ab omni peccato, & quia ponimus spem
7 in cœlestibus præmijs,contemnentes terrena,& hoc est, se committere diuino
adiutorio,nos impossibile est perire: & à Diabolo superari. est enim spes certa
8 expectatio futuræ beatitudinis, cuius aduentus ignoratur. Interdum autem
spes est omne illud,quod speratur, ut ego habui spem meam idest rem, quam
Psal. 15. sperabam. Interdum verò spes idem est quod certitudo. Vnde Dauid; caro mea requiescet in spe, idest in certitudine. Interdum verò idem est spes,
Psal. 21. quod Deus, iuxta illud: spes mea ab vberibus matris. Exaudi igitur, o Christe: spes nostra, preces, quas nos tui famuli fundimus, & omnes etiam gẽtes, quæ
per vniuersum orbem orant assiduè apud te. Nunc Ecclesia sancta vertit se
ad Christum, qui factus est homo, ut homo fieret Deus, & ait; *Memento salutis author: Quod nostri quondam corporis, Ex illibata Virgine, Nascendo formam
sumpseris.* Senescente ergo mundo missus es ò Christe ab arce patris in mundum, ut carnis nostræ mortalitatis ex Maria Virgine substantiam susciperes,
vtque tua uirtute, fortitudine, & efficacia, salus humani generis, ac totius po-
1. Cor. 1. puli tui, pro quo factus es etiam à Deo sapientia,& iustitia, sanctificatio,& re-
1. Tim. 2. demptio, & propitiatio nostra, id est, causa remissionis vitiorum nostrorum; ut
author salutis nostræ consequenter fieres. Tu enim solus es author, & reparator ministerialis, & instrumentalis, mediatiuus, atque imperatiuus nostræ
saluationis: mediator, inquam, Dei, & hominum, qui satisfecisti pro nobis,&
1. Ioan. 2. modo aduocatus es apud patrem. Illibata autem hic dicitur Virgo Maria, quia
ipsa illibata, idest, intacta, inuiolata, intemerata, & incorrupta Deum, & hominẽ
9 genuit, qui est Vnigenitus Dei, qui est rex omnium, qui est plasmator,& creator
cunctorum, qui est in cœlis sine matre,& in terris secundum corporis susceptio
10 nem in sinu est matris, qui tandem nostri (redimendo) misertus est. O ma-
Orig. in hom. gnæ (inquit Origenes) admirationis gratia; O inenarrabilis suauitas: ò ineffabi-
vigiliæ natiu. le magnumque sacramentum. Ipsa eademq; Virgo, ipsa & mater Domini,
domini. ipsa & genitrix. Quis vnquam ista audiuit? Quis uidit talia? quis hoc excogitare potuit, ut mater virgo esset,& intacta, & illibata generaret? quæ & uirgo
Exod. 3. permansit, & genuit? sicut enim quondam rubus comburi videbatur, & ignis
eum non consummabat,& tres pueri in camino ignis inclusi habebantur,& tamen eos non lædebat incendium: nec odor fumi erat in eis: vel quemadmodũ
Daniel. 3. & Daniel. 6. Danieli, intra lacum leonum incluso claustris non apertis, allatum est prandium
ab Abacuc. Ita & hæc sancta uirgo genuit Dominum, sed intacta & illibata permansit: mater effecta est, sed virginitatem non amisit, genuit infantem, & virgo
permansit. Mater filij facta est, & castitatis sigillum non perdidit. Sed ò Domine,& quòd verum sit, quòd similitudinem nostri corporis assumere dignatus
es; *Sic præsens testatur dies; Currens per anni circulum. Quòd solus à sede patris, Mundi salus ad ueneris.*

11 Solus aduenisse dicitur Christus de sede patris, quoniã solus ipse per incarnationem humanam induit naturam. Neque pater incarnatus est, neque spiritus sanctus, licet vterq; ad sacratissimum incarnationis mysterium suscipiendũ
à filio, cooperatus sit. Et sic Christus noster, qui solus ipse est incarnatus de
spi-

ſpiritu ſancto ex Maria Virgine,aduenit,mundi ideſt,omnium hominum,in hoc mundo degentium (appellatione enim mundi hoc loco omnes homines, & bonos, & malos intelligere poſſumus; quia quantum ad ſufficientiam omnium Deus redemptor,& ſalus fuit) ſalus,& redemptio, & propitiatio. Vnde Pſaltes ſic fatur. Deus autem noſter rex ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terræ. Nam liberat nos à pœna, & confert gloriam. Cæterùm cur Chriſtus naſci corporaliter,& mundi ſalus, hoc eſt,pro redemptione mundi,aduenire voluerit,quærit ſanctus Iſidorus. Cuius, inquit, ſuſceptæ carnis cauſa hæc eſt. Poſtquam enim inuidia Diaboli parens ille primus ſeductus vaniter cecidit; confeſtim exul, & perditus in omni genere ſuo radicem malitiæ,& peccati traduxit, creſcebatque in malum vehementius omne genus humanum, diffuſis vbique ſceleribus,& quod eſt nequius omnium cultibus idolorum. Volens ergo Deus exterminare peccatum, conſuluit verbo, lege, & Prophetis, ſignis, plagis, prodigijs: ſed cum nec ſic quidem errores ſuos admonitus, agnoſceret mundus: Miſit Deus vnigenitum filium ſuum,& carnem indueret,& hominibus appareret,& peccatores ſanaret:idem tamen Deus,& idem homo in natura Dei æqualis patri,in natura hominis factus eſt mortalis pro nobis,& pro nobis, manens quod erat,de nobis ſuſcipiens, quod non erat, ut liberaret, quod fecerat. *Hunc cælum,terra, hunc mare. Hunc omne,quod in eis eſt, Authorem aduentus tui Laudans exultat cantico.* Pronomen iſtud:hunc,refertur ad id nomen,dies,precedenti verſu poſitum,ut ſit ſenſus: quod creatura cęleſtis,& Angelica,& terreſtris,ſcilicet,humana:immo omnis Dei creatura hunc diem natalitium aduentus tui ad nos ò Chriſte editorem,atque manifeſtatorem celebrat, ſpirituali cantico, exultans in Domino:& hic verſus uidetur innuere id, ad quod Propheta in ſpiritu prouidens hunc diem aduentus Domini,hortabatur in pſalmo nonageſimo quinto,dicens,Lætentur cęli, & exultet terra,commoueatur mare & plenitudo eius,gaudebunt campi,& omnia,quæ in eis ſunt:& cauſam paulo poſt ſub iungit: quia (dicens) Dominus venit. Hunc etiam Deum, & cęli authorem cani debere ab omnibus hortabatur Moyſes. 42.dicens; cantate domino canticum nouũ q deſcẽditis in mare,& plenitudo eius,inſulæ,& habitatores earum.

1.Cor. 1.
Pſal. 73.
12
Sanct. Iſido. in ſermo nati. uit. domini.
Pſal.95.

13 Et nota,quòd alia ratione,vel intentione laudamus hominem, & alia Deum. Nam hominem laudamus duplici ratione: Prima eſt,vt per hoc ad meliora prouocetur. Ex laude enim alterius. prauitas, uel bonitas innoteſcit: quod patet: quia ſicut mali ex ſuis laudibus extolluntur: ita boni ad meliora prouocantur. prouer. 27. quomodo probatur in conflatorio argentum; ſic probatur homo ore laudãtiũ: ſicut enim fex auri,vel argenti igne cõſumitur,& ſubſtantia purior redditur:ſic homo malus laudibus extollitur, & vituperio frangitur:homo uerò iuſtus perficitur: Et ſicut aurum,vel argentum,quod igne conſumitur, reprobum eſt;ſic homo ſi laudibus hominum extollitur, & vituperatione frangitur, reprobus eſt. Vel ſic ſupradictos verſus exponamus. Hunc,ſcilicet,diẽ,vel authorem, cęlum, ideſt, cęli cognouerunt eſſe:qui cęli ſecundum beatum Gregorium in homilia Epiphaniæ Domini:miſerunt protinus ſtellam, quæ tribus illis regibus,ideſt,magis apparuit, ſimiliter & Angeli, qui ad paſtores nimio gaudio dixerunt; Gloria in excelſis Deo. Pari modo terra agnoſcit, & laudat hunc, dico,authorem: quia eo mortuo,contremuit;uel terra, ideſt, terrena poteſtas, vel etiam paſtores. Hunc etiam mare cognoſcit,& laudat: quia ſub plantis eius

Prouer. 27.
Greg.
Luc. 2.

prębuit

præbuit se calcabile, & *Omne, quod in eis est*, hunc laudat authorem, siue deum: sol enim, qui est in cœlo laudat, quia lucis suæ radios abscondit, saxa, quæ in terra sunt, laudant: quia postea tempore mortis suæ scissa sunt. Infernus laudat; quia quos tenebat mortuos, reddidit. Et nota, quòd mare in sacris scripturis præsens sæculum signat; quòd se casuum tumultibus, & vndis vitæ corruptibilis illidit: Vnde beatus Hieronymus inquit; Per mare autem designatur præsens sæculum: quod frequentissimis tribulationum angustijs quasi quibusdam procellis commouetur. Item mare secundum Eusebium Emissenum, est mundus: Vnde Psaltes; Hoc mare magnum, & spatiosum: illic reptilia, quorum non est numerus: de cuius altitudine, & profundo sic ait: Deus noster refugium, & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis: Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Modò ecclesia sancta, quæ semper ipsa agnouit istum anthorem, & Deum, vocat filios suos, & ait illis, quid stamus hic otiosi? laudemus nos quoque Deum, qui tantis eius beneficijs illo præsertim redemptionis; affecti sumus, & dicamus: *Nos quoque, qui sancto tuo Redempti sanguine sumus, Ob diem natalis tui Hymnum nouum concinimus.*

Hie. in hom. Domi. uigesimæ post. pen. Euseb. Psal. 102. Psal. 45.

15 Aduertendum est, quòd Christi sanguis fuit nostra redemptio. Apoc. 5. Redemisti nos Domine in sanguine tuo, Et archiapostolus ait; scientes, quòd non corruptibilibus auro, uel argento, redempti estis: sed pretioso sanguine, quasi agni. Secundò est Christi sanguis peccatorum ablutio; Apoc. 1. Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis. Tertiò est Ianuæ cælestis apertio. Vnde Apostolus: habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi, qui initiauit nobis viam nouam. Quartò est eductio de inferno. Vnde Zacchar. 9. Tu autem in sanguine tuo eduxisti uinctos de lacu, in quo non est aqua.

Apoc. 5. 1. Pet. 1. Apoc. 1. Hebr. 10. Zac. 9.

16 Porrò hymnus: ut in præfatione primi libri diximus: nuncupatur propriè laus Dei, deuotioni accedens. Psalmus verò laus Dei ad bene operandum inducens. Canticum spiritualem iucunditatem ex diuinorum, atq; cœlestium contemplatione sustollens. Verumtamen vnum eorum pro alio crebrò sumitur. Nam & in primo paralip. fertur, quòd cantores templi Deum laudabant in hymnis Dauid regis. In psal. etiam; Repleatur os meum laude, vt cãtem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam: & repleatur os meum laude,

Psal. 1. Psal. 70.

17 vt cantem hymnum gloriæ tuæ. Vnde dicimus, quòd per nouum hymnum hic possumus intelligere legem Euangelicam. sicut enim per nouum canticum intelligimus testamentum nouum, ad differentiam testamenti veteris: sic hoc loco per nouum hymnum, nouum canticum, & nouam legem intelligere haud dubiè possumus. Vnde Basilius magnus dicebat super illis psal. 32. verbis cantate canticum nouum; Hoc est, inquit, non in legis & scripturæ vetustate, sed in nouitate spiritus Deum adorate: qui enim legis non historiam, sed spiritualem accipit sensum, hic canticum nouum cantat: sic etiam per psalterium 10. chordarum intelligitur lex decem præceptorum in lege euangelica confirmatorum, & quia nouus homo nouum canit hymnum.

Basil. mag.

In eadem Natiuitate Domini Alius Hymnus Quintus.

NOstra sancta mater ecclesia in superiori cantico edixit nobis: quòd cęlum, terra, mare, & omne, quod in eis est, Deum prædicat, laudat, atque præconizat; & benè. siquidem ab ortu solis vsque ad occasum vniuersus terrarum orbis eum principem canit, & prædicat, atque cum laudibus exaltat. Ideo nos quoque, qui eius pretioso redempti sumus sanguine, sic illum iure quidem optimo exaltemus dicentes. *A solis ortus cardine Ad vsque terræ limitem Christum canamus principem: Natum Maria virgine*: & quæ sequuntur. In quo quidem hymno describuntur mysteria natiuitatis Dominicæ, quomodo virgo puerpera enixa est Christum, qui non horruit stabulum, & præsepe: & illis mysterijs laudandæ ipsius misericordiæ materiam proponit sancta mater ecclesia: inuitamur ergo nos in istis quatuor primis versibus ad Deum canendum: sequentes vsq; ad penultimum versum bonitatem erga nos Dei celebrant. Octo vltimi versus describunt gaudium, & Angelorum, & pastorum. Et nota, quòd primus habet literam A. secundus B. tertius C. Et sic deinceps. Porrò hymnus iste est velut quoddam epithalamium, quod Christo nato, tamquam carissimo suo sponso cantat mater ecclesia. Nam cum in præcedenti admirata sit eius diuinitatem ad tantam humilitatem demissam, &c. Modò canit modum seruatum huius ineffabilis demisionis, & colore ferè poetico conuocat orbem terrarum ad audiendum huius magni principis epithalamium. Hæc itaque magna, ineffabiliaq; prædicat: primò cantat hunc principem ex virgine natum esse, & à sæculo tale factum nusquam auditum; vt ibi; *A solis ortus &c.* Secundò hoc factum non fuit necessarium, quandoquidem per se ipse erat beatus. Tertiò corpus, quo posset seruire nobis, induit, ut ibi Beatus author. Quartò hoc fecit, quia cogente iustitia, oportebat perdere opus suum; ne perderet ergo, quod condidit, seruiuit nobis in peccatis nostris: ut ante Isaias prædixerat: Nempe in carne sua delens chirographum decreti, quod erat contrarium nobis tollens de medio, & affigens illud cruci. Sextò hoc magnum mysterium, nunquam auditum in terra, quòd humanum pectus statim caperet, ut illius templum, quem cœli cęlorum non capiant, nempe Deum corporaliter inhabitantem enixa est virgo, & hoc nunquam fuit, nec erit. Septimò ecquem est enixa illum videlicet, quem iam prædixerat Gabriel Angelus, nempe Emanuelem, idest Deum in nostra natura: & hęc dicuntur ibi, Castæ vsque ad uersum, Quem Gabriel, inclusiuè. Col. 2. Luc. 1.

Octauo, ne tam magnum opus lateret nostram naturam: Deum videlicet, hominem factum esse; aliud non minus mirandum annectitur, nempe Ioannem nondum natum; sed adhuc in utero matris clausum, gestientem, ac exultantem agnouisse venturum esse Deum hominem factum: ut ibi: *Quem matris aluo, &c.*

Nono, consolatur nos (quia propter tanta mirabilia exterrefacti non auderemus ad illum accedere) suam demonstrando humilitatem: quando pro suo strato fænum habuit: pro suo lecto præsępe sibi elegit: pro suo cibo nec lac ad satietatem suxerit; sed modico fuit contentus: cum nihilo minus ille sit, qui cęlestes aues, idest, Angelos alit, & hæc ibi: *Fœno iacere, &c.* Decimo in tanta humilitate

militate non desunt honores tam cęlestes, quàm terrestres: Nam gaudent Angeli; & *Pastoribus* nunciatur pastor omnium, atque creator; vt ibi; *Gaudet chorus,&c.* & sic hic est etiam panegyricus, vt diximus, carminaq; laudatoria: quæ suo sponso ecclesia in suo concinit epithalamio, quod tandem in illius gloriam
2 complet; sic finiens; *Gloria tibi Domine,&c.* Istis sic præcognitis: consideremus
Psal. 112. modo verba ipsius literæ, ac textus. Itaque ipsius ortus solaris est plaga cœli
3 orientalis, vnde sol oritur; limes verò, siue extremitas terræ est occidua regio. Et hic primus versus hortatur nos: ut Christum canamus non in uno tantum loco, sed ab oriente: vbi principium est ortus solis, vsque ad finem, & terminum
4 terræ oppositum, scilicet occasum. Et aduerte, quod cardines terræ sunt poli.
1. Regum. 2. Nam in Annæ cantico libro regum dicitur: Domini enim sunt cardines terræ, posuit super eos orbem, oriens, occidens, meridies, & septem trio, sunt mundi situs, seu partes: super eos enim mundus hic sensibilis constitutus est, ut ianua super cardines, in quibus voluitur.

Quandoq; tamen cardines terrę sunt, (mysticè) cardinales, prælati, prædicatores, & pastores: super quos, orbis, idest, ecclesia fide eorum stabilita, reponitur ac consistit: Et hoc videtur innuere Anacletus. 22. dist. sacrosancta: & Leo Papa in c. Ministerium de off. archipresb. Vlterius natiuitas Christi triplex est, scilicet diuina, & æterna ex corde patris: Humana, & carnalis ex vtero virginis, & gratuita, siue spiritualis, qua in eorum mentibus generatur, qui conuertuntur ad ipsum, seu regenerantur in ipso; quæ tres natiuitates Christi sumuntur secundum tres naturas, quæ sunt in Christo, scilicet, deitas, caro, & spiritus. Namipse ex patre nascitur Deus. Ex matre caro, in mente nascitur spiritus, scilicet per gratiam, ex patre nascitur semper, ex matre nascitur semel: in mente nascitur sæpe. Secundum natiuitatem diuinam Christus habet patrem sine matre, secũdum humanitatem matrem sine patre, secundum gratuitam habet patrem, & matrem: iuxta illud Matthęi. 12. Qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus, & frater, & soror, & mater est. Has tres natiuitates repræsentat sancta Ecclesia, in hac nocte sancta natiuitatis eius: primam, scilicet, diuinam in missa, quæ cantatur in nocte: Est enim hæc natiuitas occulta. Isai. generatio nem eius quis enarrabit? Secundam in missa, quæ cantatur in aurora: quia natiuitas humana partim fuit occulta, partim manifesta. Occulta quidem quãtum ad modum, quia natus de virgine, sed manifesta, quantum ad factum. Tertiam, scilicet gratuitam, & spiritualem, in missa, quæ cantatur in die; quia natiuitas gratuita est manifesta, in qua Christus per affectum concipitur, per effectum nascitur. Quapropter concludimus natiuitatem Christi hoc in loco esse humanam, & ex matre. Vnde dicit textus: *Natum Maria Virgine..* Si modo (ultra sensum datum, nempe quòd non in vno tantum loco canere debemus, hunc natum Maria virgine, sed à principio, ad usque terminum terræ) volueris his uer sibus dare hunc alium sensum. ecce dic sic. A solis ortus cardine, hoc est à die, qua exorti, ac nati sumus, Adusque terrę limitem, idest, vsque ad finem uitę nostræ, Christum hunc sic natum Maria virgine semper canamus. Vel à die resurrectionis Domini N Iesu Christi (sicut enim occasus solis mortem eius, ita exortus solis resurrectionem significat) usque ad finem mundi, & consummationem sæculi, & adusque diem iudicij, semper Christum sanctum canamus, & laudemus. Et meritò canere debemus hunc principem: siquidem *Beatus a*-

22, dist. sacrosancta, & cap. ministerium, ext de of. archipresb.

5 (dum tres naturas)

Matt. 12.

6 (tat sancta Ecclesia)

Isai. 3.

thor

thor sæculi Seruile corpus induit: Vt carne carnem liberans Ne perderet quos condi- 7
dit. Hæc sententia alludit ad ea, quæ Apostolus ad Philip.2. de Christo ait: 7.Philip.2
qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se esse æqualem Deo:
sed humiliauit semetipsum formam serui accipiens,& habitu inuentus, ut ho-
mo. Itaque seruile corpus hic dicitur corpus humanum:quòd humana natura,
secundum se est serua,& subiecta Deo.Induit autem Christus hanc serui formã,
& seruile corpus, ut carne sua,carnem, naturamque humanam liberaret ab in-
teritu,& exitio mortis æternę. Item quinque modis naturam Christus humanã
assumpsit,scilicet misericorditer,Apost.ad Tit.3. secundum suam misericordiã 8
saluos nos fecit. Vtiliter,scilicet pro salute nostra; psal.73. Operatus est salutẽ Tit.3.
in medio terrę,sapienter,quia assumpsit bonum naturę reprobando malum cul- Psal. 73.
pę.Isai.7.Butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bo-
num,fortiter,quia sic assumpsit naturam humanam, quòd nunquam deposuit
eam;quia post mortem vnita fuit diuinitas carni in sepulchro,& animæ in infer Isai.7.
no,mirabiliter,quia coniuncta sunt in carne,summum,& imum:hoc est,Deus,&
limus. Vnde ex istis apparet, quòd quamuis infantem suum obliuiscatur, ma- Isai.49.
ter:non tamen Christus nostri oblitus est. Cæterum per sæculum homines
in hoc sæculo accipere debemus:quando quidem in hoc sæculo, durationeque
temporali vitam agunt, vel per sæculum mundum intellige, & entium vniuer-
sum. Veruntamen & modus,quo Christus seruile induit corpus,sic fuit.
Castæ parentis uiscera Cœlestis intrat gratia. Venter puellæ baiulat Secreta, quæ non
nouerat. Cœlestis ergo gratia, videlicet spiritus sancti, qui Christi corpus for-
mauit,ex purissimo sanguine magnæ matris Mariæ virginis(non enim Christus 9
ex semine virgineo,aut fœmineo formatus est: Nam hoc puritati virginis non Author ille
conueniebat. Nec etiam secundum Philosophum est necessarium ad genera- In suo Theo
tionẽ:quia aliquæ mulieres concipiunt,sine seminatione.Talis ergo materia fuit logicæ uerit.
sanguis:quia ipse,secundum Philosophum,est etiam in nobis materia generatio- com.li.4.c.8.
nis)intrat,& penetrat viscera castæ matris virginis:& sic bene dicit sanctus Ber-
nardus,cum de Maria ait. Virgo fuit medium, quòd Deus esset homo: nempè Bernar.in li.
ex spiritus sancti operatione: & alibi idem; Virgo parens Christi mihi placa, de cõtemp.
quem genuisti.Venter prætereà puellæ baiulat,ac portat secreta illa, scilicet cœ- mundi.
lestia, quæ diuinus Paulus audiuit,cum in cœlum raptus esset: quæ etiam virgo 2.Cor.12.
ante Christi conceptionem ab Angelo edocta nouerat. In mysterio enim in-
carnationis fuit concursus Angeli nunciantis: Virginis concipientis: Et verbi
Dei carnem assumentis:& sic. *Domus pudici pectoris Templum repentè fit Dei.*
Intacta nesciens virum Verbo concepit filium. Pro intelligentia horum quatuor 10
versuum reminiscere, quæ paulo ante circa proximè præcedentes alios quatuor
versus fuerunt dicta.nempe cooperante spiritu sancto Christum conceptum, ac
natum esse ex purissimis virginis Mariæ sanguinibus:& proinde dicitur intacta
virum nesciens quia neque semine virg neo, vel fœmineo:sed verbo ipsa con-
cepit filium. Et nunc ex istis,& primis duobus versibus colligamus: quòd ho-
mo est templum spiritus sancti:quod etiam testatur Paulus ad Cor.6.scribens. 1.Cor.6.
Nam Mariæ aluus, & pectus factum est templum Dei. Prætereà sequitur: 11
Intacta nesciens virum.idest virgo Maria carnis commixtionem non cognouit,
sed verbo,idest,operante spiritu sancto, & virtute ipsius:vel verbo, scilicet Ma-
riæ virginis respondentis Angelo: ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum ver-
bum

ſum regem Angelorum ſola virgo lactabat vbere de cœlo pleno cantat eccleſia 13
ſancta. Porrò per iſtum tamen Chriſtum nec ales, ideſt, auis aliqua eſurit ſecundum diuinitatis virtutem, & omnibus ſapientiſsimè prouidet:ſua enim prouidentia (ut tactum eſt) volatilibus etiam cœli cibum congruum ſubminiſtrat. Dicebat namque Dauid; Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum Pſal. 149.
inuocantibus eum:& in pſal. 103. ait: Omnia à te expectant, ut des illis eſcam in Pſal. 103.
tempore opportuno, de Chriſto intelligens. Vnde & alibi dominus dicebat, Reſpicite volatilia cœli: quoniam non ſerunt, neque metunt, neque congregant in Matth. 6.
horrea, & pater veſter cœleſtis paſcit illa, ideſt, nutu Dei aluntur, ò munificentia Dei magna, qui volatilibus; quibus nulla colendi terras induſtria, nullus de ſegetum fœcunditate prouentus eſt, indeficientem ſua prouidentia ſuggerit alimoniam. Vnde ibi ducit nos Dominus (inquit Hēricus in Matth. 6.) ad conſideranda maiora opera, quatenus de rebus minoribus maiora perſuaderi poſsint. Henricus.
Nulli enim dubium eſt, quòd homo eſt maius, quàm aliquod volatile. Homo ad Dei imaginem, & ſimilitudinem factus eſt, volatile uero eſt quædam creatura, ſed tamen irrationalis, & cum moritur, corpore, & anima moritur: Homo uerò quamuis moriatur corpore, anima tamen viuit Deo: quaſi dicat, ergo non ſolum ipſe Chriſtus exiſtens in præſepio eſt iumentorum pabulum: Verùm & 14
alites, & volucres nutrit: uel per alitem, & uolucres credentium animas intellige. Volucres enim, & alites ſecundum beatum Hieronymum in homilia. 3. dominicæ epiphaniæ, animas etiam credentium, vel fortitudines Dei ſeruitio mancipatas, in ſcriptura ſacra indicant. *Gaudet chorus cæleſtium: Et Angeli canunt Deo. Palamque fit paſtoribus Paſtor creator omnium.* Chorus ergo, ideſt, multitudo militiæ cœleſtis gaudet gaudio magno, quod erit omni populo: quia natus Hieronym.
eſt ſaluator mundi. Et Angeli, hoc eſt, Throni, Dominationes, poteſtates, ac 15
omnes cæteri Angeli canunt, ideſt, gratias Deo referunt pro tanto beneficio collato, qui dignatus eſt pro nobis naſci: & dicunt; Gloria in excelſis Deo, hoc eſt, Luc. 2.
inquit Beda in homil Natiuit. Domini, apertè gloriam Deo dicunt, pacem prædicant hominibus: quia illum, cuius natiuitate lætantur, mediatorem Dei, & hominum, hoc eſt, Deum eſſe uerum, & hominem, norunt. Gloriam inquam, in excelſis Deo cantant: quia iam veniſſe tempus illud exultant, quo mundus abiectis dijs, qui ab hominibus facti ſunt, conditorem ſuum, qui in cęlis eſt cognoſceret. Sit igitur nobis, inquit ipſe, fratres cariſsimi, communis iſta ſolennitas terreſtribus cum cœleſtibus: Nec tamen iſta ſolennitas, ſed & omnis noſtra conuerſatio ſit ſupernorum ciuium apta conſortio. Meditemur interim in via, qđ habere deſideramus in patria. Concordemus etiam nos in quantum ualemus uitæ illi mundiſsimæ beatorum ſpirituum, cui tunc aſſociari ſperamus interna puritate mutuæ dilectionis: ſi diuinæ laudationis dona, quibus in futurum vacare cupimus, etiam in præſentia ſectemur. Vltimo, nota hic, quòd dum Angeli 16
canunt gloriam Deo, fit palam paſtoribus temporalibus paſtor omnium (inquit 2 q. 7. teſtes
Damaſus Papa 2. q. 7. teſtes) paſtorum: qui Chriſtus eſt, natus Maria virgine: quique Paſtor ouium ſuarum ideſt, & ciuium ſupernorum, & omnium fidelium hic in terris uitam agentium dicitur: Verbo enim, & exemplo paſcebat oues ſuas. Vel dicitur paſtor omnium, in quantum & ales per eum non eſurit: ſed ab eo datur eſca omni carni. Vel paſtor dicitur, in quantum incorporat nos eccleſiæ per ſacramentorum participationem.

In festo sanctorum Innocentium ad matutinum Hymnus sextus.

Prudentius author. AVDIT tyrannus anxius : Adesse regum principem : Qui nomen Israel regat : Teneatque Dauid regiam : § Et quæ sequuntur.

1 In quibus sancta mater ecclesia Herodis Ascalonitæ pessimos affectus, videlicet, tyrrannidis, ambitionis, odij, crudelitatis, infamiæ, imprudentiæ, extremæque cæcitatis describit. Ad quorum intelligentiam referam non-Herodes tyrannus. nulla : quæ apud quorundam sanctorum patrum sermones ego legi.

2 Quare meritò sancta ecclesia vocat Herodem anxium tyrannum : Anxietas siquidem est animi afflictio, quæ inseparabilis est comes tyrannidis. Nec vlla vnquam in mundo fuit, nec erit maior tyrannis Herodls tyrannide : Nam reliqui crudeles, & sæui dominatores in puros homines crudelitatem, sæui-Herodis ambitio. tiamque suam; hic autem impius disposuit illam exercere in Deum hominem factum. Et quia in ipso magnam sedem ambitio tenebat : meritò anxietas Herodis odium. ipsum affligebat : Vt enim regnaret, & timens, ne perturbaretur : odio etiam proprios filios prosequutus est. Iratus enim est valde, tum propter sui contemptum, tum etiam propter timorem amittendi regnum : Ideò mortem puerorum Bethlemitarum tractauit : vt cum il is occideretur ille, qui incognitus sibi fuit. Putabat enim, quòd si omnes pueri interficerentur, unus, quem quærebat, euadere non posset; non existimans infelix, quia non est consilium, Prouer. 21. non est sapientia, non est prudentia contra dominum. Dum ergo de nece 3 puerorum disponeret, per epistolam hortatus est à Cæsare Augusto, ut Romam veniret : qui cum iter faceret per Ciliciam, audiens naues Tharsiensium magos transuexisse : iratus ualde in spiritu vehementi, idest, in ira comburi, & conteri fecit naues de Tharso Ciliciæ : quibus magi credebantur occultè re-Psal 47. dijsse, secundum qnod Dauid prophetauerat dicens : in spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Et Roma proficiscens Hierosolymam : misit spiculatorem, & iussit occidi crudeliter omnes pueros, qui erant in Bethlem Iudæ, Herodis crudelitas. & in omnibus finibus eius, & locis adiacentibus, à bimatu, idest, biennes, & minoris ætatis, vsque ad puerum diei, seu noctis vnius, secundum tempus quod à magis de ortu stellæ quæsierat. Deinde ad tantam insaniam deue-Herodis insania. nit, quòd mortem sibi inferre tentauit : Sed in sua anxietate pro aduentu regum principis, quam ipse fuerit imprudens, extremaque percussus cæcitate, ex hoc imprudenti, cæcoque facto patet. Nam non obstante, quòd Herodis imprudentia. ex ministris Dei, & ex diuina scriptura sciscitatur, quæ sit Dei voluntas de Christo, nempe, quo in loco velit nasci : tamen ex Deo sic edoctus audet, & credit se contra ipsius Dei voluntatem Christum Domini occidere posse. O cæca imprudensque ambitio, quàm cæca semper. O quàm præsumptio pessima. O crudelis tyrannis odio, crudelitate, insaniaque referta.

Vnde tamquam amens introducitur sic loqui : § Successor instat, pellimur. ? O anxietas tyrannica quæ, ut vnum perimat infantem, non uereretur perfundere multas sanguine cunas. Vnde bene illi in faciem tantum impingitur nefas, illique exprobratur, quòd tam magnum crimen, vt Deum ad

ad mortem quærat, tantos pueros in funera ponit; nihil illi prodest. Quia inter tot funera suum Christum Deus, contra quem nititur anxius, perfidusque Herodes; cui nequitia est sodalis, cui odiosa est æquitas, iniquitas est semper amica, qui cædibus viuit, qui se munit sanguine, qui crudelitate sæuit, cui de timore stat totum, de amore nihil constat, impune de illius manibus tollit. Vnde sanctus David ait; Nunc cognoui, quoniam saluum fecit Dominus Christum suum. Hæc de malis Herodis affectibus breuiter veniunt consideranda, ut quisuis monitus sit: quàm acerba sit hic etiam in præsenti vita iniquorum sors: & si cæco mundo illustres; splendereque videantur. 4 Psal. 19.

Sed textus expositionem modò aggrediamur dicentes, cur author noster 5
sanctus principio huius hymni posuerit verbum istud, audit: Et quidem cum tyranni cognoscant se mala agere, semper credunt, quòd hominis de illis malè loquantur, & contra ipsos machinentur. Conscius enim ipse sibi, de se putat omnia dici: & ideo audit libenter: sed hic tyrannus Herodes audiens natum esse Iudæorum regem, turbatus est valde. Audit ergo scilicet ab Aethiopibus regibus, qui uenerunt Hierosolymam ab oriente, ut adorarent regem Iudæorum, & puerum natum. Dicit enim textus: siscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur. Subdit textus noster; § tyrannus anxius: Adesse regum principem: Qui nomen Israel regat: Teneatque Dauid regiam. § Vbi adnotandum est, quòd secundum Bartolum (quamquam 6 hoc idem euadat clarum ex interpretationib. bibliæ, quibus hic vti deberem: nihilominus: quia iste non spernendæ quidem authoritatis, sed famosissimus & pijssimus doctor incidit nunc in manus meas; ideò eius dictis nunc hoc loco vtar in tractatu suo de tyrannia, tyrannus dicitur à tyros græcè, latinè fortis, siue angustia: Vnde fortes reges tyranni vocabantur; postea accidit, tyrannos vocari pessimos, & improbos reges, & luxuriosæ dominationis crudelitatem, & crudelissimam dominationem in populis exercentes, à tyros, quod est angustia, quia angustiabant, & cruciabant seruos suos: & tyrannus dicitur à tyros, quod interpretatur angustia, vel tribulatio, siue saluatio, aut fortitudo. Et tyranni cognoscuntur multis modis: Nam illi 7 potentes, & excellentes homines ciuitatis perimere conantur: ne contra ipsos possint insurgere: Videmus namque, quòd fratres, & consanguineos occidunt, vt suum Deum, occidere volebat hic impius Herodes. Matt. 2. Bart.

Secundò sapientes discriminant: ne (cognoscentes eorum mala) arguant, 8
& populum contra ipsos prouocent. Tertio, quod nedum disciplinam, 9
& studium perimunt: sed etiam ipsi operantur, ne fiant sapientes: semper enim timent per sapientiam reprehendi. Quartò quòd spiritualitates, & con- 10
gregationes, etiam licitas non permittant: timentes, ne contra ipsos insurgant. Quintò habent per ciuitates multos exploratores; quia cogno- 11
scunt se male agere: Vnde semper de se dici malè credunt.

Sextò tyranni conseruant ciuitates in diuisione, ut quælibet pars de alia 12
timeat: & sic contra eos non omnes insurgant: qui actus est tyrannicus: quoniam (vt legitur) ad iustum iudicem principaliter spectat quietem ciuium pro- 13
curare. Septimò curant subditos facere pauperes: vt sic occupentur circa curas coram: vnde viuant, & contra eos non contingat aliquid machinari. L. congru't ff. de of. presi.

Octauò procurant bella, & mittere bellatores ad partes extraneas, ut in-

14 terim non cogitent contra eos: & quia propter bella depauperantur homines,
& à studijs auocantur; quòd tyrannus quærit. Nonò, quòd custodiam sui
15 non faciunt per suos: sed per forenses: timent enim de ciuibus.
Decimò cum in ciuitate sunt partes, semper vni adhærent: vt cum illa
16 aliam fugent. Hæc Bartolus: Hoc enim, inquit, Basilius magnus in prin-
17 cipium prouerbiorum: tyrannus à rege differt, quòd ille sua ipsius quomo-
Basil.mag. docunque, & vndecunque respicit, ac tuetur: hic subditis consulere tantùm
quærit. Hæc itaque supra dicta: immo multo nequiora, cum in Herode om-
nium tyrannorum pessimo, ac nequissimo essent, videns ipse, quòd illusus
Math. 2. esset à magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant
18 in Bethlehem, in omnibus finibus eius à bimatu, & infra. Huic etiam pes-
Exod. 1. vsq; ad 10. simi Herodis nequitiæ non absimilis fuit illa Pharaonis: Varias enim adin-
uenit nequitias Pharao, ut posset extinguere, vel ad numerum paruum redi-
gere filios Israel. Nam eos præcepit duris affligi laboribus, masculosque oc-
Esther. 3. cidi, & in fluuium proijci. Aman quoque superbissimus, quia ei Mardo-
chæus genua non flectebat, magis elegit procurare omnes Iudæos occidi,
quàm parcere vni soli. Mira quoque crudelitas fuit cum Nabuchdonosor
Daniel. 3. rex Babylonis fecit socios Danielis in fornacem ignis ardentis mitti: sciebat
præterea Herodes tetrarcha Ioannem Baptistam esse virum iustum, & san-
ctum, & tamen ad petitionem vnius meretricis fecit eum in carcere decol-
lari. Sed quorsum hæc? Amen, amen, dico vobis, isti receperunt merce-
19 dem suam. Ad hæc aduertendum est etiam, quòd (insistentes circa nostrã
expositionem) Israel interpretatur (secundum interpretes Bibliæ) vir videns
Deum iuxta illum versum, Is vir, raque videns dicitur, elque Deus: estque
20 nomen indeclinabile sicut Adam, Abraham, Dauid, & huiusmodi. Itẽ aduer-
tendum est etiam, quod Iacob habuit (ut dicemus infra latius in hymnis de
omnibus sanctis) duodecim filios: ex quibus processerunt duodecim tribus Iu-
dæorum, quæ dicuntur tribus Israel. Regat igitur nomen Israel, idest, filios
Genes. 32. Iacob, qui & Israel dicitur, & regat etiam illas duodecim tribus. Et aduer-
21 te, quòd illi sunt filij Israel secundum spiritum (nam secundum carnem
sunt Israelitæ) solum, qui sunt benedicti per Christum, & in Christo per
baptismum: & qui sunt directi à Christo per legem euangelicam; quia isti
sunt verè filij Israel, videntes Deum per fidem, & quia receperunt Chri-
stum, & tenent eum fortiter, & isti sunt benedicti, & confortati per eccle-
22 siastica sacramenta. Et per consequens populus Iudaicus falsò dicitur Is-
rael cum nullam supra dictarum conditionum habeat, immo totum opposi-
tum fecit: quia non solum non recepit Christum, sed & ipsum crucifixit: &
23 sic non videt Deum, immo manet cæcus, & maledictus. Secundò scien-
dum nobis est, quod regia significat aulam, siue palatium regis.
Teneat ergo Dauid regiam, idest, iste princeps regat palatium, aulam,
domicilium, ac familiam ipsius regis Dauidis. Erat enim Dauid rex Is-
2. Reg. c. 12. rael: cui à Deo data fuit domus Israel, & Iuda: siquidem dicitur in secun-
do libro regum capit. duodecimo, ego vnxi te in regem super Israel, dedi-
que tibi domum Israel, & Iuda: & si parua sunt ista, adijciam tibi mul-
29. 7. nos sic §. item cum Dauid. tò plura, & maiora: quod etiam innuitur. 29. 7. nos sic. §. item cum Dauid.
Et quia audit iste tyrãnus natũ esse Christum; ideo § Exclamat amens nuncio:
Successor

Succeſſor inſtat,pellimur:Satelles i, ferrum rape : Perfunde cunas ſanguine. §

Refert ſanctus Seuerianus in ſermone de Innocentibus :quòd cum Herodes Seuerianus. cognoſceret ſe illuſum ab eruditione,& nunciatione magorum,ſtridebat cadens 24 ipſe in laqueum, quem tetendit; & ipſe cæcus Chriſtum gladijs quærebat, inueſtigabat cruore, crudelitate rimabatur, timens ſucceſſorem : & ſic de fide perfidiæ ſumit arma,& terreno quærit feruore,quem natum cęlitus non credit: ex quibus verbis Herodis inſania, & dementia apertè detegitur : Nam non ſolum non conſiderabat, quid ipſe ageret, aut ſatellitibus quid loqueretur, ac diceret : Verùm etiam omninò ille mente ſua deſtitutus inſaniebat.

Nuncio ergo, ideſt, magorum dęnunciatione : quos venientes ab oriente Hieroſolymam, & dicentes : Vbi eſt Rex Iudæorum ? Vidimus ſtellam Math. 2. eius in oriente; & venimus adorare eum ; audiens tyrannus Herodes Aſcalonita turbatus eſt, & omnis Hieroſolyma cum illo. Amplius ſucceſſor, inſtat, ideſt rex Iudæorum, & Dominus dominantium Chriſtus, Maria virgine natus : de quo Ioan. in ſuis reuelationibus ſic fatur : & habet in veſtimento, & femore ſuo ſcriptum : Rex regum, & dominus dominantium. Apoc. 19.

Cæterum ſatelles : quamquam aliquando apud iureconſultos accipiatur 25 in bonam partem, hoc eſt, pro legum compoſitore : ut cum imperator Iuſtinianus ait : Omnia igitur ſunt confecta Domino,& Deo noſtro Ieſu Chriſto poſsibilitatem tam nobis, quàm noſtris in hoc ſatellitibus, præſtante.

Et aliquando pro miniſtris; & rectoribus iuſtitiæ ac ciuitatum : vt cum ait idem imperator : & oratores maximi, & iuſtitiæ ſatellites fælices inueniantur. Et aliquando etiam pro aulicis, ſiue ſeruientibus : Clemens Papa : vt ſuas coram eo proponeret actiones, ſed à ſatellitibus eiuſdem prohibita : qui eis bis, vel tertiò prohibuerunt ingreſſum.

Et aliquando etiam vocantur ipſi ſatellites aſſaſsini : (à qua ſignificatione non longè abeſt ab expoſitione ſatellitis hic poſiti) vt cum ait Innocentius Papa : Cum igitur illi, qui ſic horrenda inhumanitate, deteſtandaque ſæuitia mortem ſitiunt aliorum, vt ipſos faciant per aſſaſsinos occidi : Tamen hoc in loco, illum militem dicit, & ſignificat, qui mercede conducitur. Vel etiam miniſtrum crudelitatis, ſiue facinorum, qui fortè & carnifex dici poteſt. I ergo ò ſatelles, & accipe, apprehendeque gladium, & perfunde ſanguine cunas, ideſt, infantes ; continens pro contento; & nemini parcito : & diligenti inquiſitione da operam, ut omnes iſti pacti interficiantur.

Vertit ſe modò ſancta Rachel ad impium Herodem, acriter illum obiurgans, & increpans ; maximo enim filiorum ſuorum afficitur dolore ; & ſic illum affatur. § Quid proficit tantum nefas ? Quid crimen Herodem iuuat. ? Vnus inter tot funera Impunè Chriſtus tollitur. §

Hic fortè videbatur alicui à ſubiecto propoſitæ materiæ nos receſsiſſe : cum 26 diximus ; Rachel ſe ad impium Herodem vertiſſe, acriterque illum obiurgaſſe : ſed non eſt ſic ; quoniam cum eccleſia ſancta ſit; quæ cantat hymnum hunc ; & Rachel eccleſia interpretatur, ſeu fidelis anima ; ideo non male diximus : Nam Rachel, quæ ouis, aut videns Deum dicitur, cuius tota intentio, vt videret eum, inuigilat ; eſt eccleſia ſancta, ideſt, illa ouis centeſima ; quam paſtor bonus relictis alijs in cœlis nonaginta nouem ouibus Angelicarum virtutum,abijt quærere in terram,inuentamq; ſuis impoſuit humeris; Luc. 15.

& sic reportauit illam ad regem, & ita ouis habet suos agnos, qui hodiè occi-
27 duntur ab impio Herode. Sed quid prodest Herodi crimen: cum ex tot occisis pueris impunè euadat Christus? qui futurorum præscius, conscius secretorum, cogitationum iudex, & mentium perscrutator, natus rex cœlestis, non neglexit milites innocentiæ suæ, atque coetaneum sibi exercitum: Sed illum quærit, atque illis ante dedit triumphare, quàm uiuere: quos fecit sine certatione capere uictoriam, quos donauit coronis, antequam membris: quosque uoluit virtutibus uitia præterire, ante cœlum possidere, quàm terram. Præmisit ergo Christus suos milites, non amisit, recepit suas acies, non reliquit.

Cæterum quòd Christus Dominus ipse, ne occideretur ab Herode: impunè euasit, significat (secundum Bedam) electos sæpius improbitate malorum suis effugandos sedibus, uel etiam exilio damnandos. Vbi simul exemplum datur nobis Christi fidelibus, ne dubitemus rabiem persequentium: vbi opportunum fuerit, declinare fugiendo, cum hoc Deum, ac Dominum nostrum fecisse meminerimus. Quòd verò occisæ sunt turbæ paruulorum,
28 mortem humilium spiritu, quos a se fugato Christo Herodes perimere conatus est, designat. Sed vbi dicitur, quod Christus impunè tollitur, talis sententia conuenit dictis, quæ in libro primo de partu virginis cantat Sannazarius, cum ait. ¦ Sed quid ego, heu, dira consperfos cæde penates infantum: & subito currentes sanguine riuos Aspicio? tristisque meas uagitus ad aures Fertur? Iò scelus est partus iugulare recentes. Crudelis: quid agis? nihil hi meruere: neque illum, quem petis, insano dabitur tibi perdere ferro. ¦ Christus, dico, tollitur, & eripitur a facie Herodis: & sic fugit, & euadit incolumis, & liber. Nam Angelico monitu (Matth. 2.) summotus est in Aegyptum. Dixit enim Angelus ad Ioseph; Surge, & accipe puerum, & matrem eius, & vade in terram Israel. hoc idem alibi etiam legitur. Demum, ubi dicit, funera, possumus dicere cadauera. ¦ Gloria tibi D.q.e.de.c.f.p. ¦ &c.

Beda in homil. diei festi Innoc.

Sannazarius.

Matth. 2.

In Festo Sanctorum Innocentium ad Laudes Hymnus Septimus.

1 ECclesia sancta in superiori hymno impij Herodis pessimos aduersus sanctos Innocentes descripsit affectus; Restat modò, ut pulcherrimos in pueris compassionis, uidelicet, pietatis, dulcedinis, & gaudij affectus præconizet. Quid igitur de sanctis Innocentibus paruulis (quibus Herodes impius magis profuit odio, quàm profuisset obsequio) cantat sancta mater Ecclesia audiamus. ¦ Saluete flores martyrum: Quos lucis ipso in limine, Christi insecutor sustulit: Ceu turbo nascentes rosas: ¦ & reliqua. In quibus mater Ecclesia, sanctorum Innocentium, in hoc sancto hymno præconia, & laudes depromit, ac profert, nempe, quòd beatorum Christi martyrum sunt primitiæ, ac uelut prima efflorentia a truculento Herode in principio uitæ suæ pro Christo cæsi. Quare eos salutando ueneratur sancta mater Ecclesia, tamquam nobilissima totius martyrum Chori ornamenta, flores eos martyrum uocando: ut ibi in primo uersu. Nam quis ignorat, flores ad ornamen-

tum

tum esse, & simul uberes promittere fructus, ueluti isti sancti Innocentes protenderunt? Protenderunt namque abundantissimos prouentus, quibus horrea cœlestia adimplenda erant. Cum illud frumenti granum è cœlo in terram cadens, mortuum fuisset, ne uiuum remanens, solum sine fructu maneret. Sed nec hoc sine pia compassione ipsa sancta Ecclesia rememorare, cantareque potest: Nam & uerbis, & opere luctum demonstrat. Videmus etenim, quòd ipsa se exuit uestibus suæ iucunditatis in festo istorum sanctorum Innocentium; & obscuris se induit, ad modumque flentium, lugubres emittit voces: deplorans, quod hos paruulos filios in ipso vitæ principio persecutor Christi, ad modum sæuæ tempestatis, & turbinis, omnino, penitusque, ueluti pulcherrimas rosas nascentes sustulit: Ait enim secundus uersus; § Quos lucis § &c. At quid acerbius, & compassione, & pietate magis dignum est, quàm in florum (propter turbationem) prostratione uidere se priuari ab omni spe percipiendorum fructuum? Tertio loco non tamen ipsa desperat propter tantam sæuitiam: immo oculos ad cœlum attollens, illosque fideli intuitu conspiciens, ipsa repletur dulcedine, & exultat præ magno gaudio, & dulci aflatu illos sic alloquitur: § Vos prima Christi uictima. § Sunt enim vituli nouelli, cornua producentes, & vngulas: quibus sacrificijs Deus summopere delectatur. Quartò illos ipsa in spiritualibus delitijs habens, simplicesque ante ipsius aram illos intuens, gaudet in eis: dum veluti ad choream ludunt, & ad uicem congaudentes sese coronis ornant, triumphalique palma (parua in ætate) fortes se ostenderunt, cum ait. § Aram ante ipsam simplices. § &c: Hæc sentit nostra sancta mater Ecclesia, & hæc quælibet fidelis anima contemplando, repletur dulcedine, & gaudio. Cæterùm quæ circa enodationem huius hymni ueniunt obseruanda, sic consideremus: Caue igitur tibi, ne dicas hoc loco, hanc salutationem, quæ fit istis sanctis Innocentibus, esse optatiuam salutis: (inueniuntur enim secundum authorem illum in suo compendio, salutationes optatiuæ salutis. ut 2.Regum.16. Salue rex; salutationes gratiæ. Apost. gratia vobis, & pax. salutationes gaudij Tob.5. gaudium tibi semper sit. Salutationes benedictionis Ruth. 2. Benedicat tibi Dominus) vel gratiæ, uel gaudij, uel benedictionis; quia ad hoc non salutamus eos, ut cupiamus eos saluos fieri. Nam iam salui, & coronis coronati ante Christi altare ludunt, Deoque fruuntur: sed potius salutamus eos: exprimentes gaudium, & lætitiam, quam sentimus, & nos in corde nostro ob id, quòd eos saluos iam esse cernimus; quia iam adepti sunt regiam illam: in qua æternaliter uiuitur, ac ubi palma, coronisque in sempiternum luditur.

Ioan. 1. Nota. Compassio, & pietas Ecclesiæ in pueros. 3 Dulcedo Ecclesiæ in nascentes rosas, & gaudium. Psal. 68. Gaudium Ecclesiæ in pueros. 4 Lib. 4 c. 2. 2. Regum. Rom. 1. Iob. 5. Ruth. 2.

5 Ad hæc, limen quamquam sit primus domus ingressus, & quod ianuæ subijcitur, tamen hoc loco uitæ introitum significat, ut sit sensus: quòd Christi insecutor, & persecutor Herodes, immo, & quilibet malus, istos flores, ac primitias martyrum in ipso uitæ introitu, & principio interfecit: non secus, ac turbo, & ventus uiolentus, & discutere, & deijcere solet, & sustollere rosas primum nascentes. Et dicitur in ipso lucis limite, idest, in primo Christi in hunc mundum ingressu. Vel (melius fortè) in principio vitæ puerorum, cuius ingressus, & natiuitas, illuminationis nostræ uitæ, ac redemptionis, siue liberationis est initium. Et dicuntur flores martyrum, secundum Augustinum; quia eos in medio frigore infidelitatis exortos, ueluti primas erum-

pentes Ecclesiæ gemmas, quædam persecutionis pruina decoxit. Postquam sancta Ecclesia sanctos infantulos martyres salutauit: incipit statim ipsos magnificare, cum iam apud Deum cum palma eos præ infinita lætitia ludere sentiat, & sic pergit; { Vos prima Christi victima: Grex immolatorum tener,
6 Aram ante ipsam simplices Palma, & coronis luditis. } Victimam appellat sancta Ecclesia innocentes ad similitudinem eorum animalium, quæ vincta, ac ligata ad aram ducebantur: ut Deo immolarentur: & isti infantes; & Innocentes sunt prima Christi uictima martyrum, sunt enim, ut diximus, isti sancti infantes vituli nouelli, cornua producentes, & ungulas: qui sunt verè de
Psal. 68. grege illorum agnorum, qui immolati fuerunt absque macula, & masculi, &
Exod. 12. 7 anniculi iuxta Domini præceptum fuerunt. Porrò palma est arbor omnes alias arbores superans in rectitudine, & altitudine, & eminentia. Et quia videtur cœlum attingere, ideò datur victoribus in signum triumphi: similiter corona datur agonizantibus, & certantibus in ludis Megarensibus, & Olym-
2. Tim. 2. piacis in signum uictoriæ, & triumphi. Vnde Apostolus dicit. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Apposite etiam quidem, & accommodate dicit Ecclesia, luditis: quandoquidem designatur infantilis eorum ætas, quæ leuibus ludis occupatur. Sed ipsi iam in cœlum euecti, sic Deum lau-
8 dant: { Gloria tibi Domine. Qui natus es de virgine; Cum patre, & san-
Chrysost. in serm. in natali Innocen. cto spiritu. In sempiterna sęcula. } Amen. Et secundum Chrysostomum in gloriam Domini primam vocem ipsi aperiunt; quia facti sunt diserti laude: qui fuerunt imperiti sermone: offerunt Domino primitias linguæ, nouos oris immolant fructus, uerborum principia libant: Norunt laudare Christum: Erigitur namque infantium ætas in laudem, quæ delictorum non nouerat crimen. Dignus a dignis laudatur; & innocens innocentium testimonio prædicatur. Miscent nunc cum Domino colloquia, quibus humana negata sunt uerba.

In Epiphania Domini ad Vesperas Hymnus Octauus.

SAncta mater Ecclesia saluatoris sui iam nati laudes, & miracula prædicare numquam cessans: magnam profectò contra impium Herodem, qui, auta Christi natiuitate, amittere regnum timuit: ideò multos biennium (ut plures sanctæ Ecclesiæ volunt Doctores) interfecit pueros: conclamationem facit, sic inquiens, & illum obiurgans. { Hostis Herodes impie: Christum ve-
Sedulius author. nire quid times? Non eripit mortalia, Qui regnat dat cœlestia. } &c. Vbi aduertendum est, quòd hymnus iste continuatur sic superiori; qui legitur in natiuitate Domini. Vbi etiam diximus, quòd Christus natus pertulit iacere in fœno: Vnde Herodes de natiuitate eius ira accensus: occidit multos pueros: timens ne amitteret ob talem Christi natiuitatem regnum: Sed hoc loco dicit nostra mater Ecclesia, quòd non deberet timere: quandoquidem ille,
Apoc. 19. qui est rex regum, & Dominus dominantium, non uenit: ut ei regnum auferat, sed ut totum mundum in crimine implicatum, ac inuolutum in pecca-

tis liberaret. Secundò (si benè hoc ipsum consideremus canticum) Ecclesia sancta primò proponit: cum ait; § Hostis. § &c. Secundò tria in ipso detegit, ac declarat hodiernæ diei sacramenta: stellæ nempe, apparitionem; Christi baptizationem: & aquæ in vinum conuersionem. Primum, ibi: § Ibant: § Secundum ibi: § Lauacra. § Tertium ibi: § Nouum genus. § Ad hæc no 1
ta; quod quamquam sancta Ecclesia in isto hymno intendat tantùm, quid sit Christus, ostendere; Nam est dies manifestationis, quando idem sonat hęc vox Epiphania, & hoc perfectissimè facit secundus, tertius, & quartus uersus: non tamen potest in primis carminibus non acriter exprobare in faciem Herodis, ignorantiam, & crudelitatem: quoniam quem ipse zelo regni mortalis, & mundani occidere tentat, demonstrat regem esse cœlestem, qui re uera, & cum effectu pro tali, & non aliter uult reputari, atque ob hoc vult a regibus mundi in stabulo adorari, ut Deus, & rex; sed tamen mortalis: siquidem, ut Deus, uult cœlum sibi famulari: ut mortalis uult baptizari; ut homo mortalis sua præsentia conuiuium nuptiale honorat: qui tamen, ut Deus naturæ pater, & creator vnam in alteram mutat substantiam: & id quod suo regimine in rebus humanis fecit in aliquo tempore: in conuiuio fecit ex tempore: ut idem se esse ostenderet. Amplius quæritur hic primò circa textum, qui fuit iste Herodes, qui sibi a Christo regnum eripi dubitabat. Respond. quòd Herodes Ascalonita profectò fuit: sub quo Dominus noster Iesus Christus natus est; qui etiam pueros, ut iam dictum est, seu Innocentes interfecit, ac è medio sustulit; qui etiam & ipse tractare cępit, ut cum ijs infantibus ille, quem ignorabat, Christus nuper natus occideretur. Et ultra 2
hunc impium, & sceleratum Herodem, duo alijs Herodes fuerunt: quorum alter Herodes Antypas: qui fecit beatum Ioannem Baptistam (instigante Herodiade uxore fratris sui Philippi) decollari, & de hoc ratiocinatur Marcus 6. & Luc. 3. Alter uerò fuit Herodes Agrippa, qui fuit Aristoboli filius, & frater Herodis: & iste beatum Petrum coniecit in vincula, volens post Pascha eum producere populo, & de isto Herode dicitur in actibus Apostolorum capit. 12. Quare ultra etiam Gratianum in 23. quæst. 3. cap. 1. & cap. est etiam. Multa de istis tribus Herodibus sermocinatur Iosephus de bello Iudaico lib. 2. cap. 8. & Durandus etiam lib. 7. de decollatione sancti Ioannis Baptistæ recitans hos etiam uersus, uidelicet; Ascalonita necat pueros Antypa Ioannem: Agrippa Iacobum, claudens in carcere Petrum. Itaque dicamus ô Herodes non est tibi iusta ob Christi natiuitatem, & aduentum timendi causa: Nam non uenit ipse, ut auferat tibi regnum temporale, quemadmodum suspicaris, & formidas: Cum ipse, & cœlestia regna suis clargiatur. Vnde Eusebius benè dicit, ne timeas miser: Non enim uenit, ut regnum tibi auferat: Sed ut omnibus de regno expulsis regnum restituat. Sanctus quoque Fulgentius, inquit; Quid turbaris Herodes? Rex iste non uenit reges pugnando superare: Nec natus est, ut tibi succedat, sed ut in eum mundus fideliter credat: & q. d. ô Herodes regnum meum non est de hoc mundo: quia cœli cœlorum sum Dominus: Iam enim dixit ad me pater meus, Cœlum cœli domino terram autem dedit filijs hominum: Habeo enim merum, & mixtum, & in terris, & in cœlis imperium. Nec si esuriero dicam tibi: meus est

Matth. 9. Mar. 2. Luc. 5. Ioan. 2.

Marc. 6. Luc. 3

Act. 12. 23. q. 3. c. 1. & c. est etiam

Euseb. in homil. Epiphaniæ Domini. S. Fulgent. in serm. Epipha.

Psal. 13. Psal. 49.

Psal. 109. est enim orbis terrę, & plenitudo eius, quia non solum terrena moderor: Verùm & sedeo ad dexteram Dei patris mei, vbi & cœlestia curo, & rego. Modò sancta Ecclesia incipit declarare potestatem, quam Christus habet in cœlis, qui magis stellam apparere fecit, & sic sequitur. {Ibant magi quam viderant: Stellam sequentes præuiam: Lumen requirunt lumine: Deum fatentur mu-
3 nere}. Magi hic non dicuntur, qui malefici sunt, aut magicis vanitatibus, sortilegijsque dediti: sed dicuntur magi, quia sapientia pollent, & bonarum scientiarum studio sunt addicti: Vnde tantum diuinis scientijs studuerunt; vt digni
Num. 24. essent videre stellam illam: de qua Balaàm ait: Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab: vastabitque omnes filios Seth:
4 & erit in Idumæa possessio eius. Porrò aliàs Magi dicuntur malefici: ut in
26.q.6 cap. nec mirum C. de malef. l. nemo dist. 37. cap. legimus. cap. Nec mirum. 26. q. 6. & C. de maleficijs L. nemo. Ad hæc magos vocant Persæ, Philosophos Græci: sapientes Latini: Druidas Galli, prophetas, siue sacerdotes Aegyptij. Notatur dem nm de istis magis in cap. legimus dis. 37. quod corpora eorum olim fuerunt Mediolani in Ecclesia sancti Ambrosij, & postea ab imperatore Federico, barba rubea cognominato, translata fuere in Alemaniam & fertur, quòd quamdiu fue runt Mediolani, nunquam fuerunt ibi tem-
5 pestates. Ibant ergo magi, scilicet Gaspar, Melchior, & Balthasar, qui fuerunt illi reges, qui ab oriente (Matt. 2.) adorare venerunt Christum eique mu-
Matt. 2. nera obtulerunt: Nam, vt iste versus dicit, Gaspar profert myrram, thus Melchior, Balthasar aurum. Ibant, inquam, magi, moti ductu illius stellę, quam viderunt præuiam, sequentes illam usque dum peruenirent in Bethleem: factum est enim, vt visa stella, quidquid per eam significabatur, mox intelligerent: non tamen astrologiæ artis demonstratione: sed sancti spiritus illustratione, & lumine,
Luc 2. & claritate stellę illius apparentis: lumen illud, Christum nempe, qui est lumen
6 ad reuelationē gentium, requirunt. Est enim Christus lumen gratiæ, oculum aperiens, est lumen & internę reuelationis, oculum erigens, & lumen est Christus theophaniæ, oculum ad Deum videndum dirigens: De primo Ephes. 1.
Ephes. 1. Deus gloriæ det nobis illuminatos oculos cordis nostri, &c. & psal. 12. illumi-
Psal. 12. na oculos meos, ne vnquam obdormiam. De secundo psal. 88. locutus es in
Psal. 88. visione sanctis tuis: theophanię est lumen Christus, à Deo descendens in animam, & visum animę amplians, & dirigens, vt sub ipsius luminis confortatione possit videri Deus, qui ante videri non potuit: & ideo theophania, hoc est, Dei apparitio vocatur. Christum igitur in stella quærebant, quem diuina inspiratione per stellam significari intelligebant. Vnde bene Isaias ait; Et am-
Isai. 60. bulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Quòd autem magi ab Herode recedunt, & viderant stellam: quid aliud hoc sibi vult: nisi quod & illi, qui à Diabolo separantur, vident iustitiæ lumen? & quid est dicere viderant? nisi quòd viderunt, & intellexerant; quid significabatur, & dicebatur per stellam. Quod autem sequuntur magi stellam, & eos antecedit stella; quid est aliud, nisi ut viam eis ostendat, & ad puerum ducantur. Sequuntur igitur eam, & veniunt Bethlem, stella stat supra domum illam, in qua erat virgo Maria: stat stella supra stellam: Maria enim stella maris interpretatur: stella itaque filius, stella & mater: stella oritur de stella: sed maior quæ oritur, quàm
7 illa, de que oritur. Præterea magi, ut Bethlem uenerunt, intrantes in domum

Mariæ

Mariæ virginis, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes ado- Matt.2.
rauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei aurum, thus, & myrram:
quod est Deum fateri munere. Aurum quippè, inquit Gregorius, regi con- 8
gruit. Thus verò in Dei sacrificium ponitur. Myrrha autem mortuorum cor-
pora condiuntur. Non solum istud hodiè sacramentum, nempe, apparitio-
nis stellæ nobis declaratur, sed &c. § Lauacra puri gurgitis, Cœlestis agnus 9
attigit, Peccata quæ non detulit, Nos abluendo sustulit. § Cœlestis agnus
hic dicitur Christus, qui in Iordane fuit aqua tactus, & à Ioanne Baptista ba- Matth.3.
ptizatus. Vnde apud Matt.3. dicitur, tunc venit Iesus à Galilęa in Iordanem Mar.3.
ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo, ut etiam Marcus cap.3.& Ioan.& iste agnus Ioan.1.
ille est, quem auide desiderabant sancti patres dicentes; Emitte agnum Do- Isai.16.
mine dominatorem terrę de petra deserti ad montem filiæ Sion. In Iordane au- 10
tem baptizat Ioannes, quia secundum quod scribit Albertus magnus, in Iorda- Albertus Magnus in 3.ca.
ne figura baptismi præcesserat in transitu filiorum Israel per vada Iordanis, vt Matth.
Iosue.3.& 4.& in diuisione, quando Elisęus diuisit aquas, percutiendo eas pal- Iosue 3. & 4.
lio Elię, ut 4.Regum 2.& quando Naaman ad præceptum Elisęi lotus septies 4.Regum.2.
in Iordane recepit sanitatem, ut 4.Regum cap.5. Et aduerte, quòd propter 4.Reg.5. 11
tria (secundum quod notatur in Authen. Vt Iusiurandum quod præst. col.2. per Authent. ut
glos. in verbo Christum) Christus voluit à Ioãne baptizari, nempe propter exē- iusiur. præst
plum: vt nos faceremus idem: Omnis enim Christi actio (vt dicitur in procœ- 2.q.1. Deus omnipotens.
mio decretalium Bonifacij in 6. nempe) est nostra instructio. Quare sicut Genes. 17.6.
anima, cuius caro non fuerit præcisa, peribit de populo: ita nisi quis natus, & cap. maiores
renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto non introibit in regnum cœlorum. extra. de ba-
Secundo propter commendationem suæ humanitatis. Tertiò propter vim ptismo. §. ad
regeneratiuam conferendam aquis. Adde & tu quartum hic ab Ecclesia ex- id.
pressum: nempe, ut nos lauaret, & peccata de medio nostri tolleret, & auferret. Ioan.3.
Sicut etiam & ipse circumcisionem multiplici ratione accepit. Primo enim, ut 12
legem, quam dedit alijs, ipse compleret. Secundo vt humilitatem ostenderet;
quia cœrimonialibus, ad quæ non tenebatur, se subiecit: ipse namq; Dominus
legis fuit. Tertiò, ut sanguinem suum pro nobis non solum in ætate virili, sed
etiam in infantili funderet. Quartò, vt nos circumcidendos fore spiritualiter
ostenderet. Quintò, vt hæreticos confunderet: qui dixerunt eum non verum
corpus, sed phantasticum habuisse. Sextò, ut Iudæis satisfaceret, qui scanda-
lizati fuissent, si circumcisionem non accepisset. Septimò, ut legem ve- 13
terem approbaret, quæ vsque ad ipsum obseruanda fuit. Legalia enim se- Aug. in epist. 10. ad Hier.
cundum Augustinum fuerunt ante passionem viua, post passionem Domini tom. 2.
mortua: sed postquam per mundum claruit euangelium, sepulta. Cæterum
lauacrum à lauando dictum est: & significat balneum, aut baptisterium: quo quis 14
commodè lauari possit. Sic igitur ordinemus demum textum. Cœlestis a-
gnus Christus suscipit hodiè lauacrum, hoc est baptismum in aquis puri gur-
gitis Iordanis, & peccata, quæ nunquam commisit, siue secum portauit (talis
enim decebat, ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, & segrega-
tus à peccatoribus, inquit Paulus) ipse à nobis eo lauacro abstulit, & abstersit. Hebr. 7.
Præterea aliud inauditum fecit Deus potentiæ suę genus, quod hic Ecclesia
sic palàm facit, cum inquit. § Nouum genus potentiæ. Aquæ rubescunt hy-
driæ: Vinumque iussa fundere, Mutauit vnda originem. § Sanè aquæ ru-
bescunt

Ioan. 2. bescunt, & flauescunt:& ponit continens pro contento; quia aqua, quæ in illis existere videbatur, facta, & mutata est imperio Dei in uinum: Et vnda, idest, aqua præcepto,& occulto diuinæ uirtutis imperio fudit vinum, mutauitque consequentem originem,& naturam:Natura enim prius aqua erat,nutu Dei,& potestate postea in vinum conuersa est, idest, iussa est à Deo,vt in vinum con-
15 uerteretur. Sed nota, quod istæ hydriç sex(ut præmisimus)sunt: quæ(secũ-
Alber. mag. in Ioan. 2. dum Albertum magnum)significant vasa nostræ purificationis: quæ sunt,misericordia in miseros:commotio zeli in malignos : spiritus contribulatus In deuotionis sacrificio:prægustatio æternorum in cultu diuino : Consideratio nostræ mortalitatis in huius peregrinationis tædio:& sacra meditatio in sacrarum literarum verbi Dei studio. Vas quidem misericordiæ est hydria Rebeccæ.
Genes. 24. Genes.quæ celeriter deponitur de humeris, ut bibat indigena homo, & iumẽta eius:quia compassiones aliorum in humeris portamus, &per miserationis
Iudi. 7. officium hanc hydriam vnicuique,prout competit indigentiæ ipsius, inclinamus. Commotio zeli in malignos est hydria Gedeonis, qui hostes fu-
3. Reg. 18. gauit:dum hydrias confregit. Spiritus contribulatus in deuotionis sacrificio est hydria Heliæ.3. Regum 18.quam super sacrificium quadruplicatum super fundi præcepit,quæ totum sacrificium,& altare perfundit:quia in deuotione,sacrificij contribulati spiritus quatuor sunt necessaria; scilicet purificatio spiritus à peccati contagione:segregatio spiritus à curarum sollicitudine, ut sit vnitus spiritus,spiritus totus contritus, spiritus totus vnitus in virtute:ut procedens
3. Reg. 7. etiam sit ad Deum in cordis, & oris, & operis veritate, & rectitudine. Prægustatio æternæ dulcedinis in cultu diuino, hæc est hydria, quam inter uasa tẽpli fecit Salomon. Quinta hydria est consideratio mortalitatis in huius peregri-
Eccles. 12. nationis tædio. Eccles.Quæ confringitur super fontem quotidiè,quia si mortalitatem nostrã consideramus, tota die confringitur super fontem,ex quo supplementa mortalitatis haurimus. Sexta hydria est sacri verbi meditatio, & hæc est hydria viduæ Sareptanç, & hydria Samaritanæ:de qua sumitur, & verbi Dei farina in panem conuertenda, & aqua literalis intelligentiæ propter spiritũ
3. Reg. 7. relinquenda. Et ideo 3.Reg. 7.Sareptana de hydria sua cibum panis indesinenter exhibuit, postquam à Propheta illuminata fuit de panis illius communicatione in omnes uerbum Dei esurientes, & Samaritana hydriam reliquit,
Ioan. 4. postquam de veritate spiritus illuminata fuit. Ioan. Hæc hydria capit metre-
Maximus episcopus in serm. epipha. tas ternas. Denique hæc tria in hoc pręsenti hymno sacramenta, quid sibi velint egregie declarat Maximus episcopus cum ait. Nam quod eum, scilicet Deum fulgentioris stellæ radijs adorauere magi: Deum verum gentibus spes data est adorandi: Quòd aquæ nouo sunt ordine mutatæ: noui nobis poculi prælibatum est sacramentum. Quòd autem baptizatus est agnus Dei, regenerantis baptismi salutare nobis munus est dedicatum. Igitur { gloria tibi Domine: Quia apparuisti} &c.

In

In Epiphania Domini ad Laudes Matutinas Hymnus Nonus.

NOstra sancta mater Ecclesia, quæ hodie piè gaudio exilit: quæ mente extollitur; quæ lætitiam, quam de sui sponsi Christi natiuitate, & de Bethleem magnitudine habet, cohibere non potest: cum Michæa Propheta dictæ terræ generositatem ratione natiuitatis Saluatoris, & cum beato Luca, gestiens similiter describere, qualiter ista Domini sui natiuitas contigerit: Hunc hymnum edidit, ac prodidit, sic præuio Dei fauore exordiens; § O sola magnarum urbium Maior Bethleem, cui contigit Ducem salutis cœlitus Incorporatum gignere: § & quæ sequuntur. In quibus quid Christus sit, demonstratur, eiusque dominica natiuitas, & puerorum stellam, lucidissimam quidem manifestatio magis facta describitur: quæ stella ipsos magos ab oriente produxit ad incunabula nati pueri; quem procidentes adorauerunt statim, eique munera mystica obtulerunt: Fitque etiam Bethleem terræ magnæ laudatio. Michæas 5. Luc. 2. Math. 2.

Continuatur ergo hymnus iste cum præcedenti; estque eiusdem sententiæ, licet videantur alia esse verba. Nam idem intendit sancta Ecclesia in isto, quod & in illo (ut prædiximus) intendebat, nempe, Christus quid sit, ostendere: ut iste sanctus dies verè Epiphania dicatur. Quare a tribus hic, quid Christus esset, Ecclesia sancta declarat. Primò in laudem paruæ ciuitatis Bethleem (quam omnium maiorem uocat ratione nati noui salutis ducis) sumit initium, & dicit, quòd cœlum, per nouellæ stellæ formationem: quæ ita pulchra erat, ut splendore suo Solem superaret, testatur, quòd sit Christus, nempe Deum esse cum carne terrestri: ut ibi patet. § Quem stella, § &c. Secundò quòd hoc cœleste testimonium non fuit vanum, uel incognitum: Nam ab orientalibus regibus uisum, & cognitum fuit: prostratione, & muneribus, hoc & ipsi idem testimonium testantur, uidelicet, Christum Deum cum humano corpore esse, ut cernimus, ibi; § Videre postquam illum Magi: § &c.

Tertiò non solùm Deum humanatum esse: sed etiam esse regem regum: Quia ipsi reges ipsum regem regum, Christum videlicet, adorant, ut ibi; §Regem, Deumque annunciant, § &c. Tandem & ipsa Ecclesia iubilat: & iubilo huic regi regum gloriam dat; quia sic dignatus est apparere. Cęterùm magnarum urbium maiorem Bethleem esse nemo ignorat. Nam cui nam loco terræ, siue ciuitati contigit gignere Christum; nisi huic terre Bethleem? a Michęa etenim propheta locus natiuitatis eius, hoc appellatus est nomine: & tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda: Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Vnde Franciscus ait de Christo intel ligens; Di se nascendo a Roma non se gratia, A Giudea sì: tanto sopra ogni stato Humiltate exaltat sempre gli piacque. § Et sic ex hoc colligit; quod loca, terræ, & ciuitates fiũt magnæ, & nobiles nõ solũ per fundatores: vt Roma, a Romulo, & Remo, & sic deinceps: verùm etiã ex hominũ natalitio, ac ab eorũ sciẽtia, sapiẽtia, & doctrina: imò etiã magna ex parte, ex sanctimonia. Mors enim pro Christo, ac doctrina Apostolorũ Petri, & Pauli, ac utriusq; sanctitas Vrbem Romam generosam, atq; almam reddidit. Franciscus, & Clara Asisium decorarunt. Mediolanum Ambrosius. Syracusas Lucia. Catanam Agatha. 1 Michæas 5. Petrarcha. 2

antiquam,

antiquam, venustam regiamque vrbem illam Rauennam chorus ille sanctus sanctorum, beati Apollinaris primi eius Episcopi, martyrumque Vitalis patris beatorum Geruasij, & Protasij: quorum templum adhuc in ea cernimus, quod omnium est pulcherrimum, micans, ac in ea vrbe rutilans, non secus ac gemma pretiosa in annulo, & sic de alijs infinitis sanctorum, & sanctarum Dei natalitijs. Sed (si tamen miscere sacra profanis liceat) Mantuam temporali ornatam corona, ab eius poeta maximo Virgilio cernimus. Arpinum magnum: & nobile fecit pater ille eloquentiæ Marcus Tullius Cicero. Venusium egregius poetarum Horatius, qui immortalem scientia sua eminentissima fecit patriam suam. Sulmonem in cœlum ferè euexit Ouidius: Saxo Ferrato demum nomen dedit lucerna iuris Bartolus. Perusium Augustum, nobilissimum fecit subtilissimus ille, ac propè diuinus Baldus. Bononia studiorum mater, ab tantorum suorum filiorum scientiam, sapientiam, & doctrinam, se ipsam insigniri meruit fulgentissima illa gemma: {Bononia docet.} Dantem florentissima illa pulcherrima, famosissima generatiosissima, & vetustissima vrbs Florẽtia: Accursiumque uti perpetuum iubar sanctas illuminantem leges, ac Petrarcham, tanquam Hetrusci sermonis, & modestiæ, & historiarũ authorem, conseruatorem, atque custodem habuit. Ferrariam Ludouicus summæ facundiæ inexiccabili vena celebrem fecit: qui coronam auream perpetuò mansuram capiti suo imposuit: Cuius gemmæ in toto terrarum orbe relucent. Sed literę

3 nostræ instemus. Sciendum est etiam nobis, quòd Bethlem alijs de causis maior, & generosior, ac beatior nuncupatur. Primò enim locus ille, in quo Dominus noster Iesus Christus nascitur: domus panis ante vocatus est: quia futurum erat, ut ille Christus, nempe ibi per naturam carnis appareret, qui electorum mentes interna satietate reficeret: Nam Bethelem, & Christi, & Ecclesiæ typum, & figuram gerit: ibi enim nasciturus erat Christus, qui est panis viuus, qui de cælo descendit: & quia significabat vbertatem sacramentorum ecclesiæ, quæ conficiuntur ex aqua, & pane, & vino, & oleo. Vnde illud à fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt: & sic Bethleem domus panis vtique appellari pôt, siue interpretari. Fuit etiã Bethleẽ maior, & beatior alijs: quia quęnam alia terra, vel ciuitas misit vnquam Deo candidatam, & tantam plebem, infantes nempè pueros, ut misit Bethleem? Sequitur: {Cui contigit, Ducẽ salutis cœlitus Incorporatum gignere. } Qualiter & quibus temporibus contigerit ista D.N.I.Christi & natiuitas, & apparitio Lucas dicit, & illam describit, quam uolui hic ponere pro mei memoria tantum, & vtilitate: ait enim sic; exijt edictum à Cęsare Augusto, ut describeretur vniuersus orbis, & ibant omnes, ut profiterentur singuli in ciuitatem suam. Ascendit autem & Ioseph à Galilęa a ciuitate Nazaret in Ciuitatem Iudę, Ciuitatem Dauid, ut profiteretur cum Maria sibi desponsata vxore prægnante: Cum autem peruenissent in Bethleem, impleti sunt ibi dies, ut pareret, & perperit filium suum primogenitum. At vbi dicit incorporatum ducem, dic (ut ait Augustinus) Quis vnquã vidit Deum? est enim Deus spiritus incorporeus, qui nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur. Istum verò ducem uenisse Deum in terris; stella quam viderant magi denotat: quod est quod subiungit vates cum ait: {Quem stella, quæ solis rotam, Vincit decore, ac lumine, Venisse terris nunciat

4 Cum carne terrestri Deum. } Magnum miraculum; sol dicitur secundum canonistas

Ioan. 6. Psal. 4. Luc. 2. 24. q. 3. cap. Anthropomorphitę.

nonistas, octies, vel secundum Theologos, decies maior terra; vel secundum Ptolemęum 16. vicibus maior terra, & stellas ipse illuminat; & stellę à sole illuminationis receptiuę, & in pręsentia solis sui occultatiuæ; & nihilominus ista nostra stella solis rotam suo decore, & lumine vincit, & superat. Vnde Guil. Duran. refert, quòd stella illa non erat à castitutis à principio, & erat proximior terrę, quàm aliæ. Et dicunt quidam, quòd illa fuit de nouo creata: quæ peracto officio suo rediijt in primordialem suam naturam; & aduerte, quòd hæc diuina stella (secundum Ludolphum) differt ab alijs multipliciter. Primò in substantia: quia aliarum stellarum materia, est materia cœlestis, & quintę essentiæ; hæc autem de substantia corruptibili fuit. Secundo, quoad eius principium effectum: quia aliæ stellę à Deo per verbum creatæ sunt nulla cooperante natura: sed ista ministerio Angeli à verbo facta est.

de maior. & ob c. solitę. §. præterea.

Guil. lib. 6. c. 16. 5

Ludol. ca. 11.

Tertiò in duratione; quia aliæ à principio mundi sunt conditæ; & in æternũ manebunt: ista Christo nato creata est. & postea esse desijt. Quartò in situ; quia aliæ sunt in cœlo; ista autem non fuit sita in firmamento; sed in aere non longe à terra. Quintò in magnitudine: quia secundum Ptolemæum quælibet stellarum firmamenti visibilis nobis, maior est tota terra: fortè ista non fuit vltra quantitatem duorum, vel trium cubitorum. Sextò in motu: quia alię mouentur circulariter ab oriente in occidentem: hæc autem ferebatur motu recto, ab ortu in meridiem. Septimò in statu; quia aliæ mouentur motu cõtinuo, & nunquam stant: ista autem cum magis euntibus ibat, & cum stantibus, & quiescentibus, quiescebat. Octauò in vicissitudine apparitionis, & occultationis: cum enim intrauerunt Hierusalem, occultauit se: deinde vbi Herodẽ reliquerunt, seipsam monstrauit. Nonò in tempore; quia aliæ lucent solùm de nocte, hæc verò in meridie sole lucente apparebat, quam lux diurna non impediebat; immò, vt hic in textu, & litera dicitur, vincebat, & superabat eam: quia secundum Chrysostomum ipsos etiam solis radios proprio fulgore, decore, & lumine superabat. Decimò in significatione: quia aliæ significant temporum, & annorum distinctionem: ista verò significabat creatoris natiuitatem.

Vndecimò effectu: quia aliæ habent efficaciam certam ad transmutationem istorum inferiorum: ista autem nullum habuit effectum, nisi quòd notauit natum Saluatorem. Duodecimò in ministerio, certa enim astra creauit Deus in ministerium cunctis gentibus, hæc autem stella in ministerium solius Christi est edita. Tertiodecimò in singularitate apparitionis: quia quælibet stella apparet omnibus qui sunt in hemisphęrio eius: sed ista visa est tantùm à tribus magis. Quartodecimò à motore: quia aliæ stellæ non habent motores proprios: ista autem habuit motorem proprium, scilicet, Angelum, qui natiuitatẽ Christi pastoribus nunciauit. Stella igitur, quæ suo nitore, ac splendore vincit, ac superat solis rotam, siue eius lucem: apertè manifestat ducem illam cum carne terrestri in terris descendisse. Et non solum Deum stella ista denũciat; verùm est in causa, ut magno eius fulgore magi moueantur ad portãdum Deo munera: quod est, quod hic infra sequimur, dicentes; § Videre postquam illum Magi, era promunt munera. Stratique votis offerunt Thus, myrrham, & aurum regium. § Magi offerunt orientalia munera prostrati, & genuflexi ipsi Deo, nempè aurum, thus, & myrram: offerunt, inquam, Christo aurum; quia omnium regem eum esse credunt: offerunt & thus: quia Deum esse confitentur

fitentur: Thus enim in sacrificijs etiam gentiles Dijs suis offerre consueuerant. Myrrham quoque ei offerunt, quia sic illum Deum esse credunt, vt hominem & mortalem esse nō dubitent: myrrha enim, ne corrumperentur corpora mortuorum condiebantur. Sic quoque nostra sancta mater ecclesia habet aurum in sapientia: thus verò in sancta, & bene Deo redolente conuersatione: myrrhā autem in amaritudine pœnitentiæ, & carnis mortificatione. Aurum igitur offerunt doctores, thus martyres, & confessores, myrrham iam pœnitentes peccatores: in alijs itaque aurum fulget, in alijs thus suauiter redolet, in alijs myrrha sapienter amarescit. Vel per thus intelligamus dilectionem erga Deū, siue purā mentem, & piam: quam debemus habere eleuatam ad cœlum per contemplationem nostram: aut orationem, & deuotionem mentis, quam debemus ad Deum effundere. Per myrrham verò possumus (ut diximus) mortificationem carnis intelligere. At per aurum regem, unde Gregorius. cum ergo magi, quem adorant, etiam mysticis muneribus prædicant, auro regem, thure Deum, myrrha mortalem. Hinc est, quod sic subiungit ecclesia, dicens; § Regem, Deumque nunciant, Thesaurus, & fragrans odor: Thuris Sabæi, ac myrrheus puluis sepulchrum prædocet. § Thesaurus ergo, idest, aurum, & fragrans odor, hoc est, odorem emittens, & redolens Sabæi thuris regem, Deūque designant: sed myrrheus puluis, idest, myrrha sepulchrum Christi premonet. Multa de istis tribus donis, & muneribus dicere potuissemus: sed quæso

Greg. in homi. infra oct. epiphaniæ.

7 sufficiant hæc: & si quis plura cupit scire, videat post beatum Gregorium diuine, de huius modi muneribus desserentem, Eusebium Emissenum in homilia infra octauam Epiphaniæ. Non est tamen hic prætermitendum, quòd myrrha ponitur aliquando pro virtute passionis Christi, & hoc metaphoricè. Myrrha etiam est quædam parua arbor aromatica: quæ nascitur in Arabia, cuius succus dicitur etiam myrrha: quæ quidem arbor agitata à uentis contrarijs, scilicet, ab Aquilone, & Austro, emittit sudorem pretiosissimum ad modum gemme; quæ dicitur prima myrrha: sed quia non potest exire multum de succo primo modo: ideò agricolæ vulnerant arborem faciendo paruam incisionem in latere trunci, & sic emanat copia succi: & liquoris & sic totus ille liquor, qui egreditur ab illa arbore in mense Martij, tam per agitationem neutorum, quàm per incisionem factam in latere, dicitur myrrha prima, & electa pretiosissima, & virtuosissima præseruans ab omni corruptione, & sanans, & desiccans omnem putredinem. Iste autem liquor, qui emanat in mensibus, dicitur myrrha secūda: quæ licet sit bona, tamen non est tanti valoris, & virtutis.

Eusebius.

8 Ad huius ergo arboris, & liquoris similitudinem tam Christus, quàm sua passio dicitur prima myrrha, & electa. Nam in mense Martij Christus fuit agitatus, & afflictus a duobus uentis contrarijs, scilicet à Iudæis, & à Pilato cum suis ministris de populo gentili. Qui primo in horto emisit sudorem sanguinis: postea per flagella; & vltimo per vulnus lateris exiuit sanguis, & aqua in remissionem peccatorum.

Luc. 22.
Ioan. 19.

In Quadragesima ad Vesperas Hymnus Decimus.

NOstra sancta, & uniuersalis mater Ecclesia, quæ adimplere Dei præcepta semper cogitat, quodque agere anhelat, id conficere elaborat: hodierna die Angeli etiam monitis, dicentis; Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis, quàm thesauros auri recondere: & iterum alibi ad Cornelium; orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei: ipsa adhærens hortatur nos filios, ut ad Deum orationem dirigamus, ut in hoc sacro ieiunij quadragesimalis tempore remissionem peccatorum nobis tribuat, & cum corporali ieiunio abstinendi etiam a peccatis gratiam donet. Itaque sic nos docet dicere; § Audi benigne conditor Nostras preces cum fletibus, In hoc sacro ieiunio, Fusas quadragenario: § & reliqua. Vbi aduertendum est, quod iste est primus hymnus ex quatuor quadragesimalibus. Quorum & si varia sunt uerba, ad unum tamen tendunt scopum: nempè quod in hoc sacratissimo tempore a quolibet Christiano fideli agendum sit. Et primò necesse est cuilibet Christiano instanter cum deuotione orationi instare, atque inuigilare; ut primi quatuor ostendunt uersus. Secundò magna cum humilitate suam ad malum pronitatem, & inclinationem hoc isto quadragesimali tempore cognoscere debet, & apud Deum se de tali ad malum pronitate accusare: ut ibi patet: § Seruator alme, § &c. Tertiò suam multùm debet examinare conscientiam; deinde sua fateri peccata, & medelam suppliciter quærere, ut ea innuunt uerba sequentia: § Multum quidem § &c. Quartò, quod in nobis est, facere sollicitè debemus; ut corpus rationi obediat, & per rationabilem abstinentiam ei parere cogatur.

1 Tob. 12. Author Prudentius. Hymnus. 2

Sed circa literam aliquantulum modò uersemur, vt dicamus, quod quadragenarius, nunc ad annos refertur, & ætatem; & is dicitur, qui quadraginta annos natus est, nunc verò ad dies applicatur, & id quadragenarium nũcupatur, quod quadraginta dierũ circulo extenditur, ut quadragesimale ieiunium; quo quidẽ modò hic sumitur. Petimus igitur hic preces nostras in hoc sacro ieiunij tempore, quod est tempus acceptabile, & dies salutis, exaudiri, & hoc quia orationes cõiunctæ ieiunio puriores, & acceptiores Deo sunt. Quando ergo Deũ offendimus, illum sacris precibus placatum reddimus. Quando uiolamus proximos, eleemosyna redimimus hominum offensiones. Quando nosmetipsos lędimus, ieiunio proprias vitę sordes eluimus. Et quia Domine fundimus preces, ideo § Scrutator alme cordium Infirma tu scis uirium: Ad te reuersis exhibe Remissionis gratiam. § Verè Deus dicitur scrutator cordium, qui cor Cain agricolæ (ut legitur) scrutatus est. & Psaltes dicit. Scrutans corda, & renes Deus. Etenim Deus, inquit Daniel, absconditorum cognitor, qui omnia nouit antequam fierent. Præterea vbi dicitur, infirma tu scis uirium nostrarum; annota; quod qui orando uult quẽpiam ad misericordiam inflectere, aliquam prius prætendere solet excusationis causam, ob quam paratior reddatur, & pronior ad misericordiam is, qui rogatur: sic Christus in cruce orauit patrem suum pro se persequentibus, qui ignorantiam adduxit in excusationem iniquitatis eorum, cum dicit: Ignosce illis, non enim sciunt, quid faciunt. Sic ecclesia adducit in nostri excusationem infirmitatem, & uirium fragilitatem, ob quam sæpius prolabimur

3 2. Cor. 6. clem. unica. de reliquijs. 4 Tob 12. 5 Genes. 4. dist. 5. consideret. de pœn. & 3. q. 7. in grauibus. Psal. 7. Dan. 13. Luc. 23.

mur in peccatum: Vndę etiam bene dicebat pater ille venerabilis, Deum ipſeq; ſic orans. § Fuit non æqua, fatemur, Mens tibi noſtra, ſumus fragiles, lapſuque frequenti Decidimus, tetrum quo ſæpe meruimus ortum. § Non
Pſal.6. minus etiam huic loco congruit illa Dauidis oratio ad Deum, quàm ſupradicta; ubi orat; Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum. Item & illa Pau-
1.Tim.1. li, cum inquit ad Timot. ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum; quia ignorans feci in incredulitate: & alibi Dauid ſanctiſsimus. Miſertus eſt Dominus
Pſal.102. Dan.3. timentibus ſe, quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum fragile, & puluis ſumus. Sed ô Domine, quamquam peccauerimus, & iniuſtè egerimus; re-
Pſal.105. uerſis tamen, & ad te omnino per ueram contritionem (cognoſcimus namque iniquitatem noſtram) & peccatorum cognitionem, conuerſis, inquam, conce-
de remiſsionis gratiam, hoc eſt, noſtra peccata tege, & ita abſconde, ut om-
Pſal.31. noamplius non recorderis eorum: Beati enim, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Ecce, inquam, Domine magnis cum lachrymis, dolentes ob noſtra ſcelera, peccata, & crimina coram te modò flemus, ore confitentes tibi noſtra peccata, dicentes; § Multum quidem peccaui mus; Sed parce confitentibus: Ad laudem tui nominis, Confer medelam lan-
6 guidis, § Hic noſmetipſos accuſamus de multis peccatis, & quidem benè;
Greg. in moral lib 9.c.33 fortis ſiquidem mens, inquit beatus Gregorius de Iob loquens: relaxare contra ſe uerba deteſtationis inchoat; quę apud ſemetipſam prius infirmà uerecon-
Iob 10. datam retinebat. Iob quoque dixit: dimittam (accuſans ſe) aduerſum me eloquium meum: omnis mens ergo, o mnis animus, & omnis homo hoc quadrageſimali tempore ſe accuſat, & diſcant hic omnes ſuam in primis examinare cō-
7 ſcientiam, deinde confiteantur, propalentq; ſua ſacerdoti peccata. Quis unquam (præamandi fratres audebit dicere, eccleſiam Dei errare; uel ſuæ ſalutis nō recordari? ô ſancta mater; ô mater electa a Deo, o Chriſti dilecta ſponſa; uti benè tuo ſponſo placere curas. Nam non ſicut Adam faciebat, tuam fragilita-
Auguſt. tem recondere uis; profectò non ſtulta, nec fatua es; ſciens cum beato Auguſtino, quod homo detegit, Deus tegit, & cū tegit homo, Deus detegit. Tu ô ſancta, &
Orat. author. pia Eccleſia Chriſtiana, quæ non differs confiteri, aperis Deo tuo. Nam re aperis Deo: quia humiliter confiteris hic tua mala. Ipſe quoq; qui omnium timētiū te o Ieſu Chriſte, cū mea matre eccleſia ſancta, & Chriſto dicata, nūc cōfiteor tibi mea peccata: petens humiliter à te, ut ea deleas, mihique confitenti ſeruulo tuo ignoſcas, parcas, & omnia mea peccata a me transferas; ad hoc ut nomē tuū a me miſero peccatore, dū uiuo, laudetur. Cæterùm ſententia huius primi uer
2.Para.36. ſus uidetur conuenire orationi Manaſſes regis Iudę: cū captus teneretur in Babylone; qm̄ dicebat; multū quidem peccaui peccaui, inquam, ſuper numerum arenæ maris. Parce igitur confitentibus Domine, qui non ſe abſcondunt: ſed co
8 ram te, & in publicum produnt. Repperiſſe enim Adamo etiam, & Euæ per
Geneſ.3. de pœn. diſt 1. ſi. cut primi. cōfeſsionem ſui peccati, & ſubſequenter per abſtinentiā (non enim inquit Chryſoſt. ſatis eſt ſagittam e corpore extrahi: uel plaga quoq; a ſagitta inflicta ſananda eſt) credimus: Tunc enim confeſſus eſt Adam: cum dixit, manducaui, & Eua;
Diſt.35. cap. 5. ſexto. & de pœn. diſt. 3. c. Iudas. §. audiens. cum dixit ſimiliter comedi. Non tamen pepercit Deus Iudæ, Cain, Eſau; qui confeſsi quidē ſunt; ſed ſine ſpe ueniæ: & ob hoc damnati ſunt: ut benè dicitur etiam in diſt. 35. Sextò. & de pęn. diſt 3. c. Iudas, §. audiens. Confitenti tamen & Dauidi pepercit etiam Deus. Vnde ipſe ait; Dixi, & confeſſus fui: aduerſum me

iniustitiam meam Domino, & remisisti impietatem peccati mei, quibus autem Psal.71.
de causis Deus hominem fecerit, qui peccare posset; iam supra lib. 2. hym. 8. dictum est; & ibi require, vbi pulchra, & vtilia leges. Medicinam verò, quam nobis conferre languidis, idest, animo afflictis, & præ peccatis ferè mortuis desideramus, huiusmodi à Deo habere contendimus. § Hic corpus extrà conteri, Dona per abstinentiam: Ieiunet, ut mens sobria: A labe prorsus criminum. §
9 Nempe ut Dominus noster donet conteri, minui per abstinentiam potus, & cibi, & comestionis, extra se corpus; ut sic rationi corpus obediat, & per rationabilem abstinentiam ei pareat. Per abstinentiam quippe, inquit beatus Gregorius, carnis vitia sunt extinguenda, non caro, & tanto quisque sibimet debet moderamine præesse, ut & ad culpam caro non superbiat, & tamen ad effectum rectitudinis in operatione subsistat. Greg. in mo. li. 20. cap. 91.
10 Vnde bene inquit & Rainerius de Pisis dicens, quod abstinentia est triplex, scilicet, illicita, & indiscreta, & ratione regulata. Illicita est, quando quis sibi per abstinentiam subtrahit necessitatem corporis, & talis est demeritoria, eo quod talis est homicida sui ipsius. Indiscreta est, quando abstinentia est tanta, quòd homo ab operibus vtiliorib. impeditur, quamuis ad ea de necessitate non teneatur; puta prædicator prædicare, doctor docere, cantor cantare, & sic de alijs. Vnde talis abstinentia est indiscreta, & non sit illicita. Abstinentia ratione regulata est, quando fit rationabiliter, & tunc est, Deo placita, & per consequens meritoria. Rain. de Pisis in sua pātheologia par. 1. cap. 1.
11 Et debemus sæpe hac orationis formula vti apud Deum; quandoquidem per abstinentiam Deus reuocauit errantem Adam ad paradisum; quem gula regnantem expulit: vt benè recolit Ambrosius. Amb. dis. 35. cap 5.

Ad hæc reprehendit Dominus Deus per Isaiam Prophetam eos, qui corpus suum castigant; animam autem à peccato non refrenant. Ecce, inquit, in die ieiunij vestri inuenitur uoluntas vestra: & omnes debitores vestros repetitis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem; ut audiatur in excelso clamor uester: Docet deinde paulò post eodem loco, quomodo per bonorum operum exercitium ieiunandum sit, dicens: Nonne hoc est magis ieiunium, quod elegi: solue colligationes impietatis, dissolue fasciculos deprimentes: Dimitte eos, qui confracti sunt, liberos, & omne onus dirumpe: frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosque in dui in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum; & carnem tuam ne despexeris. Itaque tale ieiunium, & corporis à cibo, & animi à uitiis nobis dari, ac præstari petimus: quo corpus atteratur exterius, hoc est tam interior homo, quàm exterior attenuetur. Isai. 58.

12 Repleamus tamen (ut inquit Gregorius) refectionibus corpus nostrum, ne extenuatum deficiat: & extenuemus illud sic abstinentia, ne nos repletum premat, ut sic hac salutari extenuatione, & mens ieiunet, ac libenter eleuetur in Deum per orationem, & diuinorum meditationem, & agilior fiat, atq; expeditior, ut ad superiora nitatur. Comessatione enim, & epulationibus crebris mens ipsa deprimitur, atq; degrauatur: Quemadmodum innuit Dominus noster in euangelio, cum ait. Attendite uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula, & ebrietate, & curis huius uitæ. Gre. in mor. lib. 4 cap. 41. Luc 21.
13 Sed cum corpus hic conteri poscimus; non eo vsq; pertinet hoc uerbum conteri, ut omnino conteri, & cōsumi, atq; in puluerem redigi intelligatur; sed bene affligi, cōprimi, & (ut diximus)

 extenuari

14 extenuari postulamus. Demum per corpus hoc loco possumus intelligere, vt præannuimus, omnia peccata quæ in corpore humano inesse cognoscuntur: puta superbiam in capite, inuidiam in oculis, auaritiam in manibus, gulam in ventre, iram circa cor, luxuriã in renibus, & acidiam in pedibus: similiter & oculos, aures, & linguam, & manus, atque omnem malam subodorationem accipere fas est.

In Dominica Prima Quadragesimæ ad Matutinum Hymnus Vndecimus.

Matth. 5. NOstra mater ecclesia vestigijs sanctorum patrum, immo dico, sui sponsi
1 Christi qui non venit soluere legem, sed adimplere, inhærens in omnib. suis actionibus, ac temporibus, & libenter eius sponsi, qui quadragesimale ieiunium sanctificauit, & consecrauit à sanctis indefesse obseruatum prius Prophetis: vestigia imitari in hac sacra ieiunij obseruatione; & illi etiam conformari, cupiens: sanctum, & sacrum (ut memoriale, & sanctorum Prophetarum, & Christi prophetarum veri prophetæ sit nobis) edidit salubre canticum, nempe;
Beatus Amb. Author. { Ex more docti mystico Seruemus hoc ieiunium: Deno dierum circulo Ducto quater notissimo. } Tria igitur facit sancta ecclesia in hoc hymno, videlicet, primò proponit, secundo inuocat, tertiò orat. Proponit ibi: { Ex more } &c. inuocat, & inuitat nos ad obseruationem talis Christi ieiunij, cũ ait: { Vtamur ergo, } &c. orat, cum, ait. { Effunde nobis, } &c. Vocamur ergo hic ad quadragesimale ieiunium, per mysticum quadragenarij numerum obseruati institutum; quod & veteris testamenti patres obseruauerunt, & Christus suo ieiunio consecrauit, ut per victus parsimoniam, & peccatorum deuia-
2 tionem, & supplices orationes illud studiosè obseruemus. { Ex more docti mystico. } Mysticum idem est, quod arcanum, uel figuratum: quod aliud præter id, quod videtur, continet, uel aliud significat, quam quod litera so-
Exod. 24. & 34. 3. Reg. 19. Matth. 4. nat: quemadmodum tria piorum regum dona. A ieiunio igitur Moysi, & Eliæ, qui quadraginta diebus ieiunarunt, (ut ex more mystico) docti sumus ieiunium Christi; qui quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit; Orthodoxorum igitur patrum exempla, & traditiones, tum ad fidem, tum ad mores pertinentes tamquam uel ore tenus à Christo, uel à spiritu san-
Conc. Trid. sess. 4. primo decreto. cto dictatas pari pietatis affectu, ac reuerentia uenerari debemus: ut etiam mandat suscipi, ac venerari concil. Trid. sess. 4 in primo decreto.

Sequitur: { Seruemus hoc ieiunium. } De obseruatione ieiunij cautum est per sanctorum Pontificum decreta, & constitutiones, ut extra de Obser.
Et sess. 25. post decretum de indulg. ieiun. per totum. Nouissimè uerò per conc. Trid. sess. 25. post decretum de indulgentijs. Sequitur versus. { Deno dierum circulo ducto quater. }
3 Si decem per quatuor multiplicentur, consurgent quadraginta, qui in sacris
Aug. in hom. feriæ 6. primę dom. quadrag. scripturis sacratus est numerus, & perfectionis vitæ index. En tibi modo mysticum: Nam denus circulus decem decalogi præcepta, & ipsam legem dicit, quaterdenus ductus, ieiunium signat tum Moysi, tum Eliæ, tum demum et Christi. Quaternarius deniq; euangelij obseruationẽ significat, q̃ à quatuor euãgelistis per S. spiritus illuminationem in lucem est edita. Nunc qui docuerunt

ieiunium

ieiunium seruare subdit, dicens. § Lex, & Prophetæ primitus Hoc prætulerũt postmodum Christus sacrauit omnium Rex, atque factor temporum. Per 4
antonomasiam hic intelligere debemus, per legem Moysen.per prophetas verò Eliam; sicut bene docet nos Beatus Aug.sicuti enim cum dicimus Apostolum,nec ad dimus ei nomen,Paulum subaudimus;uel etiam si dicimus sapientem,aut uirum,& sic de huiusmodi, Salomonem, & Aenæam intelligimus. Ita etiam cum dicimus legem,nec ei addimus nomen,Moysen. Ita enim nos docet imperator Iustinianus:hoc idem docet nos Beatus Leo in sermone transfigurationis Dñi nostri Iesu Christi. Quod autem Moyses fuerit legislator,qui qua 5
draginta dierum ieiunium bis obseruasse legitur:in exod.probatur;quo fieret acipiendæ legis idoneus,habetur etiam in cap. vnico extra de purg. post partum.

Instit. de fur. nat.gen.& ciui.§. 3. Aug.in hom. feriæ 6. prime hebdomadæ quadrag. Beatus Leo. Exod. 24. & 34. C.1.de purg post partum.

De Elia verò habetur in libro regum:& ibi dicitur,quòd Elias 40. diebus cibo abstinuit,cum ambularet vsq; ad montem Dei Oreb:& hi duo,vt figura quędam,& imago præcesserunt sacratissimum illud quadraginta dierum,& noctium ieiunium,quo Christus post susceptum à Ioanne baptismum. Matth. nostrum quadragesimale ieiunium sanctificauit.

3.reg. 19. Matth. 4.

Sed quæso, priusquàm ad ulteriora gradiamur; insistamus aliquantulum 6
huic voci, lex: dicentes, quòd hæc lex Moysi vetus lex dicitur, ad differentiam legis Christi, quæ noua, & euangelica dicitur; quia lex Christi est lex libertatis. Lex etiam ista Moysi dicitur esse mortua simul cum Christo, eo 7
quòd erat finis legis: sed quia Christus solum est mortuus quo ad corpus tantum, & non quo ad animam, ideò lex vetus mortua est, tantum quo ad corpus, idest, quo ad literam, & cærimonias: sed non quoad animam, idest, quoad veritatem, & spiritum literæ: & ideò mortua lege surrexit cum Christo veritas legis, quæ dicitur veritas euangelica; vt patet Ioan. primo lex per Moysem data est, veritas autem legis per Christum facta est. Nam lex euangelica nil aliud est, nisi veritas, & spiritus, & anima, & vita legis Moysi, & ista veritas surrexit cum Christo: & in hac veritate consistit vita nostra spiritualis. Item lex Moysi dicta est sepulcrum, in quo erat sepultum euangelium. Ita pariter dicitur venter, & vterus, in quo Christus latebat, tamquam in prægnante. Nam sicut vterus prægnantis in tempore perfecto parit, & reddit fætum, & arbor fructum maturum. Ita pariter lex vetus, quæ Christo fuerat grauida à principio,peperit, & edidit Christum, qui postmodum consecrauit matrem eius, idest, legem veterem, quoad spiritum, consecrauitque multa facta in ea, præsertim illa, quæ facienda erant per Christum Dominum nostrum; vt patet hic de ieiunio: quod obseruauerunt sancti patres veteris legis,illud & ipse postmodũ consecrauit,& approbauit;ut per Matth.clarũ euadit.

Ioan. 1. Aug.in serm. quem recitamus in natiuitate S. Io. Baptistæ.

Est tamen differentia inter legem Moysi,& legem Christi. lex siquidem uetus data fuit cum grãdi cõminatione,& per modum præcepti sub cõminatione mor 8
tis:ut patet in plerisq; locis:sed lex euangelica data fuit à Christo per modũ consilij:ideò lex euangelica dicitur consilium:vnde dicit, si vis ad vitam ingredi,serua mandata moralia tantùm, & ideo lex euangelica dicitur lex libertatis, & gratiæ; illa autem dicitur lex subiectionis, & seruitutis. Item lex euangelica est 9
regula, & dispositio totius vitæ nostræ, ut nos bonos efficiat, & Deo charos, & acceptos in vitam ęternam:in quatuorq; cõsistit.Primò præcipit diuinũ cultũ, cum dicit,Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c.& præcipit omnes

Matth.4 Exod. 35 Matth. 19

Math. 21. articulis fidei, cum dicit:si creditis in Deum, & in me credite. Secundo; præ-
Ioan. 4. cipuè omnem innocentiam,& iustitiam,& puritatem;cum dicit;Beati mundi cor
Matth. 6. de: Tertio prohibet omne uitium,& separat prauos à iustis in meritis,cum di
Matth. 7. cit; Discedite a me omnes,qui operamini iniquitatem Matth. 7. Quartò mi-
natur perpetuam pœnam obstinatis in iudicio,cum dicit;Ite maledicti in ignem
10 æternum. Habes de lege, dicamus modò de prophetis. Et quidem Prophe-
tarum alij maiores,ut Isaias,Hieremias,Ezechiel,& Daniel, nuncupantur alii mi
nores,vt sunt Oseas, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas,Naum,Abbacuch,
Sophonias, Aggeus, Zaccharias, & Malachias; qui omnes sunt sexdecim, figu-
rantes quatuor Euangelistas, & duodecim Apostolos, & dicuntur Prophetæ;
quia futura prenuntiarunt,& prædixerunt in ueteri testō omnia mysteria nostrę
redemptionis, de Christo,& ecclesia, & talia prædixerunt in diuina inspiratione,
& illa mysteria ex lumine prophetico, & spiritu sancto sibi collato intellexerunt.
Cum ergo hic dicimus, lex, & prophetæ, per prophetas intelligimus solum mo
do per excellentiam,ut diximus, Heliam:quia nullus alius propheta repertus est,
Greg in Ezechielem in Dominica prima Nouembris. qui ipse tot diebus,& noctibus ieiunaret. Preterea demum nota,quod ubi di-
citur lex, quòd positum est artificiatum pro artifice, & lex pro legislatore: Cum
verò dixit prophetæ, posuit totum pro parte, & de istis figuris vide supra libro
primo in hymno tertio. Quare Moyses, præamādi fratres,vt scriptam legēin ta
11 bulis lapideis mereretur accipere,ieiunauit;cur &non nos ieiunare debemus,ut
12 legislatorem nouum,& authorem,& etiam gratiam spiritus sancti mereamur in
Exod. 24. die Paschatis recipere,& fortiter tenere, eiusq; semper sanctas actiones obserua
re, & in omnibus iam illum imitari; si in sempiternum læti fieri cupimus, & vi-
ctores istius mundi? Recordemur, quod Iosaphat pugnaturus contra hostes,
timore perterritus,totum se contulit ad rogandum Deum, & ieiunium obserua
2. paral. 20. ri prædicauit. Recordemur,quod Hester pro Iudæis cum ancillis suis,& ipsa ie-
Hester. 4. iunauit. Recordemur, quòd & Niniuitæ saccis operti ieiunauerunt: & vidit
Deus opera eorum; quia conuersi sunt de via mala,& misertus est eis. Recorde-
mur,dico,& quod legitur in relatione dedicationis basilicæ sancti Michaelis. Nō
Ionæ. ne,& triduano ieiunio ciues sypuntini meruerunt habere notitiam sancti Michae
lis, qui in forma tauri communis gregis consortia aspernans,soliuagus errans re
pertus fuit pro foribus cuiusdam speluncæ assistere? Quem domiuus sagitta ap
petens toxicata, illa veluti venti flamine retorta, eum à quo iacta est mox reuersa
percutit. Non ne similiter triduano exacto ieiunio,& Sypuntini,& Beneuenta-
ni de Neapolitanis, paganis olim adhuc ritibus aberrantibus meruerunt uidere
sanctum Michaelem, qui spopondit illis victoriam affuturam de prædictis Nea-
politanis,qui bello præmemoratos populos lacessebant. Ieiunemus,inquam,ad
imitationem Christi, ad compescendas sensualitates, ad placandumque Deum,
atq; ad delendum pœnæ reatum. Cæterum cum dicitur quòd Christus post-
modum sacrauit hoc,& Moysi, & Eliæ ieiunium:ita est intelligendum; quod Chri-
13 stus sacrauit hoc quadragesimale ieiunium:non ob hoc,quòd Moyse,& Elia in-
feriori ipse videretur, sed vt numerum hunc quadragenarium commendaret:
14 Quadraginta siquidem diebus ira Dei sæuiuit in diluuio: quam per quadragena
Genes. 7. rium numerum tolli voluit. Item quadraginta annis voluit Deus filios Israel
comedere manna. Quadraginta similiter annis offensus Deus generationi illi,
Exod. 16. de psal. Item quadraginta militum, idest, martyrum in Iesum Christum fides
Psal 94. enituit:

enituit: quorum omnium vna erat oratio sic: Quadraginta in stagnum ingressi sumus 40. item Domine, corona donemur; ne vn: quidem huic numero desit: est in honore hic numerus: quem tu 40. dierum ieiunio decorasti; per quem diuina lux ingressa est in orbem terrarum: Elias quadraginta dierum ieiunio Deum quærens eius visionem consecutus est. Per quadraginta demum dies apparuit Christus Apostolis. Mysteriosissimus est iste sanctus numerus: de quo multa alia dici potuissent; sed sufficiant isthæc quæso, & literam sequamur cum sancta nostra matre ecclesia, dicentes, quod benè à nostra alma matre ecclesia Christus noster uocatur rex omnium, atque factor temporum. Rex enim est, scilicet, omnium temporalium regum, & in quantum est Deus; & Dominus: immo est Dominus dominantium, & rex regum de quo cantat ecclesia. Ecce aduenit Dominator Dominus, & regnum in manu eius, & potestas, & imperium. Vnde Daniel, aspiciebam, inquit, in uisione noctis, & ecce in nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum prouenit, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum; & omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur ab eo: & regnum eius, quod non corrumpetur. At factor est temporum omnium, quia tamquam patris sui brachium, & ars, ac dextera, cœlum, & terram ipse creauit; visibiliumque, & inuisibilium factorem illum cantat alma mater ecclesia. Ipse enim non solum tempora Heliæ, tempora Moysi, tempora sancti Noe, tempora Abraam, Isaac, & Israel, & sic deinceps, fecit, sed & nostra etiam tempora: meritò igitur poterat istud istorum sanctorum quadragesimale tempus consecrare, & aliud nouum innouare, inducere, & consecrare: Quo facto meritò factor tēporū nūcupatur. Ad hæc, & factor ē temporū, pōt dici Christus noster in quantū Deus quotidiè facit solē suū oriri, deinde ad occasum pergens, ipse noctem causat: & in quantum Deus facit solem, & lunam, & stellas successione quadam diuidere tempora, & temporum interstitia afferre: & in quantum dies est nocte aliquando longior, & econtra. Vnde & sapiens ait. Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum, & sol diem: A Domini scientia separati sunt facto sole, & præceptum custodiente per Dei sapientiam diuiduntur: Et immutaui tempora, & dies festos ipsorum: Et iterum alibi. fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ definiens statuta temporum; & terminos habitationum eorum. Pari modo in quantum hyems est humida, & frigida; & æstas sicca, & calida; ver autem participans caloris æstatis, & frigoris hiemis optimum est temperamentum: Autumnus verò maioris particeps caloris æstatis, & maioris compos frigoris hyemis optimum fit temperamentum. Et in quantum multa istius modi quotidie fieri videmus: modò cuiusnam opere, & munere hæc fieri dicemus? nisi creatoris eorum? Hæc igitur omnia facit Deus, creator omnium, qui verè factor temporum dici potest. Nam & Dauid sanctus in spiritu, & hoc testatus est, dicens: fecit, scilicet iste rex omnium, & factor temporum lunam in tempora; sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras, & facta est nox: ortus est sol, & cætera. Modò, præamandi fratres, cum nostra alma matre eccle-

Hęc in leg[...] da 40. mart.
Act 1.
Act. 1.
15
Apoc 19.
Dan. 7.
16
Genes. 1.
Psal. 145.
Eccles. 33.
Act. 17.
17
Psal. 103.

ſia dicamus. ǂ Vtamur ergo parcius. Verbis, cibis, & potibus, Somno,
18 iocis, & arctius Perſtemus in cuſtodia. ǂ Singula hæc verba diſpiciamus,
& conſideremus : primò uerbis parcius vti præcipimur ; ne quod dicimus
ore, in damnum poſsit euenire : Nam ſemel emiſſum volat irreuocabile
verbum : Vnde Bern. ǂ Omnis homo quacunque domo, qua ſede moratur Prouideat quando taceat, vel quando loquatur: ǂ Et Hier. ſilentium
eſt ſignum ſapientiæ, loquacitas ſignum ſtultitiæ. In multiloquio item non
deeſt peccatum. Debemus igitur os noſtrum claudere tempore, & ad
tempus aperire, ſicut oſtium quandoque aperitur, & aliquando clauditur:
Eccle. 3 Vnde Salomon ; tempus tacendi, & tempus loquendi ; & ſic concludimus
virtutem peroptimam eſſe compeſcere linguam : ſiquidem, vicinus, & dilectus eſt Deo, qui ſcit ſecundum rationem tacere, ideſt, qui quandoque ſcit
19 tacere, & quandoque loqui. ǂ Parcius vtamur cibis: ǂ ſiquidem, qui cibo, & potu ſunt onuſti horum mens eſt ſic compreſſa, vt neque Deum intueri, neque quod vbi velit ratio ; cogitare poſsit. Vnde ait Bern. ǂ Crapula vitetur, ne corpus, menſque grauetur. Nauſea non detur, ut morbus nō
generetur : Mens non damnetur, ne vita tibi breuietur : Tempora longæui
Ludouicus. breuis eſca tibi dabit æui. Vnde Ferrarienſis reprehendit huiuſmodi helluones, cum ait : ǂ Nati ſol'ad empir de cibo il ſacco: ǂ Et alibi ; ǂ Venuti
al mondo ſol per far letame. ǂ Vnde & orator. Eſſe oportet vt viuas, non
viuere, ut edas. Vtamur igitur parcius potibus ; Quia ait Salomon, vi-
20 num, & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. Ergo vino te tempera : quia
Salo. eccl. 19 in illo eſt luxuria, ut febris in anguilla. Vnde Bern. ǂ Parcus veſcendo,
parciſsimus eſto bibendo. Vt tempeſtatem fuge, vel magis ebrietatem.
Baſ. mag. in libro de cura virginitate. Mens alienatur vino, corpus vitiatur. ǂ Vnde demum, & Baſilius Magnus
ait. Itaque in omnibus locis cibus, qui ſit ad victum neceſſarius ſolerti ratione, inquirendus : condimentorumque elaboratæ blanditiæ, ut voluptatis
illecebræ repudiandæ ſi enim panis confirmat cor hominis, non opus eſt vltra cibum vitæ neceſſarium huiuſmodi liquamina temere admittere.
21 Vtamur dico parcius ſomno, hoc ſacro quadrageſimali tempore, quia
Matt. 24 dicit nobis euangeliſta ; Vigilate, & cauete, quia neſcitis, qua hora fur ueniet, & eccleſia cantat; Non ſit uobis vanum, mane ſurgere ante lucem,
quia promiſit Dominus coronam vigilantibus. Vnde verſus. ǂ Sunt promiſſa bona vigilantibus, atque corona. Se bene ditabit meritis, bene qui
22 vigilabit. Sunt dormientes reprobati, non vigilantes. ǂ Chriſtus ad
Baſ. mag. ibi. ut ſupra. orandum monuit, nos, & vigilandum. Senti demum Baſilium Magnum
ad Beatum Gregorium ſcribentem, ſomni ſint leues, & tales vnde excitari
ſit facillimum, naturaliter victus commenſurationi reſpondentes ; denique &
qui ad modum exercitij magnarum rerum curis interrumpantur. Vnde bene & Franciſcus dicebat, ǂ La gola, e'l ſonno, è l otioſe piume Hanno dal
mondo ogni virtù sbandita, Onde dal corſo ſuo quaſi ſmarrita Noſtra natura vinta dal coſtume. ǂ De damnis ſomni vide quæ dicta ſunt ſupra in
23 hymno primo libro ſecundo. Iocis demum, dico, parcius, fratres præamandi, vtamur iſto ſacro quadrageſimali tempore. Quia, ut ſacerdotes
diuinis, & non iocis, & facetijs, quibus hiſtriones, leccatores, & huiuſ-
modi

modi intendunt: mancipati sumus: In sortem enim, & portionem hæ-
reditariam Christi assumpti sumus: cuius meritò diuinis semper, non pro-
fanis inhærere debemus. Et quamquam iocus propriè sit risus, uel facetiæ, 24
lepor, uel festiuitas: verisimile tamen sit, ut sancta Ecclesia hic voluerit
etiam comprehendere alearum, & taxillorum ludos, & id genus reliqua:
quæ non tantum prohibentur clericis, sed etiam ne intersint ludo. Nam
ludo pecunia perditur, uisus caligatur, cupiditas excitatur, iracundia prouo-
catur, homicidium perpetratur, Diabolus inuocatur. Vnde benè Cato 25
monebat pueros, ut fugerent aleas, & trocho luderent: Trochus enim de-
super est amplus, & infra restrictus, quo ludunt pueri; quod significat, quòd
ludus parum debet habere de terrena uoluptate: sicut trochus solum cum
parte acuta currit super terram, & modicum occupat de terra: ita nos ci-
tò debemus amoueri a tali ludo, & ad cœlestia intendere tota mente.

Hinc est, quòd sanctißimi Pontifices mandant extra de uita & honesta. 26
cleric. capit. clerici. ut clericus lusor, aut cesset, aut deponatur, vel degrade- C. clerici. de
tur. Quem titu. renouauit sacrosancta Trident. Synodus Sess. 14. Fugiamus vit. & honest.
ergo ludos maximè, quos Aleus miles Græcus in obsidione Troiana adin- cleric.
uenit, nempè, alearum. Alea enim dicitur ob alios, quod est alienum, Conc. Trid. Sess. 14.
quia ludentes a rebus suis alienat. Et sic § Perstemus in custodia. § 27

Quanti refert sibi benè cauere, & se custodire; & non modo huc, mo-
do illuc vagari: Dina scit, & testatur: si enim illa, quando pater eius Ia- Genes. 34.
cob venit in terram Sichimitarum; non egressa esset, ut videret mulieres dist 5.
illius regionis: & etiam si se cohibuisset, & inter suos remansisset, ab extra- de pœn. c. con
neo raptore Sichem, filio Regis terræ illius non rapta, & corrupta fuisset. siderет.
ut legitur in Genesi. Proinde Nicolaus de Floue in tractatu suo Sacerdo-
tali monuit nos his uersibus, ut persistamus in custodia, dicens. Cella ti-
bi quasi cœlum sit, qua cœlica cernas. Hic legis, hic oras, meditaris,
crimina plangis. Pax est in cœlis, foris autem plurima bella. Et dico,
quòd relictis uitijs perstemus in custodia, &, § Vitemus autem pessima.
Quæ subruunt mentes vagas: Nullumque demus callidi Hostis locum ty-
rannidi. Vitemus, & abijciamus a nobis pessima peccata, & praua ope- 28
ra, quæ degrauant uagas mentes: nullumq; demus locum tyrannidi hostis calli-
di, idest, non iussis, & imperio callidi hostis assentiamus: siquidem eius
imperium sæuum est, & crudelißimum. Vel tyrannidi, idest, domina-
tioni suæ malæ. Et est hic argumentum, quod quamquàm tentet nos Dia-
bolus: non tamen potest nos cogere. Dicit enim Augustinus in sermone, August.
quem nos recitamus in quarta Dominica post Pentecost. quòd alligatus
est tanquàm innexus catenis, & neminem potest mordere, nisi eum, qui
se illi mortifera seruitute coniunxit: latrare potest, sollicitare potest, mor-
dere omnino non potest.

Et si aliquando nostra fragilitate tyrannidi Diaboli locum dederimus,
statim emendemus nos, &c. § Dicamus omnes cernui Clamemus atque sin-
guli: Ploremus ante iudicem: Flectamus iram vindicem. § Omnes nos cernui, 29
inclinati, & humiles confiteamur peccata nostra, & quilibet nostrũ vociferemur
pro adipiscenda venia, & plangamus, & defleamus nostra peccata ante iudicem,

Christum

Christum scilicet, qui futurus est iudex iudicare viuos, & mortuos, & sæculum
per ignem. Et bene debemus flere ante Iudicem: tanta enim erit indignatio, &
Luc. 21. ira eius, quòd virtutes cœlorum commouebuntur sicut dicit Lucas. Tunc dicet
Sap. 16. montibus, & petris, cadite super nos: quia (ut ait sap. tuam manum effugere im-
30 possibile est. Et quare dico, quòd ploremus; ut scilicet, flectamus iram uin-
Matt. 24. dicantem, & vindictam accipientem de commissis peccatis. erit enim tunc (ait
Matt) tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque
fiet. Debemus ergo flere in isto tempore, & clamare, ut flectamus istam iram
vindicem. quia nunc præsens tempus, est tempus misericordiæ, & veniæ: nam
Christus in primo aduentu venit cum benignitate, & humilitate, & locutus est
Luc. 21. cū benignitate hortando: & ad gratiā omnes uocando: sed in 2. aduentu ueniet
Matth. 25. cum potestate magna, & maiestate, & cum ira contra damnatos, & obstinatos:
Ezech. 18. & cum ira, & furore proferet sententiam contra eos. Ite maledicti in ignem
æternum. Veruntamen si impius ingemuerit peccata sua; inquit Dominus, &
egerit pęnitentiam: omnium iniquitatum, quas operatus est, non recordabor.
Ploremus, ut flectamus istam iram, sic vindicem; & dicamus. O Deus: Nostris
malis offendimus Tuam Deus clementiam } Sanè nostris malis cogitationibus;
nostra mala lingua, blasphemijs, detractionibus, superbia, iniuria, periurio, inobe-
dientia, falsitate, mendacio, praua religione, & cultu, & reuerentia, & carnali-
bus demum nostris operationibus, offendimus, Deus, tuam clementiam, &
misericordiam: quia Deus secundum Ioelē benignus est, & misericors, atque
Ioel. 2. pręstabilis super malitia. Et nota, quod clementia est virtus spectans ad Prin
31 cipes, & Præsidentes, moderatiua pœnarum reis infligendarum, & inclinans ad
misericordiam ipsis exhibendam. Et quia tu pius, & misericors es, & dixisti,
Ezec. 33. nolo mortem peccatorum, sed vitam, & ut conuertantur, & viuant per cordis
compunctionem: ideo. { Effunde nobis desuper Remissor indulgentiam. }
Psal. 36. O remissor, & condonator delictorum, & peccatorum Deus, qui tota die tu mi-
Luc. 7. sereris, & commodas, qui Mariæ Magdalenæ, quæ erat mulier in ciuitate pec-
catrix. Qui Petro, qui iuramento negauit, dicens, quia non noui hominem. Qui
Matth. 26. Dauidi, qui Vriam Hethęum percussit gladio, & vxorem illius accepit. Qui
2. Reg. 12. sedenti in Thelonio; qui etiam Adamo, & Euę remisisti sua peccata, nunc no-
Mar. 2. bis etiam desuper: idest, de cœlo, vel superno solio effunde, & emitte indulgen-
Luc. 5. tiam nostrorum peccatorum. Et. } Memento, quòd sumus tui: Licet caduci
Dist. 35. ca. 6. de pœniten. plasmatis: Ne des honorem nominis Tui precamur alteri. } Mitte de cœlo
dis. 1. ca. sicut nobis ueniam, quia sumus redempti sanguine tuo; & ideo memento, o Domi-
primi. ne: quòd tui sumus redempti: quamuis fragilis naturę, fragilis operis, atque
32 mortalis figmenti: quia de luto, siue argilla, aliàs creta, facti sumus: est enim plas-
ma figmentum, & figulinum opus, imago scilicet, formata ex argilla, & luto.
Hinc est, quod Isai. prorupit in hæc verba. Et nunc Domine pater noster es, nos
Isai. 64. uerò lutum, & fictor noster es tu: & opera manuum tuarum omnes nos. Cum
33 igitur corpus nostrum natura fragile est, & occiduum, facileque ad lapsum in
peccata pertrahens: aptè caduci plasmatis esse dicimur. Ad hæc Domine ne
des honorem tuum alteri, inimico humani generis, idest nos, qui nomine Chri-
sti Christiani vocati sumus. Honor enim diuini nominis est creatura rationa-
34 lis Dei imagine insignita: ad hoc condita, ut in ea honoretur Deus. Petimus
igitur hoc loco, ne Deus ipse animas nostras, ad sui nominis honorem crea

tas

tas permittat potestatis Dæmonis:qui omnino à Deo alienus est, eique contrarius. Et qm̃ alter occupare honorem nominis tui studet: § Laxa malum,quod gessimus. Auge bonum,quod poscimus: Placere quo tandem tibi Possimus hic,& perpetim. Amen.§ Dimitte igitur nobis Domine peccatum omne, quod male perpetrauimus: & bonum illud (forte quo noster primus parens erat munitus:quod post peccatum perdidit) quod poscimus nos nunc,auge, & augmenta. Fuit enim Adam ante peccatum quadruplici bono à Deo donatus;quæ si nos nunc haberemus hic in præsenti,& in conspectu Domini, & 35
perenniter possemus ei utique placere: Et primò obedientiam carnis ad animam habuit,& sensualitatis. Secundo libertatem, & immunitatem ab omni pœna, & miseria corporali, quia poterat non mori, non pati. Tertio scientiã inditam omnium rerum naturalium. Quarto obedientiam omnium anima- 36
lium, & vsum omnium rerum creatarum ad vsum sui,& amicitiam parem aliorum hominum, sed omnia ista perdidit ex peccato. Nam primo caro surrexit aduersus animam. Secundo incidit in omnes miserias, & pœnas corporales, scilicet famem, sitim, laborem, dolorem, & mortem. Tertiò incidit in ignorantiam, scilicet,in persecutiones,ut in inuidiam, & iram aliorum hominũ. Iure igitur merito rogare debemus Deum, ut augeantur in nobis bona, quæ in primordiali nostro ingressu in hunc mundum accipimus vnà cum primo patre nostro:& ut nolit honorem sui nominis (si qua ab nostrãm fragilitatem committimus peccata) perdere, & alteri relinquere,permittens incidere in tot præmemoratas ærumnas,& calamitates, sicut Adam.

In eadem Dominica ad Laudes Hymnus Duodecimus.

DIlecta nunc Christi sponsa Ecclesia sancta: patris sui per gratiam audita voce. Audi filia, & uide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populũ Psal 44.
tuum;& domum patris tui: sponsum suum Christum statim accepit, secuta est, & ad eum venit:quocum semper mansit ei dilectissima:& quia ipsa suam cognouit erga nos pietatem, longam quidem ad expectantur nos:ut ad eum conuertamur,hoc ideo genus orationis eructauit ad eum: nempè. § Iam Christe sol iustitiæ Mentis diescant tenebræ. Virtutum ut lux redeat, Terris diem cum reparas.§ & reliqua. Vbi rogat Deum sancta Ecclesia, ut in hoc tempore nobis cor pœnitens tribuat:& quos longanimitate pietas expectauit, sua benignitate ad se conuertat:& gratiam nobis concedat; ut salutarem pro peccatis nostris pœnitentiam agamus. Hymnus igitur iste,ut videmus,canitur in aurora, quando clara non dum est dies: Hinc est, quòd per ista quatuor prima carmina; petimus, ut cum dies venerit,tunc Christus, ut lux virtutum in nobis redeat,quo omnia diurna opera nostra cum eius uoluntate fiant. Quòd vero Christus sit sol iustitiæ,palam est.Canit enim Ecclesia sancta. Natiuitas tua Dei Genitrix Virgo gaudium annunciauit vniuerso mundo: Ex te enim ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster:qui soluens maledictionem, dedit benedi- Malachias 4.
ctionem;& confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam. Vnde in Malachia legitur;& orietur uobis timentibus nomen meum, sol iustitiæ, &

sanitas in pennis eius, & egrediemini, & salietis sicut uituli de armento. Vnde aduertendum est, quòd sicut sol per suam præsentiam causat diem, & lucem in nostro hemisphęrio, in qua luce omnia uidentur, & discernuntur à nobis, & per suam absentiam causat noctem, & tenebram: in qua non possumus discernere: Ita Christus, qui est sol iustitiæ per suam præsentiam causauit, & portauit lucē in aduentu suo, & dedit legem, ut solem, in qua videmus, & discernimus omnium veritatem: quæ latebant in cęrimonijs legis ueteris. Hinc est, quod Franciscus de Christo intelligens, dicebat. { Venendo in terra à illuminar le carte.

Fran. C hauean molt anni gia celato il verò, Tolse Giouanni dalla rete, e Pietro, E nel Regno del ciel fece lor parte. } & sic Christus est sol, qui depellit non tantum tēporales. verum & spirituales tenebras: Quo fit, ut hic ab eo petamus, vt mentis nostræ tenebræ diescant, & diurno lumine illustrentur: & illuminatrice gratia diuina propellantur. Nam sicut diescere, est lucescere, & diem terris reddi. atque ostendi; ita etiam lumine gratiæ diuinæ (sumpta metaphora à die, & lumine sensibili) mens nostra pulsis interioribus tenebris, purior, & clarior, atque

2 illustrior redditur. Præterea subdit, virtutum ut lux redeat: si enim de mente nostra tenebræ, hoc est, cæcitas mentis, ipsa peccata abscesserint; tunc utiq;

Iacob. 1. lux virtutum in ea habitabit Christus, videlicet qui dat omnibus affluenter sapientiam, & omnes virtutes, quas tempore noctis, hoc est, peccati, amisimus: quæ fortè etiam sunt quandoque fides, spes, & charitas: ne dicam solum iustitiā, temperantiam, prudentiam, atque fortitudinem: super quibus voluitur totum vitæ bene institutæ officium. Alię verò virtutes ad istas quatuor, ut species ad sua genera principaliter reducuntur. Nam pietas religio, gratia, obedientia, & veritas ad iustitiam referuntur. Continentia verò, clementia, atque modestia ad temperantiam. Sane intellectus, siue intelligentia, ratio, & memoria ad prudentiam. Sed magnificentia, patientia, & perseuerantia ad fortitudinem spectant: Quas nec principales, nec accessiorias hic describo: sed dumta-

Virtus quid est. xat virtutem in genere: Quæ est animi habitus, naturæ veneratio, morum, pietas, cultus diuinitatis, honor hominis, & æternæ beatitudinis meritum. Et, vt istæ virtutes aliquid operentur in nobis, & lux earum vera redeat nobis Domine, { Dans tempus acceptabile: Et pęnitens cor tribue: Conuertat ut benignitas: Quos longa suffert pietas. } Annotandum est ergo, quòd ante Do-

Genes. 17. In c. maiores de bapt. Ioan. 3. Exod. 21. mini passionem nos non habebamus istud tale tempus acceptabile ad pœnitentiam, in veteri namque lege erat vtique tempus pœnitentiæ: sed ianuam cœli nō aperiebat. Vnde legitur: anima cuius caro non fuerit præcisa, peribit de populo: non dicit, ut lex gratiæ, & ueritatis postmodum edixit: videlicet: non introibit

3 in regnum cœlorum, immo nec minus dabatur tempus acceptabile pro exteriori iustitia, fracturam siquidē pro fractura; oculum pro oculo; dentem pro dente restituebamus: & sic quanquam pro interiori iustitia tempus daretur in antiqua lege acceptabile, non tamen cęli apertionem homines consequebantur. Vnde nunc nos maximas Deo gratias hic referre debemus: quod nobis dat cōgruum tempus ad pœnitentiam: quæ & ad ingrediendum cœli aulam modo ualet. At pietas, hoc loco benignitas dicitur, quæ cum Deo attribuitur (ut hic) sumitur pro clementia, & misericordia, & mansuetudine, atque pro ipsa benignitate: Aliàs autem pietas est cultus Deo debitus, aut obseruantia, aut ueneratio, quæ à filijs est exhibenda parentibus, vel pietas est virtus; per quam homo primò

primo omni creaturæ se benignum ostendit. Itaque orat hic Ecclesia ut, quoniã longanimitas Dei nos longo tempore sustinet (ait enim psal. Miserator, & misericors Dominus longanimus, & multum misericors) expectans conuersionem nostram: ipsa tandem ad pęnitentiam adducat. O pietatem Dei; O benignitatẽ, O infinitam Dei clementiam: quæ tam diu suffers: ut ad te conuertamur; & quotidiè clamas ad nos. Conuertimini à vitijs vestris pessimus: nolo etenim mortem impij, sed ut conuertantur impius à uitæ sua, & viuat. Expectat, Inquit Isaias, Dominus, ut misereatur nostri, & ideò exaltabitur parcens nobis. Vide, inquam, quàm sit benignus iste Dominus noster Iesus Christus. Nam ipse secundum Matthęum, omnibus dat, qui volunt accipere: solem enim suum oriri facit super bonos, & malos. & in actibus Apostolorum, dat omnibus vitã, & inspirationem: Præterea rogat alios petere, cum ait. Petite, & accipietis, pulsate, & aperietur vobis. Dic mihi: non ne expectat, & vocat nos Deus continue? Immo sępe plus dat, & melius, quum petatur. Exemplum extat Salomonis: cui petenti solum cor docile ad regendum populum Israel, dedit ei & diuitias: vt nemo in cunctis terrę regibus similis foret. Denique ipse gratis dat sine spe remunerationis. Vnde Iob, si iuste egeris, quid donabis ei? Et sic conclude, præamande legens, quòd Deus noster est magis pronus ad miserandum pœnitentibus, quàm ad puniendum. Nam ratione animę rationalis, quam ad suam imaginem creauit, diligit in tantum hominem, quòd non permittit, nec placet sibi, vt anima maneat in peccato deturpata, ac subiecta. Item ratione abominationis peccati: quia Deus in tantum odit, & detestatur peccatum: quod semper est paratus destruere, & delere ipsum per gratiam, & pœnitentiam. Item ratione humanæ fragilitatis, cui Deus semper compatitur. Item ratione suæ magnanimitatis: quia magnanimus non existimat; immo vilipendit iniuriam sibi factam. Item ratione liberalitatis, quia liberalis, & magnificus semper est pronus soluere pro paupere indigente. Item ratione paternitatis in quantum Deus est noster pater: ideo est semper pronus ad parcendum eius filijs. Item ratione faternitatis, quia filius Dei factus est frater noster carnem assumendo. Item ratione experimentalis pietatis; quia Deus voluit experiri fragilitatem nostrę carnis, vt disceret cęteris misereri; Ideo recordatus est; quoniam puluis sumus, quia cognouit figmentum; & fragilitatem nostram per experientiam. Vltimò Deus est magis pronus ad parcendum, quàm ad puniendum, ratione promissionis: per totam legem enim, & prophetas, Deus promisit veniam, & remissionem pœnitentibus: si enim Deus non parceret peccatori pœnitenti, sequeretur: quòd magis existimaret peccatum quàm hominem, quòd non est verum. Igitur, ò Domine. ,§ Quiddãque pœnitentiæ Da ferre quamuis grauium Maiore tuo munere: Quò demptio sit criminum. Da, dico, ò Christe, nobis, ferre, & pati, vel quiddam, siuè paululum pœnitentiæ hoc tempore sacro quadragesimali, quòd nempe, istud paululum pœnitentiæ sit ablutio, & ablatio scelerum: quamuis grauium, & enormium: & hoc magno, & ingenti, & maiori tuo dono. Dicamus sæpe, præamandi fratres, hanc apud Deum orationem cum matre Ecclesia: Quilibet, inquam, dicat Christigena: & cum Iob: Dimitte me ergo, ut plangam paululum dolorem meum, antequã vadam; & reuertatur ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriæ, & tenebrarum: vbi vmbra mortis, & nullus ordo;

Psal. 103. Ezec. 18. & 33. Isaias. 5 Matth. 5. Act. 17. Luc. 11. 3. Reg. 3. Iob. 35. 6 Nota. Psal. 110. Iob. 10.

ordo; sed sempiternus horror inhabitat. Dicamus & nos cum filijs Israel ad
Iudic.10. Dominum: Peccauimus, tu redde nobis, quicquid tibi placet. Vnde & omnia ipsi idola proiecerunt: propter quod doluit super miserijs eorum. Quantũ
7 autem vtilitatis nobis futurum sit, si pœnitentiam antequam ex hoc mundi ergastulo migremus, egerimus; non facilè est dictu: quandoquidem manifestè patet, omnes tam noui, quàm veteris testamenti patres, qui pœnitentiam peregerunt; intra beatitudinis ianuam receptos esse: vel saltem liberatos à miserijs
2.Reg.12. fuisse. Pœnituit ergo citò Dauid, quando Nathan ipsum de crimine reprehendit. Manasses quoque vinctus catenis, & in Babylonem ductus, egit pœnitentiam valdè coram Domino: & reduxit eum Dominus in Hierusalem regnum
Iudith.4. suum. Audita etiam terribili potentia Holofernis, sacerdotes induerunt se cilicijs, & ex toto corde omnes orabant Dominum, vt visitaret populum suum,
Ioan.3. & Dominus exaudiuit eos. Niniuitę quoque crediderunt Domino ad prædicationem Ionæ; & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt in sacco à minore, vsque ad maiorem, & liberati sunt. Præterea quàm libenter receperit Domi-
Matth.4. nus peccatores ad pœnitentiam, ex his apparet, quòd prædicationem suam à pœnitentia legitur incępisse. Et, ut induceret Dominus homines ad faciendum pœnitentiam, posuit exemplum de quibusdam, super quos cecidit turris in Si-
Luc.13. loe, & occidit eos; & subdit, si non pœnitentiam egeritis, omnes peribitis. Itaque nobis, fratres, Maria Magdalena pœnitentiæ sit exemplar, quæ non iussa ad
Luc.7. Dominum venit, quæ conuiuantes non erubuit, quæ retro secus pedes Domini stetit, quæ inter epulas lachrymas obtulit: Ad exemplum enim ouis, quæ perijt, vel dragmę, quam mulier perdidit, sed postea inuenta fuerunt, dicit Dominus, Gaudium magnum esse in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agẽte. Vere, inquam, Domine, debes nobis permittere: ut peragamus pœnitentiam: quia. {Dies venit, dies tua, In qua reflorent omnia: Lętemur in hac ut tuę, Per hanc reducti gratiæ.} De die paschali hic rectè intelligere possumus; quãquam non desint; qui vel de die iudicij intelligendum esse, dictitant: Hinc est, quòd supra petiuimus à Deo; vt concederet nobis aliquod tempus ad pœnitẽdum, antequàm ad iudicandum nos veniat. Nam pœnitentiam cupimus pe-
1.Cor. ragere: quoniam in nos fines sæculorum deuenerunt: qui dies Domini est: Nã triumphali sua resurrectione illum consecrauit, & sanctificauit; Vnde in denominationibus dierum hebdomadę dies illi respondens per totum anni circulũ,
8 vocatur dies dominicus: & de illo canit Ecclesia sic: Hæc dies, quam fecit Do-
Psal. 117. minus, exultemus, & lætemur in ea. Hunc item diem sanctum præconizat, ac ce-
Maximus episcopus. lebrat multum sanctus Maximus Episcopus in sermone ferię secundæ paschæ, cum inquit. Hęc est dies quam fecit Dominus. Bonus plane dies, qui lucem intulit vniuersis, verùm non huius sæculi lucem, sed resurrectionem æternæ. Lux enim ista non caliginem noctis detulit, sed mortis tenebras amputauit. Bonus, inquam, dies, & melior hic, quàm ille, in quo primum mundus enituit: Ille enim hominibus ad laborem creatus est: hic factus est ad quietem. Ille mortem meruit, hic formidinem mortis euasit: ille bonis, malisque communis est, hic proprius est iustorum, Illius diei lux tenebris sepelitur, huius diei splendor etiam sepulturas illuminat. Ad postremum illius diei lucem mortui non vident, huius diei lumen etiam defunctis emicuit: sicut ait Propheta: qui sedebant in vm-
Isai.9. bra mortis, lux orta est eis. Lætemur ergo in hac die, quæ & viuos circumfulge-

get, & mortuos uiuificat, & venturos illuminat, ſicut ait beatus euangeliſta: Ioan. 1.
Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.
Ad hæc etiam in die reſurrectionis Chriſti reflorent omnia tam corporaliter, ob vernam temperiem, quàm ſpiritualiter ab nouam humano generi reparatã uitam. Vnde aptè ſubiungit litera; lætemur in hac die, ſcilicet, paſchali, qui reducti, ideſt redempti, & conſequenter addicti gratiæ tuę ſumus, vel ad gratiam tuam adducti per hanc ſacratiſsimam diem: Per paſchale ſiquidem myſterium reconciliati etiam ſumus Deo, & ad vitam uocati. Modò Domine iam reſurrexiſti vnũ cum patre, & ſpiritu ſancto, ideo ¶ Te rerũ vniuerſitas Clemens adoret trinitas: Et nos noui per ueniam: Nouum canamus canticum. ¶
Hic eccleſia ſancta in primis duobus carminibus prohibet, ac damnat, idolola 9
triam, obſeruationes ſuperſtitioſas, uſum etiam artis magicę: ſed docet, atque exigit, ut nullam prorſus creaturam quantumuis excellentem pro Deo habeamus:
(ſicut gentiles; qui adorãt ſolem tanquam Deum, quem Phębum, & Apollinem 10
vocant; & adorant lunam quam Dianam, vel Lucinam, & Iunonem uocant: & adorant etiam ſtellas: in quibus putant ſtellificatos famoſos principes, Iouem, & Mercurium, & Herculem) ſed ſolum unum verum Deum, æternum, immenſumque Deum credamus; & confiteamur: & ut ſuper omnia eum colamus, inuocantes, adoremuſque omnes ſanctiſsimam trinitatem; quæ eſt ſuper omnia benedicta, & omnis gratię, & gloriæ largitrix. Sed quid hic vniuerſitatis nomine ſignari dicemus: Et certè non perperam hominem principaliter intelligi credimus; in ipſo ſiquidem, inquit Beatus Grego. & vera ſpecies, & magna cõmunio vniuerſitatis oſtenditur. Omne namque quod eſt, aut eſt, & non uiuit aut eſt, & viuit, ſed nunquam ſentit: Aut eſt, & viuit, & ſentit, ſed non intelligit, nec diſcernit: Aut eſt, uiuit, & ſentit, & intelligit, & diſcernit, ſunt namque lapides, nec tamen viuunt, ſunt arbuſta, quę viuunt quidem, nec tamen ſentiunt. ſunt bruta animalia, viuunt, & ſentiunt, nec tamen intelligunt, nec diſcernunt, ſunt Angeli, viuunt, & ſentiunt, & intelligendo diſcernunt. Homo itaque quia habet commune eſſe cum lapidibus: viuere cum arboribus: ſentire cũ animalibus, diſcernere cum Angelis: rectè nomine vniuerſitatis exprimitur: in quo iuxta aliquid ipſa vniuerſitas tenetur. Vnde & diſcipulis ueritas dicit: euntes in mundum vniuerſum: prædicate Euang. omni creaturę; omnem videlicet creaturam ſolum intelligi hominem voluit: cui commune aliquid cum omnibus creauit.
At ſequentes ſecundi duo uerſus demonſtrant nobis, quòd per confeſsionem
à nobis rectè in paſchate factam noui homines efficimur: & nouum meritò re- 11
ſurrectionis canticum cantare poſsimus. Dicamus ergo ſic. O clemens trinitas vniuerſę res te colant, & adorent: & nos noui facti, (nouos enim effecit nos: quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitus tenebat) noua per carnem Chriſti natiuitas: atque gratia illa, quam ex confeſsione peccatorum noſtrorum rectè, & humili corde facta ſacerdoti, nec non & illa, quàm ex ſumptione ſacratiſsimi corporis conſecuti fuimus (Vnde Ioan. qui manducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinem in me manet, & ego in illo) per tuam gratiam canamus tibi poſthac perpetuò iubilęum nouum, & canticum nuper, & recenter in lucem editum. Ioan 6.
Vel canticum nouum ideſt, ſecundum Baſilium Magnum non in legis ſcriptæ uetuſtate: ſed in nouitate ſpiritus Deum adoremus. Qui enim legis, non hiſtoriam, ſed ſpiritualem accipit ſenſum, hic canticum nouum cantat. Quare ò Baſil. Magn. Pſal. 32.

beata

beata Trinitas,præsta;ut nobis famulis tuis nostra ieiunorum munera afferant bonos fructus, & sint tibi acceptabilia, & tibi placentia. Amen.

In eadem Dominica ad Vesperas Hymnus Tertius Decimus.

1 SAncta mater ecclesia cognoscens humanum genus multis opprimi malis,tenebris videlicet ignorantiæ, nefandis criminibus, quotidianis defectibus, & carnalibus etiam vinculis irretiri ; ac tali demum onustum fragilitate;vt sub mergi sub unda peccati cogatur:nisi subleuetur ab illo:qui perfectè cognouit hoc magnum humani generis periculum: ad Dei pietatem, ac maiestatem illi supplicans conuertit se,ad eumque dicens. § Ad preces nostras Deitatis aures Deus inclina pietate sola: Supplicum uota suscipe precamur Famuli tui. § Et reliqua. In quibus, vt diximus, orationem ad Deum habemus; ut in hoc sacro quadragesimalis ieiunij tempore nos exaudiat oculis suæ misericordię:nos itidem respiciat:nostra deleat peccata, & per sanctam ieiuniorum obseruantiam virtutes in nobis adaugeat. Porrò subtilius huius totius hymni literam indagantes,ac discutientes nobis animaduertendum est:quòd aliqua petimus hic à nobis amoueri:aliqua verò donari.Donari profectò nobis petimus hic diuinũ amorem, & æternum lumen,nempe fidem,spem,& charitatem,ut ibi patet:§In-
2 sere tuum petimus amorem &c.§ Desunt enim multa nobis, quæ sub pœna mortis æternæ tenemur in nobis habere, nempè amorem erga nostrum creatorem: fidem erga redemptorem:spem erga promissa nobis facta;& charitatem
3 erga proximum. Item cum pari modo tenemur sub eadem pœna habere dolorem de peccatis nostris:& pro viribus nostris Deo pro illis satisfacere:verum, tamẽ cum habeamus Sathanam in omnibus bonis aduersarium,qui est iniquus, & malignus spiritus; & quia nequit miser homo illi præualere sine sancto spiritu:Ideo afflatus nunc spiritu,hunc petit malignum spiritum à nobis separari,
4 ac diuelli:ut ibi cernitur. § Procul a nobis absistat sathan. § Cæterum preces
Gulielmus.li. 5.cap.5. sunt idem,quod obsecrationes,quæ fiunt per sacrum aliquod interpositum: Veluti cum oramus per Christum Dominum;per redemptionem, quæ est in sanguine eius; per gratiam,& consolationem spiritus sancti, per infinitam bonitatẽ Dei:per merita sanctorum: per oblationem eucharistiæ in missa:aut simile aliquid. Orationes autem sunt idoneę petitiones,quas omni loco, omniq; tempori, vel publice, vel priuatim fundere licet impetrandi gratia. Gratiarum verò actiones reddemus Deo pro muneribus, quibus viuimus, quibus & iustificamur a peccatis nostris, quibus denique saluamur, & prouehimur ad thronũ gloriæ eius. Præterea laudes impendimus Deo pro omnibus, tanquam primo rerum principio:ex quo, & per quod, & in quo sunt, & subsistunt omnia. At supplicationes magna cum humilitatione, ut puta in cinere, & cilicio, in ieiunio,in prostrationibus: in lustratione:quando videlicet clerus cum populo deuotè ac venerabunde circumit, aliquando cum venerabilissimo sacramento, aut reliquijs sanctorum, Aliquando sine illis præeunte Dominicæ crucis vexillo, Amplius postulationes sunt:cum iure quodam velut exigimus, quod precamur:quale est illud: tuus sum Domine, saluum me fac: Vbi simul ratio mi-

insertur a Psalmista: Quia tua Domine creatura, tuaque sum redemptio.

Sic demum literam ordinemus. O Deus inclina, erige aures tuæ Deitatis Psal.118.
ad preces nostras: ac si cum psalte sancto diceret; Auribus percipe Domine Psal.142.
obsecrationem meam, & exaudi me. Capta beneuolentia a Deo sancta Ecclesia incipit illum rogare, ut dignetur de cœlo respicere; sic pergens. Respice clemens solio de sancto: Vultu sereno lampades illustra: Lumine tuo tenebras depelle pectore nostro. Primò aduerte hic, quòd per vultum serenum 5
non perperam dicemus intelligi verbum Dei, hoc est Christum filium eius vnicum, qui est imago patris in natura communicans: est enim fontanalis radius, in se manifestans gloriam paternam. Vnde Apostolus ad Hebræ. 1. qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius. Porrò lampades vocat hic Ecclesia Matt.c.25.
metaphoricè corda humana; in quibus oleum sancti spiritus cum lumine bo- 6
norum operum debet reponi: vt cum sapientibus virginibus præparati ipsi spõso obuiam ire ritè possimus: cum igitur oramus lampades illustrari, corda nostra spiritnali lumine repleri, perfundique petimus. Per lumen autem hoc in 7
loco Christum accipere possumus; quia in quantum Christus est coæternus patri, sicut lumen ipsi soli, & procedit æternaliter, sicut lumen a Sole: quia sicut numquam fuit Sol sine lumine, nec e conuerso, ita numquam pater fuit sine filio, nec e conuerso, & sicut lumen procedens a Sole illuminat, & viuificat omnia; ita filius procedens a patre illuminat, & viuificat omnia, & maximè hominem venientem in hunc mundum. Depulsis ergo per illuminationem Chri- Ioan.1.
sti, & Spiritus sanct. tenebris de corde, & mente nostra (tenebræ namq; men- 8
tis cæcitatem dicunt) consequenter etiam Domine; Crimina laxa pietate multa: Ablue sordes; uincula dirumpe: Parce peccatis: releua iacentes Dextera tua. Profectò bene dixit Ecclesia primò: Crimina laxa: deinde subiunxit, parce peccatis. Nam lex inquit, magis consulendum est his, quibus maius periculum intenditur. Crimen enim est graue peccatum accusatione, & damnatione dignissimum: sicuti est homicidium, adulterium, immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cætera huiusmodi. Peccatum verò est leuius 9 C.vbi,de elec. in 6.l.1. ff.de carbo.edic.
secundum August. Habet tamen peccatum multa nomina. Vocatur enim macu- 10
la, & hoc quia imaginem animæ deformat. Item reatus, quoniam ad pœnam Dist.81.cap.
æternam obligat. Item pollutio, & hoc quantum ad contagionem contractam Apostolu
ex terrena delectatione. Item vocatur pœna, inquantum respicit peccatum pri- Peccati nomi
mi hominis, in quo natura nostra corrupta fuit. Item delictum, secundum quod na.
est recessus a dignitate gratiæ. Item vocatur culpa prout respicit pœnam. Item offensa, & hoc quia contra Deum est. Item præuaricatio, & hoc in quantum mandatum Dei respicit. Item vitium, idest, defectus bonorum naturalium. Item peccatum, prout est conuersio ad bonum commutabile. Item vocatur scelus propter iniuriam Dei magnam. Item nefas, prout est illicitum personæ perpetranti. Item vocatur crimen, prout est dignum accusatione, & pœna. Sed ô, Domine Iesu Christe larga, inquam, tua pietate, & benignitate, & clementia, ac misericordia tua, laxa, condona, ac dimitte nostra nobis crimina. Ablue, dico & absterge corporis nostri sordes omnes, maculas, atq; uitia omnia. Et vin- 11
cula, idest, culpas, siue peccata, quibus vincti sumus a Diabolo, dirũpe, vt aliqñ, Psal.115.
et nos cum Psalte absolutè dicamus: Dirupisti Dñe vincula mea, & tibi sacrifica Greg. in lib.
bo hostiam laudis, & nomen Dñi inuocabo. Soluuntur namq; vniuscuiusque 30.c.73. moralium.

vincula, inquit Beatus Gregorius, dum diuino adiutorio interna desideriorum carnalium retinacula dirumpuntur. Cum enim pia intentio ad conuersionem vocat, sed ad huc ab hac intentione carnis infirmitas reuocat, quasi quibusdam
Iob.17. vinculis anima ligata præpeditur. Parce & nobis peccatoribus, & tuo potenti auxilio (quamquam mysticè per dexteram Christum hic intelligere etiam possumus; eo quòd pater per ipsum fecit omnia) nos in peccatis mersos, releua, & ab ijs erue, & pone nos iuxta te Domine; quia § Te sine tetro mergimur profundo: Labimur alta sceleris sub vnda. Brachio tuo trahimur ad clara Sydera cœli. Quasi dicat hoc loco sancta Ecclesia sicut filij Israel submersi essent in profundum rubri maris, nisi eis tu Deus per Moysen qui diuisit aquas maris, vt
Exod.12. ambularent per siccum, & inde saluarentur (Exod.12.) opitulatus esses: ita nos sine tuo auxilio mergimur in obscuro, ac tetro inferno, & labimur, & obruimur sub alta illa, & horribili vnda quæ sceleratis, ac reprobis dumtaxat assignata, & parata est hominibus: sceleris ergo, idest, scelestorum hominum; sed è contra brachio tuo, si volueris, trahimur ad cœlum: Vnde non potes ò Christe, obliuisci,
Ioan.17. quod scriptum in terris reliquisti, nempe; & ego, si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum; sicut ergo populum tuum ab hoste, & Dæmone, ab
Psal.76. Ægyptiaca etiam tyrannide liberasti (Redemisti, inquit Psaltes, in brachio tuo populum tuum, filios Israel, & Ioseph) ita si uis in brachio, & auxilio tuo trahemur etiam & nos ad cœlos: vbi cum beatis illis spiritibus vitam æternam perenniter possidebimus.
12 Cæterùm per brachium hic etiam possumus intelligere Christum, qui est brachium Domini, & filius æterni patris. Sicut enim brachium est, quo operamur, & eiusdem naturæ nobiscum, sic brachium Dei
Hebr.1. dictum est eius verbum, per quod fecit, & secula eiusdemque cum eo substan-
Isai.52. tiæ, & hoc modo sæpius id nomen in sacra scriptura sumitur: Vt cum inquit Isa-
Cap.53. ias; Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium, & rursum ait quis credidit auditui nostro, & brachium Domini, cui reuelatum
Psal.97. est? Iterum Propheta ait. Saluauit sibi dextera eius, & brachium sanctum eius:
Luc.1. & Lucas ait: fecit potentiam in brachio suo, &c. Hucusque sancta Ecclesia allocuta est Deum: modò vertit se ad Christum, sic illum inuocans: § Christe lux vera, bonitas, & uita: Gaudium mundi pietas immensa: Qui nos a morte rosco saluasti Sanguine tuo. § Christus, inquam, lux hic uera appellatur ab
Ioan.1. Ecclesia, & bene: Ioannes siquidem de eo sic fatur, erat lux vera, quæ illuminat
Ioan.8. omnem hominem venientem in hunc mundum: & ait de se Dominus: ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ:
Ioan.1. Inquit enim Ioannes in prima sua epist. quoniam Deus lux est, & tenebræ in
13 eo non sunt vllæ; & dicitur Christus lux vera, quia quoscunque sua potentia attigerit, illustrare, & illuminare sufficit, naturali siue ingenio, siue nempe sa-
Eccle.1. pientia diuina: sicut enim nemo a seipso esse, ita etiam nemo a se ipso sapiens
Isai.9. esse potest, sed illo illustrante, de quo scriptum est omnis sapientia a Domino Deo est. Quare, inquam, lux vera? quia lucebat; quia docebat; quia prædicabat; quia populum, qui sedebat in tenebris, illuminabat: Vnde Propheta: Populus, inquit, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam; & habitantibus in regione mortis, lux orta est eis, vt scilicet illuminaret intus animam eo-
14 rum secundum diuinitatem, & informaret eos exterius secundum humanitatem. Est etiam Christus ipsa bonitas, & bonum est illud, quod communi-

cat,

cat, & impartitur alijs suam bonitatem. Vel bonum illud est, quod sui ipsius est diffusiuum. Vnde, quem mihi vnquam reperies, in quo sit tanta bonitas, sicut est in Christo Iesu Domino nostro, qui nos sui ipsius participes fecit, qui Tit.2.
propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de coelis: qui & semetipsum exinaniuit, non tamen formam Dei amittens: sed formam serui accipiens, & in nobis habitare dignatus est, & sic verbum caro factum est: qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret, & faceret sibi populum acceptabilem: qui pro ouibus suis animam posuit, qui carnem suam ad manducandum dedit, qui nos & carnis suæ alimento quotidiè satiat, qui sua bonitate creatis rebus omnibus, eiusque perpetua prouidentia adest, easque tuetur, ac conseruat, qui est nobis magister, docens nos veritatem suam, qui suæ diuinitatis effecit participes: & summatim eiusdem diuinæ bonitatis participatione efficimur; Non autem alterius. Non enim est, inquit Ecclesiastes, homo 15
iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Non est qui faciat bonum, Eccles.7.
non est vsque ad vnum ait regius Psaltes. Communicatione tamen, vt diximus, Psal.52.
diuinæ bonitatis rationalis creatura, bona fieri cognoscitur. Vnde & Nemo bonus nisi unus Deus.
Dominus pia promissione testatur, quia pater de coelo dabit spiritum bonum petentibus: dandum a patre perhibetur; quia sine fidem, spem, & charitatem, Mar.10.
siue alia qualibet bona coelestia desideramus adipisci, non aliter nobis, quàm Luc.11.
Spiritus sancti dono tribuantur. Dicit enim Psaltes. Ascendens in altum, ca- Psal.67.
ptiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus: Dedit enim dona homini- 16
bus: quia misso desuper Spiritu sancto, alij sermonem sapientiæ, alij sermonem scientiæ, alij gratiam virtutum, alij gratiam curationum, alij genera linguarũ, alij interpretationem tribuit sermonum. Vides modo quantus est iste Deus 1.Cor.12.
noster, & bonus & liberalis? Ad hæc, & vita Christus est etiam; quia in ipso 17
vita erat, & vita erat lux hominum: & alibi ipse de se Christus dixit. Ego sum Ioan.1.
via, & veritas, & vita, nemo venit ad patrem, nisi per me. Et certè Christus est ipsa vita: Nam si diuinæ generationis nobis est author, & immortalitatis est ipse largitor; quanto magis erit, & vita? Vnde secundum quod de sapientia Prouer.3.
Salomon loquitur: Signum vitæ est omnibus apprehendentibus eam: Ipse siquidem est viride lignum, & fructuosissima arbor; a qua vita gratiæ, vitaque gloriæ emanat: qui suis electis immortalitatem concedit. Qui licet vbique sit 18
per diuinitatis naturam, & in Ecclesia militante per sacramentalem præsentiã, in regno tamen coelesti propriè, & apertè consistere dicitur: vbi facie ad faciem cernitur, cui ait. Psalmista: Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, & satiabor Psal.16.
cum apparuerit gloria tua. Præterea est & Christus gaudium mundi, idest, 19
credentium; eius namque aduentu, ac natiuitate gauisus est totus mundus, ut piaret enim eum, ac redimeret, ipse venit, & nasci voluit. Vnde Angelus ad Luc.2.
pastores. Ecce enim, inquit, Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. Verè, inquit Beda, gaudium magnum; quia gaudium coeleste, Beda in homil. natiuit. dom.
gaudium æternum, gaudium, quod nulla tristitia interueniente turbatur. Est demum Christus tam magna pietas, tam magna benignitas, clementia tam ma- 20
gna, & tam magna misericordia, quod mensuram nullam recipere potest. Nam quis vnquàm homo (an fortè Moyses, an Elias, aut aliquis alter? non:) nisi Christus, qui est immensa pietas, liberauit nos a morte roseo, & rubeo cruore? certè nemo alter: pijssimus ergo iure quidem merito appellari potest. Cum igitur sis

talis,ô Christe, qui tuo rubeô saluasti nos sanguine; modò rege nos, vt ad tuã aliquando perueniamus visionem. Et § Infere tuum petimus amorem Mentibus nostris: Fidei refunde Lumen æternum, charitatis auge Dilectionem. En modò bona, quibus infinita bonitas vult oês homines affici; quæ & tradere, &
Iacob.1. communicare hominibus, semper est paratus Deus, qui dat omnibus affluēter,
21 & nō improperat. Pro declaratione igitur horum quatuor versuū, premitte, ꝙ amor est multiplex. Nā reperit amor gratuitus, qui est laudabilis; quia virtus est, & habet finē principalē bonū incōmutabile. Est & amor naturalis, qui nec laudabilis, nec vituperabilis est, & habet finē indigentiā, vel vtilitatē propriam.

Itē est & amor vitiosus, qui est vituperabilis, quia peccatū est, & habet finē voluptatē. Itē est etiā amor filialis, quo Deū diligimus propter se tantùm. Est demū & amor mercenarius, quo nō diligimus principaliter, sed secūdariò: Cum itaq; petimus a Deo eius amorē inseri in mētibus nostris, amorē gratuitū intelligere possumus; quo diligimus Deū purissimè, nō respiciētes vtilitatē nostram, sed bonitatē amati Dei infinitā, quô inquā, amore sic plus Deū diligimus, quàm nosmetipsos. Vel sic; infert tuū amorē mētibus nostris; idest, qualē sanè amorē fuisse tuū Dñe erga nos cognouimus, talē in nobis esse etiā a te petimus: quia
Ioan.13. tu dixisti nobis: Mādatū nouū do vobis, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos, & vos diligatis inuicē. Ac iterū: hoc est preceptū meū, vt diligatis inuicē, sicut dilexi vos. Quare amor naturalis sit erga nos ipsos; pius erga parētes: iucundus erga socios; iustus erga amicos: violētus erga inimicos: sanctus erga Deū factorē nostrum.

22 Fidei insuper lumē æternū Dñe mētibus nostris refunde, hoc est, lumē illud hic petimus, & Dei donū quo illustrati firmiter assentimur iis, quæ vt credātur, sunt diuinitus reuelata, & ab Ecclesia nobis proposita: Cuiusmodi sunt; Deū esse trinū, & vnū; è nihilo creatū mūdū. Deū factū esse hoīem, & pro hoībus mortē sustinuisse: Mariā, & virginē, & Dei matrē existere; mortuos oēs ad vitā excitandos esse Hoiem ex aqua, & spiritu sancto regenerādū, totū Christū in Eucharistia contineri, & id genus alia religionis nostre mysteria; quæ diuinitus reuelata nō humani sensus captu cōprehēdi, sed fide dūtaxat percipi possunt. & istud lumē pōt dici supernaturale, & æternū; quia infundit ex speciali dono spiritus sancti, eleuās intelligētiā vltra naturā sui ad cōprehēdēdū ea, quę sunt super humanā
Act.2. facultatē; prout spiritus sanctus diuidit, prout vult. Et istud lumē dupliciter per-
23 uenit ad nos, vno modo per specialē infusionē, & illustrationē: & sic receperunt ipsum Patriarchæ, & Prophetæ ueteris testamenti, & Apostoli, & sancti Doctores in nouo testamento. Secundo modo istud lumen peruenit ad simplicis fideles per doctrinā, & prædicationē. Et dicitur, inquam, æternum lumē, quia
Gal.3. ex eo viuimus: & in eo: Vnde Paulus ad Gal. In fide viuo filij Dei; & ad He-
Ioan 5. bræos; Iustus ex fide viuit. Secundò quia hoīem (Ioan.) ad vitā æternam perducit. Vnde Chrysost. Fides est lumen animæ, otium vitæ, & fundamentum salu-
24 tis æternæ. Deniq; auge in nobis Domine charitatis dilectionem. Certum est aūt, charitatem posse augeri, nō autem minui, & charitatem aliam maiorem re-
Luc.7. periri. Ait enim Lucas, remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit mul-
Ioan.13. tum; cui autem minus dimittitur, minus diligit: & alibi; maiorem charitatem, &c. Quomodo autem augeatur, numquid per additionem gradus ad gradum; nunquid extensiuè nunc quolibet actu, an verò dispositiuè, vel meritoriè, non dico. Sed dico humiliter cum sancta matre Ecclesia.

Auge

Auge ô Christe in nobis dilectionis charitatem,& amorem talem, quo nihil pre
ter te amemus,& te amicum ita determinemus; vt te chariorem omnibus iudi-
cemus,& habeamus. Cæterum nota differentiam inter amorem, dilectionem, 25
& charitatem;quia amor propriè est naturæ, & dicitur amor, quasi animorum
vnio;quia quietat appetitum in re amata. Dilectio est amor proximi;& dicitur
dilectio,quasi duo ligans:sociat enim amantem cum amato in amore; vt se mu-
tuò diligant. Charitas est amor in Deum: hæc amicum determinat;& iudicat
omnibus chariorem. Vnde dicitur charitas,quasi chara vnitas,quel quasi cha-
rum faciens Deo. Vnde charitas multis rebus assimilatur, quia comparatur 26
auro,quod fornax tribulationis probat: Auroræ, quam sequitur dies æterni-
tatis. Arcæ Noe, in qua qui non fuit inuentus, perijt. Arbori bonos fructus
facienti. Alæ ad cœlestia subleuanti.funi ad Deū attrahenti firmamento aquas
voluptatis ab aquis, æternitatis diuidenti:fonti mentem irriganti. Gemmæ ani
mam ornanti. Rosæ rubenti. Soli fulgenti. Thesauro latenti. Vesti pecca-
torum turpitudinem cooperienti. Vnguento vulnera letalia curanti.

Vltimò charitas differt ab alijs duabus virtutibus theologalibus. Nam fi- 27
des in præsenti Deum sequitur, spes in cœlum comitatur, charitas perenniter
amplexatur. Secundò quia per fidem cognoscitur Deus, vt veritas; per spem
habetur, vt æternitas: per charitatem diligitur, ut bonitas. Præterea fides est
circa verum: spes circa arduum:charitas circa bonum. Sequitur sancta eccle-
sia suam orationem, sic perseuerans. § Tu nobis dona fontem lachrymarum:
Ieiuniorum fortia ministra:Vitia carnis millia retunde Framea tua.§ Apparet 28
hic ex primo versu, quòd non tantum intrinsecus plorare debemus in hoc sacro
quadragesimali tempore;sed etiam extrinsecus demonstrare debemus dolorem,
& contritionem: sicuti abundantius fudit sancta Maria Magdalena. O beati, Luc. 7.
qui lugent peccata,quæ fecerunt: Beati, inquam,qui sua, & ad vos ô sacri sacer-
dotes,& loquor aliorum peccata plorant in sacro acceptabili, & die salutis, tem- 1.Reg.15.
pore: sic enim Samuel flebat Saulem cunctis diebus vitæ suæ: Nam & Dauid; Psal. 47.
quia pœnituit, & fleuit; beatus est, ait enim, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, Ioan.11.
die, ac nocte. Ipse quoque saluator noster pro morte Lazari lachymatus est. Luc.19. Mar.14.
Videns etiam perituram Hierusalem,fleuit de miserijs eius. Fleuit beatus Pe- 29
trus,& beatitudinem non amisit. Beati igitur qui sic lugent,quoniam ipsi æter Luc.22.
na lætitia consolabuntur. Porrò framea aliquando accipitur pro gladio pœni- Aug. Psal. 8.
tentiæ Dei,vt ait Aug. & Iacobus de Valentia. Aliquando per frameam mili- Iacob. de Valen.
tes Romani intelligun tur,quia frameas,idest,gladios,& arma ferebant. Aliquan Psal. 34.
do pro hasta, & lancea accipitur. Framea ergo tua Domine uitia carnis millia
(licentia poetica pro mille) retunde,& amputa. Vel framea,idest,gladio tuo
bis acuto,hoc est,verbo tuo nos increpante. Vnde dic tantum verbo, & sana-
bimur ab omnibus vitijs carnis,sed & etiam. § Procul à nobis perfidus absistat
Sathan à tuis viribus confractus:Sanctus assistat spiritus à tua Sede demissus.§

Sathan idem designat, quod aduersarius; & quoniam Diabolus maximè 30
Christo, & Deo est aduersarius: nomine ideò Sathanæ frequentissimè, & præ-
sertim hic nuncupatur. Interdum tamen hominibus id nomen attribuitur, 3.Reg. 11.
ut tertius Regum liber testatur,quòd suscitauit Deus regni Salomoni,& in euan Matth. 16.
gelio legitur dixisse Dominum beato Petro: Vade post me Sathana, quia non
sapis, quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. Aliquando etiam Diabolus

Pet. 5. Iob. 3. non solum Sathan, hoc est, aduersarius (Nam archiapostolus ait: Aduersarius vester Diabolus &c.) sed & Behemoth, idest, bestia; quia facit homines bestiales, idest, additamentum eorum, qui peccata peccatis cumulant. Et certè non absq; causa hic petimus, ut procul à nobis absistat perfidus Sathan: ipse enim mille nocendi, ut præmisimus, modos habet. Vnde non immeritò de eo sic fatur beatus Gregorius. Sathan, inquit ille, & propter sæuitiam leo dicitur: & propter multiformis astutiæ varietatem non incongruè tigris vocatur. Modò enim se, sicut est perditus humanis sensibus obijcit: Modò quasi Angelum lucis ostēdit: modò stultorum mentibus blandiendo persuadet; modò per culpam terrendo pertrahit. Modo suadere vitia aperte nititur: modo suis in suggestionibus sub virtutis specie palliatur. Hæc itaque bellua, quæ tanta varietate respergitur, iure tigris vocatur. Dicit itidem; Antiquus namque aduersarius, vt à recta intentione nos retrahat, multiformiter impugnat, & tentationem nostram verbi famæ, modò carnis certamine; modò fagello sermonis: modo calamitate persecutionis aggreditur. Perfidus ergo, & malignus, contrarius, veritatis hostis, & fidei violator, & proditor Sathan, absistat à nobis: Qui confringatur à te, conculcetur, & ita deprimatur, ut nunquam amplius possit nos infestare; sed benè loco illius dimissus à tua sede spiritus sanctus assistat nobis semper.

Gregor. Moral. 5. ca. 16. 17. 18.

31 Cęterum sedes Christi pro patria secundum Dionysium Carthusianum, secundum humanitatem est quies, & mansio eius in potioribus bonis patris: quoniam in creatis eius diuitijs copiosissimè fruitur vsque ad omnimodam suæ capacitatis repletionem: à qua tamen sede secundum humanitatem ante nō descendit; sed remeasse perhibetur ad commendandam humanitatem personæ in eo, quòd ab exordio extitit ibi. Aliàs autem sedes Christi, secundum beatum Ioan. episcopum sunt omnes Christiani; in quibus habitat Christus. Sed nos demum gloriam demus Deo, dicentes. § Gloria Deo sit æterno patri Sit tibi semper genitoris nate: Cum quo æqualis spiritus per cuncta Sæcula regnat. § Amen. Et aduertamus hic quod gloria Dei duplex est, siue dupliciter sumitur: uno modo pro illo summo gaudio, quod Deus ab æterno habet de se ipso, in quantum fruitur infinitè se ipso, infinitè amato, & summo bono, in quo summè beatificatur. Alio modo sumitur pro honore latriæ, quem dant ipsi omnes Angeli, & beati in cælo, qui consistit in adoratione, & continuis laudibus;

Dionis. in Apocal.

Ioan. episcopus in homi. com. beati Pauli.

Iaco. de Val. in cant. Angelorum gloria in excelsis Deo.

32 quia non cessant procidētes in facies laudare, & benedicere & glorificare Deum & pro beneficijs receptis gratias agere. Prima ergo gloria, quam Deus habet de se ipso, non fuit augumentata per aduentum Christi; Cum sit idem, quod diuina essentia: quia hanc semper Deus habuit ab æterno, nec pro tali gloria indiget bonis nostris. Item quia Deus ab æterno iam dilexit, & prædestinauit suos ad gloriam: ideo iam ab æterno gaudebat in se de nobis. Sed sumendo gloriam Dei pro illa, quam donat creaturæ, ut hic, tunc gloria Dei incipit ex tempore ab Angelis in cœlo post confirmationem, & conuersionem eorum, qui illicò incęperunt cantare, sanctus, sanctus, sanctus. Sed ista gloria dei fuit augmentata, & nouiter dilatata vsque ad homines sanctos per aduentum Christi; & hanc gloriam dederunt Christo sancti prophetæ, & Apostoli, & multi alij, atque nos ipsi demum.

Apoc. 4.

In

In Dominica Passionis ad vesperas Hymnus Quartusdecimus.

HActenus nostra sancta mater ecclesia celebrauit à septuagesima tempus pœnitentiæ, ut se ad sanctisimam Christi passionem (suo compatiens Domino, ut capiti membra) præparet: à qua omnis pœnitentia vigorem sumit. Ad hoc ergo tempus cum iam peruenit: (quasi de hostium victoria secura) exultans, clamat. ⸿ Vexilla regis prodeunt: Fulget crucis mysterium: Quo carne carnis conditor, Suspensus est patibulo: ⸿ Et reliqua. In quibus recensentur dominicæ passionis mysteria;& præclara viuificæ crucis præconia: Demum ad eam pia dirigitur oratio fidelium; vt illis profectò sit munimentum, & præsidium. Sed si vitam,& animam huius hymni cognoscere cupimus, attendamus,quæ hic inferius ponuntur. Et primò quatuor prima carmina considera,in quibus reperies vnum mirabile,quod est, ut in cruce, & in passione;in qua & tenebræ,& nubila,& obscura,& turbida omnia esse videntur: etenim cum carni,& sanguini nihil tam horribile,tam infame,omnique tam plenum terrore sit, quàm crux ipsa;totum tamen in Christi Domini passione contrarium visum est; quia fulget mysterium crucis. Secundò nota, quòd quamquam horrendum, & infame videatur, vt Deus conditor,& creator carnis sua in carne patibulo suspendi, vulnerari,& lancea perfodi voluerit; nihil tamen mirandum,quia totum hoc factum est; vt vnda, veluti sanguinis flumen è sanctißimo corpore suo emanante, lauaret nos à crimine, ut ibi dicitur. ⸿ Quo vulneratus &c. ⸿ Tertiò considera hoc totum, quod tam horrendum videtur spectaculum, Christum nempe crucifigi voluisse:non casu,neque fortuna,contigisse:sed diuina (ab æterno) disponente voluntate:sicut benè quondam cecinit fidelis Propheta Dauid suo carmine. Quartò nota non amplius crucem esse infamem,sed decorosam, non amplius tenebrosam,& nubilosam; sed fulgidam; non amplius maledictione damnatam,sed veluti regis purpura ornatam:Non amplius maledictam, sed honore omni dignam: postquàm meruit tam sancta membra,Christi nempe tangere. Quintò nota,quòd non decorosum tantum, non fulgidum, non regia purpura ornatum,non eligendum, nõ omni honore dignum solum:sed beatum stipitem dicere debemus:quandoquidem ipse sui brachijs (velut iustisima statera) ponderauit (heu rigoroso examine) pretium, Christum videlicet Dominum nostrum,quo mundus esset emptus: quod pretium diuinæ faciens satis iustitiæ; ipsa non reclamante, sed consentiente, & in fauorem tanti pretij sententiã ferente: captiuam duxit captiuitatem,tartariq; tulit prædam,& æternis beatisq; regis illam intulit donis; vt clarè patet in quinto uersiculo. Sextò collige ex hac præsenti litera,quòd humi iacentes,& terræ prostrati clamare debemus omnes: ⸿ ò crux aue spes vnica ⸿ semper:sed præcipuè in hoc nobis tam fausto tempore tuæ gloriæ:opusque tuum perfice: singulare enim, & tuum est proprium, & iustis nempe, augere iustitiam, reisque donare veniam. Et demum sanctissimam trinitatem simul cum homine omnem spiritum, siue Angelum laudare debere septimo loco innuitur: eorum namque per hoc tam sacrosanctum crucis mysterium in æternum alterum redemit, & alterum reparauit. Veniamus modo ad ipsius literæ superficialem explanationem. Palam est itaque vexilla

Alij Theodulfo, alij Ambrosio, alij Fortunato, alij Sedulio hoc ascribunt canticũ. 1 *Psal. 67.* 2 3

esse signa militaria principum, siue regum; quæ quando cum hostibus manus
conseruntur, in bello eriguntur. Item modò sunt insignia sacra passionis Do
mini nostri Iesu Christi,& vexilla,quibus antiquum debellauit hostem, & prin-
cipem mundi huius diabolum eiecit foras: Qualia sunt, largo modo,acetum,
4 fel, arundo, claui, lancea perforati corporis, corona, dies passionis, rationes pa-
tientis, illusiones inimicorum, & insidiæ eorum; quæ omnia mysterium crucis
5 dici etiam possunt. Vel per crucis mysterium, sacrificium altaris etiam intelli-
gere possumus. Nam per crucem altare habemus: immo altare est veluti crux
clausa; sicut crux est veluti altare apertum. si enim crux complicetur, quadrum
altare facit; si autem altare explicetur per quatuor partes crucem format: ex qui-
bus sacrificium facimus singulariter: ex immolatione enim crucis sibi fit altare:
Exod 15. in quo sacrificamus. Nota etiam, quòd ideò sancta ecclesia cantat: § Vexilla
regis prodeunt. § ut si qui lapsi sunt, veniant ad vexillum, quod omnes amari-
tudines facit esse dulces: quod significatum est per lignum proiectum in aquas
6 Marath. Ad hæc nota etiam, quòd mysterium (secundum beatum Gregoriũ)
Greg. 1. q. 1. cap. multi. dicitur ob id, quod secretam,& reconditam habet dispensationem, idest, uirtu-
tem, & gratiam à Deo dispensatam, & collatam. Vnde dominica sacramenta
propriè dicuntur mysteria; quia sacramenta dicuntur; quia sub tegmento cor-
poralium rerum diuina virtus secretius salutem per eorundem sacramentorum
7 operatur effectum. Nota tertiò loco, quòd Christus, non ut homo, sed ut
Deus, est carnis conditor: sua namq; diuinitate condidit omnem carnem, idest,
ipsius naturæ omnium substantiam. Aliquando enim caro varia in sacris scrip-
turis significatione ponitur. Interdum enim caro pro ipsius naturæ substantia
Genes. 2. ponitur, ut in genes. Hoc nunc os ex ossibus meis,& caro de carne mea. Non-
nunquam carnis appellatione totus homo designatur, sicut de Christo per Ioã-
Ioan. 1. nem dicitur; Verbum caro factum est;& sic secundum istam significationẽ præ-
sens hic noster textus potest intelligi. Caro etiam, & sanguis pro corruptione
1. Cor. 15. poni solent, Apostolo dicente. Caro,& sanguis regnum Dei non possidebunt.
8 Vltimò demum nota, quòd patibulum omissis aliis eius significationibus, cru-
cem, & tormentum signat: Vnde ecclesia cantat. Non dubitauit manibus tradi
nocentium,& crucis subire tormentum. Quo igitur, idest, mysterio, quod ful-
get per totum mundum,& quo Diabolum expugnauit Christus, qui sua diuini-
tate carnis est conditor, carne.i. in carne nostra, vel carne.i. pro genere humano
suspẽsus est patibulo. Nunc subdit causam, qua suspendi, vulnerarique vo-
luerit Christus, cum vates ait: § Quo vulneratus insuper Mucrone diro lan-
ceæ: Vt nos lauaret crimine, Manauit unde sanguine. Hic aduerte, quòd di-
ctio, quo, refertur ad nomen patibulo: Vltra manus,& pedes confixos (foderunt,
enim, inquit Dei filius, manus meas, & pedes meos, & dinumerauerunt omnia
Psal. 21. ossa mea) ipse carnis conditor etiam vulneratus est à cuspide militaris lanceæ,
vt ipse nos lauaret à crimine, idest, ab omni, præsertim à peccato originali; à quo
cætera dimanarunt scelera,& peccata;& ex eo vulnere lateris manauit aqua cum
sanguine, vt aqua nos ablueret; sanguis uerò nos redimeret: Nam non tantum
9 sanguis, nec etiam sola aqua emanauit; ut aqua; quæ duntaxat sordes corporales
lauare poterat: commixta sanguini; qui est nostræ redemptionis pretium, ex hu-
iusmodi commixtione uirtutem,& potestatem sumeret: ut esset digna ad coope-
randum spiritui sancto ad abluendum peccatorum sordes spirituales.

Et

Et hæc Christi crucifixio, ac eius lateris iam mortui apertio manifestatur per
Ioan.in suo euangelio. Cum ait Ioan.sed vnus militum lancea eius latus aperuit, & continuò exiuit sanguis, & aqua. Et quia Dauid quondam gentibus Ioan.19.
dixit,quòd Christus à passione sua regnauit. Ideò subdit hic ecclesia quod iam
adimpletum est,quod prophetauit Dauid,& ait. § Impleta sunt, quæ concinit
Dauid fidelis carmine: Dicens in nationibus regnauit à ligno Deus. § Psal.95.
10 Ex psalmo 95.istud propheticum oraculum desumptum est: Vbi iuxta Romanam psalmodiam legitur. Commoueatur à facie eius vniuersa terra: Dicite in gentibus,quia Dominus regnauit à ligno.Hæc vox à ligno, è textu Iudæi Euthymius Psal.95.
abstulerant: quem quidem versiculum sic exposuit Euthymius.Dominus regnauit à ligno,idest,Dominus cognitus est, ut rex:Iacobus autem de Valentia sic Iacob.de Val. Psal.92.
exponit illum locum,scilicet;Dicite in gentibus,idest, prædicate, & annunciate
inter omnes gentes;quia Dominus regnauit,idest,Dominus obtinuit, & adeptus est regnum à ligno,idest,à cruce. Hinc est, quòd in tempore paschali vsq; ad ascensionem Domini; vbi in officio ecclesiastico fit memoria de cruce: habetur iste versus ante orationem:Dicite in nationibus, quia Dominus regnauit
à ligno.ex istis verbis;nempe. § Impleta sunt,quæ concinit Dauid fidelis carmine;Dicens,in nationibus Regnauit à ligno Deus:§ cognoscimus quod bene
author præsentis hymni agnouit versiculum nonagesimi quinti Psalmi legendũ Psal.95.
esse:Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit à ligno:non autem prout hodie legitur, scilicet dicite in gentibus, quia Dominus regnauit; vbi clare patet,
verba à ligno fuisse detracta, & sublata à Iudæis: quod asserit beatus Iustinus
Martyr in dialogo cum Tryphone.pag.57 : Vbi etiam refert, quod ex verbis Iustinus Martyr.
etiam Hierem.amputarunt uerba illa:Recordatus est Dominus Deus mortuorum Israelis, qui in terra aggeris sepulti sunt, &c. præciderunt etiam & multa
aliæ sacræ scripturæ loca,prout ipse Iustinus aduertit. Non ergo mirum est, si
hunc quoque locum 95.psalmi exciderunt:tametsi existimet ipse, verba illa à ligno, paraphrastice,hoc est,ad magis elongandum sermonem addita fuisse. De
hoc quoque versiculo facit mentionem Couar.qui locum illum legit sic. Lætamini in gentibus: Dominus post lignum regalem potestatem habuit. Sed Couar. lib.4. cap.5.
modò vertimus orationem nostram ad sanctam crucem dicentes: § Arbor
decora,& fulgida,Ornata regis purpura: Electa digno stipite tam sancta mẽbra tangere.§ Nomine purpuræ possumus hic intelligere pretiosum Christi
11 sanguinem,quo ipsa crux profusa, & sanctificata est, quod purpurei, & rosei
coloris sit,ipsique purpuræ colore persimilis: Etenim naturales referunt historici,purpuram ipsam conchyliorum sanguine tingi:& proinde sanctus Andreas,
qui gloriosa morte Deum clarificaturus, visam crucem salutauit,ita exclamauit,
salue crux pretiosa, quæ in sanguine Christi dedicata es, & ex membris eius,
tanquam margaritis ornata. Vel per purpuram intelligamus purpurea Christi membra ex eius sanguine. Fuit ergo ista arbor ornata, pulchra, splendida
12 purpureis membris Christi:fuit etiam ad sustendandum sancta membra Christi digna sancto trunco.Aliàs autem arbor fides est, inquit Eusebius, ad quam Euseb.in homil.dedicat. Eccl.
multi venientes, & in eam ascendentes, quamuis statura paruuli fuissent, & nõdum in scientia multum creuissent: Inde tamen Iesum videre, & cognoscere
meruerũt:cuius fructus sanguineus est,per quem martyres significantur,qui fidei arbori adhærentes, propter fidei constantiam proprio sanguine cruentati
sunt,

sunt. Quia verò ista arbor fuit electa ad tam sacrum sacramentum, ideo;
§ Beata cuius brachijs Sæcli pependit pretium: Statera facta corporis, Præ-
13 damque tulit tartari.§ Vocat ecclesia sancta crucem beatam hic, non quòd
ea beatitudinis æternę vitę, atque salutis perpetuæ sit capax, aut esse possit, sed
ab effectu: Instrumentaliter enim cooperata est ad recuperandum hominis
beatitudinem, à qua ceciderat per ligni vetiti esum, & comestionem. In ea enim
patris brachium, secundum humanam naturam pendens, salutis semitam adin-
uenit. Præterea brachia hic dicuntur latera, & extremitates crucis in trans-
14 uersum porrectæ, quibus Domini nostri brachia erant affixa. Amplius pre-
1.Cor.6. tium sæcli hic Christi sanguinem annotat. Vnde Apostolus: empti enim estis
1.Pet.1. pretio magno: & non corruptibilibus auro, & argento: sed pretioso sanguine
Christi agni immaculati: sanguis enim Christi fuit pretium, quo totum, & om-
ne sæculum redemptum est, & omnium hominum peccata sunt deleta: licet fir-
miter credamus vnam Deifici sanguinis guttam in ara crucis fusam suffecisse in
redemptionem totius sæculi, idest, humani generis: si ita placitum fuisset diuinę
15 pietati. Item dicitur metaphoricè hoc loco arbor crucis fuisse statera corpo-
ris Domini: & bene: nam sicut statera sustentat pondus illi impositum, ita &
crux ipsa sustentauit gloriosum Christi corpus. Vnde vnum mirabile hic no-
ta; quod est, stateram alteram appendere stateram, Dei uidelicet, & hominum
mediatorem. Quis.n.stateræ nomine, inquit beatus Grego. nisi mediator Dei,
Grego: in lib. & hominum designatur. In quo equa lance omnia merita nostra pensantur,
Moral.21. & in cuius pręceptis agnoscimus quid in nostra vita minus habeamus. In hac
cap.6. autem statera appendimur quoties ad vitæ eius exempla prouocamur. Itidem
Psal.106. dicitur Christus tulisse prædam tartari; siquidem ipse confringens uectes fer-
reos descendit ad inferos, & ereptis Dæmonum spolijs, sanctos illos patres,
puta Adam, Abel, Noe, Abraham, Dauid, Iacobum, Rachelem, cæterosque pios
Philip.2. è carcere liberasse, atque secum in cœlum adduxisse dicitur: ut quemadmodum.
Osea.13. in cœlo: & in terris uim suam, potestatemque declararet: & ut in nomine eius
Colos.2. omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Vnde in Osea le-
gitur. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Delens enim, inquit
Paulus, quod aduersus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium
nobis, & ipsum tulit de medio, affligens illud cruci: & expolians principatus, &
16 potestates, traduxit confidenter palàm triumphans illos in semetipso. Sed
S. Maximus quid dicat sanctus Maximus Episcopus congruum huic ultimo versui, senti
Episcopus in quæso; Per omnia igitur aquilæ comparatio conuenit saluatori. sed quid facimus,
serm. ascens. quod aquila frequenter diripit, tollit frequenter alienum? Nec in hoc tamen
Domini. dissimilis est saluator: Prædam enim quodammodo sustulit, cum hominem,
quem suscepit, inferni raptum faucibus, portauit ad cœlum, & alienę domina-
tionis, idest, Diabolicæ potestatis seruum, de captiuitate erutum duxit ad altio
ra captiuum: sicut scriptum est in Propheta: Ascendens in altum captiuam du-
Psal.67. xit captiuitatem, dedit dona hominibus. Virtute ergo crucis, & mortis
Christi infernus spoliatus est: & sic pios homines non solum, qui post aduentũ
Domini in lucem editi erant, sed qui post Adam antecesserant, vel qui vsque ad
finem mundi, ac seculi futuri sunt, eius passionis beneficio salutem consecutos
esse, credere debemus. Postquàm crucem aliquantulum laudauimus, veni-
mus ad eam, rogantes humiliter eam; § O crux aue spes vnica, Hoc passionis
tem-

tempore. Auge pijs iustitiam, Reisque dona veniam. ?. Aduertendum est hic, quod crucem hic salutamus: quia per eam salus nobis fidelibus Christianis reformatur, similiter & crux est spes vnica: quia ex illa decora, & fulgida arbore speramus: immo & habemus fructum salutarem, Christum videlicet. Præ- 17
terea bene dicit: § Hoc passionis tempore Auge pijs iustitiam; quia passio Iob.40.
Christi debilitat virtutem Dęmonum: Iob. quasi homo capiet Leuiatham: spoliat infernum. Isaias 8. Voca nomen eius, spolia detrahe. Reparat naturam Angelicam: Armat contra mundum carnem, & Diabolum: Sanat mentis vulnera: Nume. 21. aspicientes in serpentem æneum sanabantur: Viuificat spirituali- Num. 21.
ter: Cum ergo Christi passio uicerit Diabolum, quem ligauit; infernum, quē spoliauit: mortem, quam superauit: mundum, quem contempsit: supplicium, quod pertulit. & cœlum, quod aperuit: consequenter restat pijs spes euadendi omnis periculi; & Diaboli, & mundi, ac cæterorum oppressorum. Vnde istis periculis amplius pijs non obstantibus (crux enim, & passio Christi huiusmo- 18
di abstulit) fit, ut piorum iustitia crescat magis in dies; & augeatur: quæ iustitia est virtus conseruatrix humanę societatis, quæ iure communitatis confert vnicuique, quod suum est: Et est duplex, scilicet naturalis, & positiua. Naturalis est uis creata, quæ in suis consistit. Positiua, quæ vnicuique, quod suum est, attribuit, scilicet Deitati cultum, & obedientiam. Humanitati iura: & hoc Iustitia.
multipliciter: nempe maiori reuerentiam, compari concordiam, minori disciplinam, sibi ipsi compunctionem, & pœnitentiam pro peccatis: proinde benedicimus: Reis dona Domine veniam hoc loco, & hoc tempore passionis: Nam passio Christi tollens peccata capitalia, consequenter etiam bene reis potest dare veniam, suppliciter à Christo expetentibus eam. Capitis enim Christi inclinatio in cruce tollit superbiam. Inuidiam brachiorum extensio quasi ad 19
amplexū inuitans. Auaritiam multorum erogatio; quæ in passione tradidit Christus: Nam inquit Bernar. Disce Christiane quantum debeas diligere Chri- Bern.
stum, qui dedit nobis carnem suam in cibum, aquam lateris in lauacrum, ueste Nota
crucifixoribus, corpus discipulis, matrem Ioanni. Acidiam festinatio ad passionem. Iram mollis responsio. Gulam fellis, & aceti potatio. Luxuriam lateris vulneratio. Hæc author ille in suo theologicæ veritatis compendio lib. 4. cap. 2. Et quia O Christe tu nos redemisti sanguine tuo, ideo: Apoc. 5.
§ Te summa Deus trinitas Collaudet omnis spiritus: Quos per crucis mysteriū
Saluas, rege per sæcula. Omnis spiritus te Dominum trinum, & vnum creato- 20
rem: & redemptorem, & glorificatorem laudet; dicit hic sancta ecclesia vbi per omnem spiritum intelligere possumus creaturas rationales, animatas, & inanimatas, & etiam irrationales. Creaturę namque rationales vocaliter laudant Deum, eo quod solum ipsæ habent sermonem. & sic laudant Deum in vtraque Ecclesia, scilicet triumphanti, & militanti. Secundò laudant Deum creaturæ excitatiue, in quantum vestigium trinitatis, & diuinæ perfectionis lucet in omnibus creaturis: & sic omnes creaturę tam inanimatę, quàm animatę, & tam rationales, quam irrationales excitant Angelos, & homines ad laudandum Deū
in eis propter diuinas perfectiones, quæ in eis lucent. Tertiò dicuntur lau- 21
dare Deum, non solum rationales creaturæ, sed irrationales in quantum super Nota.
suam naturam ostendunt se obedire Deo in suis operationibus. Et sic lau- Exod. 14.
dauit Deum mare rubrum, quando ad percussionem virgæ Moysi fuit diuisum Num. 20.
& præ- Cap. 11.

& præbuit iter filijs Israel. Eodem modo obediuit,& benedixit Deo petra, quando percussa protulit aquas: Num.20.ca.11. Item aquæ Iordanis laudauerunt Deum,quando obediendo Deo reuersæ sunt retrorsum. Item Angeli,cœlum, & elementa omnia laudauerunt Deum, quando obediendo Christo, dederunt signa suę natiuitatis. Item venti,& mare Galileę.laudauerunt Deū. Vnde quis est hic,quia mare, & venti obediunt ei. Item quinque panes laudauerunt Deum:& sic spiritus omnis laudat Deum, eique obedit.

Psal.113. Matt.8. Mar.8. Psal.150.

In Dominica passionis Hymnus Ad Nocturnum Matutinum Quintus Decimus.

Author est Fortunatus Episcopus.

SAncta mater Ecclesia in superiori hymno exposuit nobis, quòd Dominus noster Iesus Christus positus fuit in cruce,latusque suum perforatum fuisset lancea,immo & quòd passus est pro nostra redemptione mortificari,& quòd ad inferna descendit: cum diabolo pugnauit,eumque prostrauit, ac superauit. Modo verò ordinem, & modum rei gestæ describit: & ob hoc(more poetico) lingua interpellatur ad cantandum nobilem crucis trophęum, qualiter orbis redemptor in cruce, tanquam in altari immolatus, uictoriam de principibus tenebrarum, & rectoribus reportauerit:sic exordiens: ❡ Pange lingua gloriosi Prælium certaminis: Et super crucis trophæum Dic triumphum nobilem: Qualiter redemptor orbis, Immolatus vicerit: ❡ Et quæ sequuntur. Quare diuido in duas partes;prima patet, ibi: ❡ Pange ❡ vsque ad versiculum: Hostis vnde lęserat. Secunda est ibi: Quando venit ergo, vsque ad finem. Prima subdiuiditur; nam vates orditur primò à præauditi duelli causa, nempe ex compassione diuina super fraude à callidiori serpente primo patri nostro Adamo facta:ob quam ex comestione vetiti pomi:& propterea noxialis,in æternam corruit mortem: vbi tunc Deus decreuit plenitudine temporis trophęum crucis erigere: ut qui in ligno vicit,in ligno quoque vinceretur; ut ibi patet: De parentis protoplasti, &c. Secundo tacitę quæstioni occurrit sancta mater Ecclesia de Dei potentia, ostendens ordinem nostræ salutis talem modum poposcisse,vt arte,& iustitia diuina,non autem potentia, multimodam proditoris artem falleret:& peritus medicus ex vipera pharmacum cõficeret:ut medela inde esset, nempe ex ligno,de quo hostis mortem inflixerat: ut patet ibi: ❡ Hoc opus nostræ salutis. ❡ Secunda autem huius hymni pars,quæ,ut diximus,est ibi: ❡ Quando venit ergo: ❡ hoc nobis demonstrat:ne sine magno labore bellum hoc ad victoriam perductum fuisse crederetur; quia in persona diuina contra puram creaturam agitatum esset, quod ista persona diuina labores, sudores, afflictiones,acerbissimam denique crucifixionem in natura nostra assumpta, passa est.Hæc enim persona in præfinito tempore à Deo,missa est à cœlesti arce in virginalem ventrem: Hincque annectit naturales infantiæ necessitates, ex nimia paupertate etiam auctas: Hincque uagitus descriptio, & in iumentorum areta præsepia reclinatio:debilium,infantiliumque membrorum colligatio, ut ex hac diligenti descriptione agnoscamus nostram naturam diuinę vnitam, magis in illo afflictam, quàm in alio aliquo homine unquam fuit. Demum quia propter homines, & propter nostram salutem, hæc omnia in tam tenera ætate passus

sus est,ideo pro gratiarum actione Deo altissimo patri, filio, inclytoque paraclyto gloriam, laudem,potestatemque merito cantamus. Quamobrem ò lin Luc.11.
gua pange,& canta prælium certaminis:quo scilicet Christus pugnauit contra fortem armatum, custodientem atrium suum:Sed ipse fortior superueniens arma eius, in quibus confidebat,abstulit,& spolia eius distribuit: videlicet contra Demonem,quem ignominia crucis,& singulari humilitate deuicit, prostrauit, è mundo eiecit. Et nota, quòd prælium est belli pars,& ipsa in bello hostiũ 1
congressio:hoc est cum manus conseruntur, & ipsa dimicatio, quæ etiam pugna dicitur, & præliũ à præmendo, quasi premium dictum, quòd dimicando se inuicem hostes premunt. Vel prælium à prelo dictum est, quia in ipsa pugna de pugnãtium corporibus sæpe sanguis exit, atque profluit, non secus, ac mulsum à prælo:& hæc secunda deductio aptior esse videtur: In hoc enim prælio Christus sanguinem suum effudit. Vnde Isaias: Quare ergo rubrum est in- Isai.36.
dumentum tuum,& vestimenta tua, sicut calcantium in torculari? Pange, inquam, prælium gloriosi certaminis,idest,victoriam,quam Christus & Diabolũ, & mortem vincendo obtinuit,& super ista uictoria habita à Christo, & triumpho(est enim triumphus spolium ereptum,ac captum ab hoste fugato, & illud 2
fixum in stipitibus iure trophęum dicitur)dic triumphum nobilem de fugatis inimicis, & qualiter redemptor totius mundi immolatus in ara crucis, vicerit Diabolum:qui nostrum primum parentem decepit. Sed hic Christus dicitur Genes.3.
venisse, ut soluat damnum Adamo illatum, cum ait; § De parentis protoplasti Fraude facta condolens: Quando pomi noxialis Morte morsu corruit:Ipse lignum tunc notauit: Damni ligni ut solueret. § Protoplastus, siue proto- 3
plastes; idest, primus homo,à protos primum,& plasma formatio: quasi primus formatus, est qui primo plasmatus est, & formatus è terra: ut Adam primus parens: Bernardus tamen appellat Adam alio vocabulo, nempè protopa- Ber. in lib. de contemptu mundi.
rentem: cum ait. Primũ namq; mirum mulier deiecit ad imum. Femina credentem decepit protoparentem. § Fraudauit autem Dęmon ipsum Adam postquam se vidit à paradiso deiectum, & ipse dolens carere tali dono; inuidia motus cogitauit, qualiter posset decipere Adam, & Euam, & deliberauit eos inducere ad peccandum, & transgredi Dei mandatum,& ita fecit: quia suasit Euę vt comederet de fructu ligni paradisi: quæ sic ab eo persuasa comedit noxiale Genes.3.
pomum, in mortemque corruit, ac cecidit morsu vetito nociui pomi vnà cum omni eius posteritate. Vnde patet, quòd Adam in mortem ruit tantum iuxta secundum genus mortis,nempe male operando,& neque etiam in peccato per- 4
seuerando. Moritur enim homo cogitatione,& moritur operatione, & moritur peccandi consuetudine:peccat enim male cogitando; sed plus peccat malè operando, & eo amplius in peccato perseuerando, & tunc porco assimilatur; quod continuè spurcitijs delectatur.Sed quando vidit Deus hunc Adæ casum, siue calamitatem,statim tunc(de tali Dęmonis fraude facta primo parenti condolens)notauit, ac præordinando signauit lignum suæ crucis,ut recuperaret dãna ligni: quæ per lignum,idest, pomum uetitum uenerant. Vel per lignum hic secundo loco positum,intellige iniustum virum, scilicet, Adam. Vt sit sen- 5
sus,tunc Christus notauit lignum,idest crucem,ut damna ligni, idest iniusti facti Adę solueret ligni enim nomine, inquit Gregorius Magnus: aliquando crux; aliquando uir iniustus,aut etiam iustus: aliquando incarnata Dei sapientia figuratur. Greg.mag.li. 12 ca. 7 moralium.

ratur. Crux enim ligno signatur, cum dicitur mittamus lignum in panem eius: lignum quippe in panem mittere est, dominico corpori crucem adhibere. Rursum ligni nomine uir iustus, aut etiam iniustus exprimitur; sicut per Prophetam

Hierem.11. Ezech.17. Prouer.3.

dicitur: Ego Dominus humiliaui lignum sublime: & exaltaui lignum humile, Rursum per lignum incarnata Dei sapientia designatur, sicut de eo scriptum est, lignum vitæ est ijs, qui apprehenderint eam. Porrò quæ damna intulerit hoc
6 lignum, siue ipse Adam, & quæ consequenter soluerit Deus, attende. Notandũ est, quod totum genus humanum tria damna hæreditaria ex peccato primorum parentum incurrit: primò exilium ab utroque paradiso: cum fuit homo expulsus in hanc vallem lachrymarum inter bestias, & vepres: Vnde ex hoc exilio incurrit famem, & sitim, errando per hanc vallem lachrymarum. secundo incurrit infirmitatem, & ægritudinem tam animæ, quàm corporis. Nam in anima perdidit iustitiam originalem, & fuit suaciatus triplici culpa, & in corpore recepit omnes pœnalitates. Tertio fuit condemnatum totum genus humanum ad captiuitatem, & carcerem perpetuum Diaboli hic per culpam, & in futuro per pœnam, & sic homo fuit exul, & æger, & captiuus. Sed ab his damnis nos Christus soluit, & liberauit in suo aduentu. Primo ab exilio, cum nos in vnam Ecclesiam ex diuersis locis, & nationibus congregauit hic per gratiam, & in futuro per gloriam. Secundo nos soluit, & liberauit à captiuitate, cum per suum sanguinem nos redemit, & de inferno abstaxit. Tertiò nos soluit, & liberauit ab ægritudine peccati, & fomite eius, cum ex sua paßione virtutem contulit sacramentis ad sanandas nostras infirmitates. Vnde per suam paßionem nos redemit
7 mit à captiuitate: & per resurrectionem nobis recuperauit immortalitatem: Et per ascensionem nos ab exilio reuocauit, & introduxit in cœlum: Ita ut Christus aperuit fidelibus viam redeundi non amplius ad pomarium, siue ad hortũ, sed ad cœlestem paradisum. Vnde Bernardus. Sed Deus omnipotens, qui verbo cuncta creauit, Sic cecidisse dolens homines, quos semper amauit: Ipse suum uerbum transmisit ad infima mundi Exulibus miseris aperire viam redeũdi. Sed dico: § Hoc opus nostræ salutis Ordo depoposcerat, Multiformis proditoris Ars ut artem falleret: Et medelam ferret inde, Hostis vnde læserat.

Ber. in lib. de contemptu mundi.

Ordo ergo nostræ salutis depoposcerat hoc opus ineffabile, nempe, ut Deus assumeret carnem humanam; & crucis subiret tormentum, & per lignum damna pomi soluerentur: ut Deus ars, & artifex omnium rerum destrueret artem Diaboli proditoris: Qui mille nocendi modos habet: vt vnde mors oriebatur, inde uita resurgeret, & qui in ligno vincebat, in ligno quoq; vinceretur per Christum Dominum nostrum: siquidem ceciderat homo diabolo destinante: reparatus est eodem ordine è contrario Deo destinante: serpente item exequente ceciderat: reparatus est Angelo exequente: dialogo etiam interueniente cecidit homo; reparatus est etiam virgine consentiente, & sic nihil est tam naturale, quàm eodem genere quodque dissoluere, quo colligatum est arg. l. nihil tam naturale ff. de reg. iur. Sed nota, quod quamquam Christus patris ars dicatur, eo quod in eo ab æterno continentur ideæ, & rationes omnium rerum creatarum, ad quarum instar ex tempore facta sunt omnia: hoc loco tamen pro diuina (in virtute) astutia ars sumitur: sicut etiam pro astutia in uitio diaboli ars hic accipi-
10 tur. Medicina uerò, quam Deus inde tulit, vnde hostis læserat, est, quia Christus pro nostra infirmitate medicinam accepit in se: Curauit enim nos per diętam,

16.q.2. visis literis.

8

l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur.

tam, quando ieiunauit 40. diebus, & 40. noctibus, per sudorem, quando factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis, per minutionem, quando fuit clauis, & lancea vulneratus, per potationem, quando gustauit acetum cum felle mixtum, per emplastrum, quando eius facies fuit sputis illita. Per electuarium, quando corpus, & sanguinem dedit in cœna discipulis. Sed tertia huius hymni pars instat, & inquit: §Quando venit ergo sacri Plenitudo temporis: Missus est ab arce patris Natus orbis conditor: Atque ventre virginali Caro factus prodijt. Math. 4. Luc. 22. Math. 27.

11 Plenitudo ista temporis venit, & fuit principium sextæ ætatis, in qua misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret; ut adoptionem filiorum reciperemus: & hæc est vltima ætas, & plenitudo temporis, quia nullum aliud tempus, neque ætas, nisi hæc ipsa Christi, nouissima enim hora est, inquit Ioannes. Et dicitur plenitudo temporis; quoniam hæc tria simul fuerunt tempore, non natura; videlicet; quoniam tunc; scilicet quando mox, ut beatissima virgo assensum præbuit angelo, dicens: fiat mihi secundum uerbum tuum, spiritus sanctus super eam uenit; ac filium Dei concepit, impleta sunt præambula figurarum, & documenta figurarum, & desideria prophetarũ; propter hoc etiam aduentus Christi dicitur plenitudo temporis. Nota præterea ad potiorem huius dictionis scilicet plenitudo; intelligentiam; quòd quintuplex distinguitur plenitudo. Prima est sufficientiæ, quæ in quolibet iusto reperitur. Secunda est copiæ, quæ fuit in Apostolis. act. 2. Repleti omnes &c. & in Stephano act. 7. Stephanus plenus gratiæ, & fortitudinis. Tertia est uniuersalitatis, quæ est in ecclesia, cui nullum donum deest. Quarta est excellentiæ, quæ fuit in beata Virgine, quæ omnes sanctos excedebat in gratia. Ecc. 24. In me omnis gratia. Luc. 1. Aue gratia plena. Quinta superefluentiæ, quæ fuit in Christo. Ioan. 1. plenum gratiæ, & veritatis. Sane Christus factus est caro, prodijt, & exijt de uirginali uentre sine semine, & sine crimine, non secus ac flos, qui sine macula pulcher, & olens, & suauis nascitur. Gal. 4. Ioan. 2. lib. 4. cap. 6.

12 Et nasci, inquam, & incarnari Christum oportebat ad humani generis reparationem: quia non aliter saluari poterat, & nullus alius modus fuit ita congruus ipsi reparatori; & reparabili, ac reparationi. Congruebat, inquam, iste modus reparatori, quem decebat suam potentiam, sapientiam, & bonitatem ostendere. Quid autem (inquit author ille in suo Theologicæ veritatis compendio) potentius, quam coniungere extrema summè distantia, hoc est creatorem, & creaturam? Quid sapientius, quàm quòd ad perfectionem vniuersi fieret coniunctio primi, & vltimi, hoc est, verbi Dei, quod est omnium principium, & humanæ creaturæ, quæ in operibus sex dierum fuit vltima omnium creaturarum? Quid autem beneuolentius, quàm quòd creator rerum communicare se voluit rebus creatis? Et hæc benignitas magna fuit in communicatione sui omnibus rebus per præsentiam, fuit maior, quia communicauit se per gratiam: maxima fuit quia communicauit se homini per vnionem, & per consequens generibus singulorum in vnitate personæ: Sunt & aliæ multæ rationes quare fuit conueniens Deum incarnari, quas non refero amplius, sed solum dicam, vt nempè, Prophetas impleret: Isai. ego qui loquebar, ecce adsum, & sic uenit plenitudo temporis; quia natus est orbis conditor, & verbum caro factum est. Iam ergo, inquam, natus est Christus: &: § Vagit infans inter arcta Conditus præsepia: Membra pannis inuoluta Virgo mater alligat. Et manus, pedesque, & crura Stricta cingit Isai. 52. Ioan. 1.

fascia

fascia. Christus,inquam,positus inter angusta præsepia vagit, & plangit; & Virgo Maria mater sua membra pannis iam inuoluta (Vnde Angelus ad pasto-
13 res dicit,& hoc uobis signum; inuenien is infantem pannis inuolutum, & posi-
Aug.in serm. in festo purific.B.M.V. tum in præsepio)alligat,& colligat: Et Augustinus dicit,quod Christus dignatus est in præsepio poni, ut esset piorum cibarium iumentorum. At Eusebius ait,per stabulum intelligi Ecclesiam,per præsepe scripturam diuinam: stabulum
Euse. in hom. natiuit. Domini. enim vocatur ecclesia, ad quam Dei animalia vndique fluunt, ibique stant, & mouentur in ea. Vnde scriptum est:Animalia tua Domine inhabitabunt in ea, hæc autem animalia quasi in præsepio in diuina scriptura cibis spiritualibus nu-
Psal.67. triuntur: ubi positum inueniunt Christum,ibique comedunt panem viuum: Beati qui huius præsepis cibis aluntur, & de delitijs ibi positis reficiuntur.
14 Per membra autem hoc loco non solum radicalia, & seruientia, & officialia, de quibus dicemus infra in hymno, qui incipit. § Iste confessor §; sed etiam superiora,& inferiora,& media;& sic totum sacratissimum Christi corpus natum
15 Maria Virgine,intelligere possumus. Similiter fascia,hoc est,vitta manus, pedes,& crura infantis stricta,ac breuia cinxit eius mater. Est autem fascia genus
Isai.3. ligaturæ,qua pueri ligari solent,aliudve quippiam constringi,ut apud Isaiam Dominus comminabatur filiabus Sion in reprehensionem superbiæ ipsarum;nempe,quod eis erit pro suaui odore fætor:pro zona funiculus:& pro crispanti cri-
Hier.2. ne,caluitium:& tandem pro fascia pectorali, cilicium;& Hier.2.nunquid obliuiscetur virgo ornamentis sui,aut sponsa fasciç pectoralis. Sed de istis ornamentis sinamus Vulpianum dicere,& disputare. Sed quia natus est Dominus noster Iesus Christus, ideò dicamus indefesse. § Gloria,& honor Deo Vsq; quo altissimo:Vna patri,filioque, Inclyto paraclyto, Cui laus, & potestas Per
16 æterna sæcula. Amen. Quoniam verò de gloria Dei diximus suprà; ideo dicemus nunc solum aliquid de honore, ac laude, quem quamue Deo exhibemus. Est igitur differẽtia inter honorem,& laudẽ. Nam honor est præmium virtutis,& attribuitur bonis;aut est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis:sed laus est commemoratio beneficiorum acceptorum: & sic honoramus bonos,& virtuosos indifferenter;sed laudamus benefactores agendo gratias pro
1.Cor.4. beneficijs receptis. sed quoniam quicquid boni est in nobis, recipimus à Deo: Ideo non solum tenemur honorare Deum,eo quòd est bonus de se,sed etiam iugiter tenemur laudare eum, commemorantes beneficia,eo quòd omnia bona recepimus à Deo;sic etiam omnes creaturæ, tam animatæ,quam inanimatæ, tã cœlestes,quàm terrestes.& elementales:quia quicquid boni habent, receperunt à Deo: tenentur Deum laudare,& dicere,honor,& laus sit Deo semper, ut hic nos quoque dicimus.

In Dominica Passionis Hymnus ad Laudes Sextus Decimus.

NOstra sancta mater Ecclesia, quæ sponsum suum Christum mente nunquam,aut corpore deserit,nunquamque obliuiscitur ipsum:immo actiones,operationes,ac eius exempla iugiter imitans;ac ætatis suæ tempora rite obseruans ad immolationem sui Christi describendam,ac nobis manifestandã(nõ enim

enim adhuc perfectè enarrata sunt opprobria, siue improperia, quæ ipsi irrogata sunt) se accingit, dicens. § Lustris sex qui iam peractis Tēpus implēs corporis: Se volēte natus ad hoc Passioni deditus. Agnus in cruce leuat immolādus stipite. &c. In quibus primo dicit sancta Ecclesia, quod Christus iam tempus implens perfecti, completique corporis; nempe, post annos triginta; se disposuit ad hoc peragendum, propter quod venerat: ac veluti innocens agnus immolandus, super stipitem crucis clauis affixus eleuatur. Secundò recitat multa alia ludibria ipsi facta: loco enim optimi vini (quod ex Salamonis decreto damnatis dare consueuerat) acetum, & fel ei proponitur, quod non ante crucifixionem; vt alijs: sed in cruce arundine porrigebatur: loco enim consolationis, quæ in mortis articulo solet alijs dari: ipse deridebatur, expuebaturq;. Nec contenti clauis eum cruci confixisse: mite etiam perforarūt eius corpus: ex quo vnda sanguinis, velut flumen largè emanans, omnia mundauit. Tertiò ipsa sancta Ecclesia ob tam magnum crucis beneficium, mundo perdito collatum, præ gaudio exclamat; appellatq; crucem fidelem, & nobilem, vt huiusmodi nulla vnquam sylua arborem produceret: si flores, frondesq;, & fructus attenduntur: dulce item lignum crucis, ac clauos vocat: quia dulce sustinet pondus. Quartò hoc aduertens sancta Ecclesia prosopopœia vtens, deprecatur altam arborem, vt laxet tensa viscera: vt stipes crucis mitis factus non ita cruciet nobilissima æterni regis membra. Quintò conatur (ratione beneficiorum acceptorum) sancta Ecclesia cruci persuadere; ad quam pari modo eleganti prosopopœia alloquitur; ut memor sit tantorum beneficiorum. Primò quando inter omnia ligna, sola ipsa digna fuit, vt mundi pretium in se haberet. Secundò quòd ipsa (veluti securus nauta) electa est, quæ portum mundo naufrago prępararet. Tertiò, quia sola meruit consecrari sacro cruore, è corpore innocentissimi agni effuso.

Author secū dum Iacob. de Valent. in Psalm. 95. est beatus Amb.

Prouer. Nota.

Sextò ea propter supradicta, gloriam, honorem, laudem, & potestatem altissimo Deo cantat. Cæterum lustrum (secundum Guilielmum, significat tempus quinquennale spatium quinque annorum. Quo circa sex lustra conficiunt triginta annos. Christus itaque in trigesimo suæ ætatis anno baptizatus est; deinde se ipsum per euangelij manifestationem, & miraculorum claritudinem mundo manifestauit; denique mortem pertulit, se tantum volente: sicut ait Isaias: Oblatus est; quoniam ipse voluit. & ad hoc natus est, & venit in mundum, ut passioni, ac morti sustinendæ deditus foret, addictusque esset: & hoc non solum habemus per Isaiam, verum & in act. Apost. cap. 8. Matth. 26. & Hierem. 2. Ad hæc agnus iste, qui in cruce leuatur est filius Dei missus ab eo, vt hostia acceptissima immolandus; vt sicut ille paschalis agnus veteris testamenti, qui erat sine macula, liberauit a seruitute Aegyptiaca filios Israel, sic & Christus; qui erat sine peccato, liberaret per eius passionem nos a seruitute Diabolica. Potens enim est tollere peccata mundi iste agnus: siquidem innocens erat inter peccatores, iustus inter probos, pius inter impios; & in quo nullum peccatum potuit inueniri. Vnde Ioan. ipsum digito demonstrans dicebat. Ecce agnus Dei; ecce qui tollit peccata mundi. Est enim ille agnus, de quo dicebat Isaias. cum ad patrem exclamaret: Emitte agnum Domine, Dominatorem terræ. qui portabatur quasi agnus mansuetus ad uictimam.

Guil. lib. 1 c. 13 & glos. in au hen. quas actiones 30. annorum.

Isai. 53.

Matth 26.

Hierem. 2.

Exod. 12.

Ioan. 1.

Isai. 16.

Ita demum ordinemus literam: si legimus hic: § Lustre sex, qui iam peracta; Tempus implens corporis; § dicamus sic: Qui Christus implens sex lu

M stra

ſtra iam peracta, exiſtentia quidem tempus corporis Chriſti: Tanto enim ætatis tempore conſtituerat ipſe ante paſsionem ſuam in hoc mundo degere: ſed certè ſaluandam eſſe potius cenſerem lectionem eccleſiæ; quæ melius ſonat; & fugiendum eſſe ſingularem intellectum: & ego ſic dicerem: luſtris (prout etiã iacet textus) ſex, qui iam peractis &c. hoc eſt triginta exactis, & peractis iam annis; ille ſcilicet Chriſtus, & agnus; qui eſt implens tempus, ſiue ætatem corporis humani, ſponte natus eſt, vt pateretur. Sed cum non completæ ætatis expreſſerit indicibiles, ſeu ineffabiles huius immolationis dolores; denuò recitat ſingularia innocentiſsimo agno improperia, malaque illata; nulli alteri vnquam cruci affixo illata, dicens: § Hic acetum, fel arundo, Sputa, claui, lancea Mitte corpus perforatur: Sanguis vnde perfluxit: Terra, pontus, aſtra, mundus Quo lauantur flumine. § Duobus modis, ſi uis, legito hos quatuor uerſus. Nam ſi tibi libuerit, ſic legere, non male legeris; videlicet. § Hic acetum, fel, arundo, Sputa; § ut hæ quatuor dictiones referantur ad uerbum ſubaudiendum, ſunt, aut habentur, hic: nempe in myſterio paſsionis Dominicæ, & in loco ſacrificij. Vnde Matth. ait: & dederant ei, Chriſto ſcilicet,
Matth.22. bibere vinum cum felle mixtum; & inſuper arundini ſpongiam aceto plenam impoſuerunt, & obtulerunt ori eius. & Pſalm. in ſiti mea potauerunt me aceto.
Pſal.68.

3 Fel autem iſtud, ſecundum Albertum Magnum ſuper 15. D. Marci: hyſſopus erat: inquit enim, acetum erat felle mixtum, id eſt, hyſſopo herba amariſsima. Vnde Hierem. Quomodo conuerſa es in amaritudinem uinea aliena: Deut. uua eorum, uua fellis, & batrus amariſsimus: fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidum inſanabile.
Alb.mag.
Hierem.11.
Deut.32.
4 Sed hoc loco aduerte, quòd hæc arundo ſecundum Albertum Magnum, Marci 15. ſambucus fuit; quæ eſt arundo magna, in exterioribus dura, & ictibus ſuis liuores inducit, pluſquam nodatus baculus.
Alb.mag.

Arundinem autem dabant Iudæi, inquit præmemoratus Albertus; noſtro Domino pro ſceptro: ſignificantes vacuum a decore, & fragile eſſe regnum regis, qui ſe ipſum defenderet. Hæc autem arundo regnum eſt Iudæorum: in quo rex fuit Dominus, iam vacuum, & fragile, & transferendum ad alios ſignificabat. Matt. Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus eius; & Ideò Iſaias de rege Iudæorum dicit, quòd innititur ſuper baculũ arundineum, qui cum fractus fuerit, intrabit, & perforabit manum innitentis ſuper eum. Beatus quoque Grego. de hac arundine ſic fatur. Quid enim calami nomine, niſi Iudaici populi temporale regnum denunciatur? uirens quidem exterius, at interius vacuum. De ſputis verò Iob ait: Faciem meam conſpuere non uerentur.
Matth.21.
Iſai.36.
Iob.30.
5 Porrò Chriſtus dicitur tribus clauis fuiſſe affixus, ſignificantibus tres cruciatus, quos in cruce ſuſtinuit: videlicet paſsionem in corpore; paſsionem in mente; & paſsionem in corde. Et pro Aſia, Africa, & Europa, partibus tribus mundi. Vnde in tactu clauorum ſuſtinuit aſperitatem, in guſtu aceti, & fellis amaritudinem.
6 Et nota, quòd claui; quibus Dominus noſter Ieſus Chriſtus fuit conclauatus, ſunt Romæ in Eccleſia ſanctæ crucis in Hieruſalem; quorum vnum ego infœlix peccator Michael uidi in prædicta Eccleſia, & digitis manuum mearum tetigi ſub die 14. Septembris. 1579. Ibiq; vidi ſimiliter tres ſpinas coronæ Domini: Item vidi titulum inſcriptum a Iudæis nempe: Hic eſt Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Ad hæc etiam vidi vnum ex illis denarijs argenteis: quibus Dominus noſter fuit appretiatus. In Eccleſia uerò

ſancti

sancti Hadriani est item de clauo Domini; & de ligno crucis Domini. Lancea verò, qua latus est vulneratum; charitas est: de qua sponsa iu canticis: Vul nerata sum charitate. Corona autem spinea est pœnitentia circumponenda ca piti, idest, menti: de qua Psalmista: Conuersus sum in ærumna mea, dum con figitur spina. Item ex Christi corpore, sanguis, & aqua profluit: ex istoque sanguine, ac unda, fuit flumen magnum, quo terra, idest, omnium hominum infatuata natura, & putrefacta a peccatis, non solum videlicet habitantes in terris, sed etiam mare, idest, degentes in insulis maris, & nauigantes per mare, & pontum: immò & astra, idest gigantes, uel principes criminosi, & tyranni, oppressoresq; ecclesiæ, si volunt, lauantur, & purgantur a vitijs per istum Christi sanguinem, & aquam: & proinde circa passionem domini notantur se ptem suauitates; Eius siquidem capitis inclinatio ad osculum in signum nostrę reconciliationis. Brachiorum extensio ad amplexum in signum receptionis in gratiam de peccato redeuntis. Lateris apertio propter effusionem pretij nostræ redemptionis; & ablutionis; Exiuit enim sanguis, & aqua. Clauorum in manibus, & pedibus infixio propter memoriam nostræ recordationis; Isai. 49. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum. Corporis denudatio in exẽplum nostræ confessionis, quæ scilicet debet esse nuda. Crucis portatio in exemplum nostræ imitationis. Coronæ spineæ impositio in figuram nostræ glorificationis. Concludamus ergo sermonem nostrum, sic nempe; quòd Christus in sexta feria in cruce dormiens sanguinem, & aquam de latere suo, unde totã Ecclesiam consecrauit, emisit: quo sanguine, siue aqua, uel vnda terra, idest, terreni homines, qui de terra sunt, & de terra loquuntur, & pontus, siue mare, idest, peccatores uijs fluctuantes, & astra, idest, iusti, ut iustificentur adhuc, qui fulgent, ut astra, sicut in conspectu Dei: & mundus, idest, mundani, & om nis homo, & summatim tota Dei Ecclesia lauatur, atq: purgatur. Et quia Domini redemisti nos in cruce leuatus: Omnes debemus clamare exclamatio ne lætitiæ plena; Crux fidelis inter omnes: Arbor vna nobilis: Nulla sylua talem profert Fronde, flore, germine: Dulce lignum dulces clauos Dulce pondus sustinet. Crux ista fidelis profectò est, est etiam omnibus arboribus dignitate, & eminentia sublimior, & eius cacumẽ, cœlos tangit: quinimmo est superior omnibus. Item salubrior arboribus, & fructuosior: Non.n.poma profert mortifera, & exitium manducantibus inferentia: sicut lignum scientiæ boni, & mali: sed fructum maximè omnium salutarem; quem qui digne sumpserint, ęternæ uita præmia, & dona cœlestis immortalitatis consequuntur. Hæc crux, inquam, est arbor vnica, & sola, nobilis, & generosa inter omnes, idest, magis nobilis alijs arboribus; quia nulla sylua profert talem arborem, qualis est ista; Fronde enim sua nos siccos, ac ferè in peccatis aridos, exustos, uirides reddit; & sub umbra nunc eius protegimur, eius etiam flore, Christo nempe, decorati stamus coram Deo: Christus enim flos a Prophetis uocatus est; quia sicut flos procedit sine fœditate, uel aliqua putredine; ita Christus, ex utero virginis processit sine aliquo peccato: & ideo crux florem sustinuit Christum. Item eius fructu viuimus: nam crux fructum fecit suauissimum, Christum uidelicet; cuius corpus alit nostram animam; & summatim hæc crux nos de terroribus liberauit; sedentes in tenebris per

[Margin notes, right, in order: 7; Can. 5.; 8; Psal. 81.; 9; Alia expositio.; Apoc. 22.; 10; Isai. 11.; 11]

eam illuminamur: Hæc crux inimicitias interemit, & fuit pacis firmamentum;
estque thesaurus omnium bonorum: propter hanc crucem non erramus in so
litudinibus: per eam enim uitam ueritatis cognouimus, nec amplius ignitas
12 Diaboli sagittas timemus. Porrò hæc crux sancta comparatur multis rebus,
ipsa enim est clauis cœli: uectis arcæ, nauis maris, arbor Danielis, palma fru-
ctuum, ferculum Salomonis, baculus Iacob, quo transiuit Iordanem, scala
ascensionis, hamus, quo Leuiatham capitur; cithara, qua Dęmon Saulis
Exod.15. compescitur, candelabrum, quo tabernaculum illuminatur, lignum aquas
Exod.14. Marath dulcorans, virga Moysi per mare rubrum populum Dei ducens, gla-
1.Reg.17. dius impium Goliam decapitans; uexillum ad pugnam spiritualem colligens.
1.Reg.22.
13 cathedra discipulos Christi erudiens. Ad hæc benedicit: § Dulce lignum: §
Homo siquidem cecidit per cibum ligni mortiferum: releuatus est homo per
cibum ligni uitalis. In illo namque pependit esca mortis: in isto pependit
uitæ alimentum. Illius esus meruit læsionem, istius gustus intulit sanita-
Clemen.1. de tem: gustus sauciauit, & gustus sanauit. Vide, quia unde uulnus est ortum,
reliq & uene. prodijt & medela: & unde mors subijt, exinde uita euenit. De illo siquidem
sanct. gustu dicitur: Quacumque die comederis, morte morieris. De isto uerò
Genes.2. legitur: si quis comederit ex hoc pane, uiuet in æternum. Hic est cibus, qui
Ioan.2. plenè reficit, uerè nutrit, summeque impinguat: non corpus, sed cor, non
carnem, sed animam, non uentrem, sed mentem. Quia pretium mundi
pependit in te, quod nos protegit: Tu ergo ò crux. § Flecte ramos arbor al-
ta: Tensa laxa uiscera: Et rigor lentescat ille; Quem dedit natiuitas: Vt su-
perni membra regis Miti tendas stipite. § Hic sciendum est nobis, quòd in
14 Libano, qui est mons arduus inter Arabes, & Phęnices, reperiuntur arbo-
Psal.78. res præexcelsæ, ac altissimæ; inter quas est cedrus, ut in Psam.78. Confrin-
get Dominus cedros Libani; sane crucis arbor est omnium illarum arborum,
15 quæ in Libano sunt, altissima; dignitateque, ac eminentia sublimior est. Vn
de hic per prosopopœiam, & personarum fictionem dirigitur sermo ad cru-
cem sanctam; exposcimusque, ut illa suarum extremarum partium flexione,
& incuruatione reddat laxiora Christi membra in ea confixa: ne ex nimia di-
stensione: qua omnia ossa dinumerari potuerint (sicut aqua effusus sum, &
dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tamquam cera lique-
Psal.21. scens in medio uentris mei dicit Christus de se in psalm.21.) grauius ipse cru-
cietur. Item petitur a sancta Ecclesia. ut naturalis illa soliditas, & durities li-
gni crucis lentior fiat, & flexilis; qua flexibilitate membra Christi tendantur
mitius, ac laxius, neque tam grauem patiatur dolorem. Itaque a arbor al-
ta humilia brachia; visceraque Christi in te extensa, relaxa; & durities illa
mollescat, quam natura tibi dedit: ut tendas in miti stipite, hoc est, in cru-
ce, membra superni regis Christi. Ideò iuquam, tu debes o arbor alta ramos
tuos flectere, quia § Sola digna tu fuisti Ferre sęcli pretium: Atque portum
pręparare Nauta mũdo naufragio: Quẽ sacer cruor punxit Fusus agni corpore.
16 Hic pretiũ sęcli appellat Christus; quia pditus mũdus (se tradẽte in mortẽ, re
Math.26. demptus est. Vel quia fuit appretiatus triginta argenteis. Præterea hic etiam
aduertendum est, quòd pulchra quadam metaphora crux ipsa nauta dicitur: qđ
totum genus humanum ad æternæ salutis stationem direxerit; & ita mundo nau
frago,

frago,toti, ſcilicet humano generi peccatorum mari,ac diluuio obruto:portum præparauit tutum, ac tranquillum, in quo à naufrago ſaluatur: Quem quidem mundum, & genus humanũ ſanguis, qui effuſus eſt è corpore Chriſti abluit ab inquinamentis ſuis;& tamquam ſalutare medicamentum inunxit, atq; perfudit. Ex qua re nota,ꝙ Chriſtus ſex vicibus ſanguinem ſuum fudit ſecũdum Albertũ Mag.Lucæ.22.cap.2.quinquies viuus,& ſemel mortuus,ſcilicet, in circumciſione,in oratione,in coronatione,in flagellatione, in crucifixione, & in lanceatione. Per primum docemur peccata abijcere. Per ſecundum mentis anguſtiã pro ſalute noſtra tenere. Per tertium animam noſtram virtutibus ornare. Per quartum, carnem noſtram domare. Per quintum membra noſtra mandatis Dei ligare. Per ſextum vulneratum cor Dei amore habere. Sed dicamus vnanimiter ò Chriſtiani; ❡ Gloria, & honor Deo, vſque quò altiſsimo. Vnà patri filioque Inclyto paraclito: Cui laus, & poteſtas Per immenſa ſęcula. ❡ Amen. Dictio vſquequò, ſumitur ſæpe interrogatiuè, quæ idem ſignificat, quod vſque ad quod tempus,aut locum? ut pſal.12.vſquequo auertis faciem tuam à me: ſed hoc loco (& ſi minus propriè, & vſitatè) ſumitur aſſertoriè pro vſque quaque,omni loco pariter,& omni tempore.

17 Alber. mag.

Pſal.12.

Dominica in albis ad veſperas Hymnus Septimus decimus.

SAncta mater eccleſia: quæ gaudium magnum hodie ex Chriſti victoria de morte,& inferno habet per reſurrectionem habita, & reportata; & propterea non amplius ad pœnitentiam, neque ad paſsionem nos uocat: ſed ad cænam (quæ poſt diurnos labores celebrari ſolet) inuitat ſacratiſsimi & noui, & veteris teſtamenti, vtrumque enim amplectitur, & approbat: prout ſacroſanctum conc. Triden. mandat ſuſcipi,& venerari,inhærens eloquijs,ac ſcripturis, ab immaculati agni veteris teſtamenti immolatione deſumpta materia:agnum verum & immaculatum,impollutum,& innocentem noui teſtamenti, Chriſtum videlicet,fortem,atque victorem canere,& laudare auidè cupiens,ſic inquit; ❡ Ad cęnam agni prouidi. Et ſtolis albis candidi Poſt tranſitum maris rubri Chriſto canamus principi❡ & reliqua. Vbi nos primo inuitamur, ac admonemur,ut cum puritate & munditia ſacroſanctum Chriſti corpus ſumamus in hoc ſacratiſſimo tempore paſchali: Deinde reſurrectionis eius myſteria referuntur: nempe, quòd ſpoliato inferno, deuictoque ſathana, reſurrexit de ſepulcro. Hæc in generali. Sed ſingulatim verſiculos huius hymni omnes ventilando. Nota primò quod ad hoc ut inuitanti ad cænam grati eſſe poſsimus, operam dare debemus;ut prudenter,multiplicique veſte, fide, nempe,ac bonis operibus induti, poſt exantlatos tãtos labores pœnitentiæ,& paſsionis:Chriſto principi canamus.

Exod.12. Conc. Trid. ſeſſ. 4. in decreto de canonicis ſcripturis. Hebr.7.

Nota,quòd princeps iſte Chriſtus pro nobis tam fortiter dimicauit,ut Diabolum interfecerit,& ipſe ſibi in tantum laboribus pro victoria reportanda non pepercit,ut proprium corpus in cruce,ueluti in igne altaris, torreri uoluerit, ut

pro nobis cibum conficeret: quo gustato semper viuere possimus.

Psal 90. Exod. 13. & 14. Nota tertiò, quòd non solum vult nos Deo Christus viuere: sed posthac protegi à timore nocturno, nempe ab Angelo mundanos ad similitudinem Aegyptiorum deuastante; immo etiam non tantum protegi, verùm & liberari à Diabolo, sicut illi fuerunt à iugo Pharaonis durissimo liberati. Nota quartò, quòd

Hebr. 7. 1 aliud est nostrum pascha ab illo quondam antiquitus celebrato in Aegypto: Nô enim brutum animal est immolatum: sed purus, sanctus, innocens, segregatus à peccatoribus Christus, nostrum est pascha. Nota quintò, & dic: ò ergo verè digna hostia; cui non solum Pharao rex Aegypti: sed nec infernus cum suo rege Diabolo potuit resistere, quin capti ad mortem non redirent ad vitam, præmiaq; vitæ, tamquam & ipsi victores per Christum reciperent. Nota sexto, quòd tunc capti redire ad vitam, qñ è tumulo Christus resurrexit, spoliato inferno, ligato tyranno, & paradiso reserato. Nota septimò: & dic; Cum ergo sim in tanto gaudio: qui facere possum, quin clamen ad te victor, imò & omniũ author, ut &

Exod. 12. me, & populum tuũ ab omni peccati mortalis inuasione defendas. Igitur, sicut populus Israel per esum agni paschalis, & aspersionem sanguinis ipsius ad postes ostij, & superluminaria domus ereptus fuit per Deũ ab Angelo exterminatore, & interfectore primogenitorum Aegypti: Insuper & liberatus à dura Pharaonis seruitute per egressũ ab Aegypto: Ita nos Christiani per immolationẽ Christi veri agni, qui abstulit peccata mũdi liberati sumus à Dæmone vastatore, & à grauissimo ipsius iugo excepti. Et sic: quemadmodũ filij Israel post esum agni pertrãsito mari rubro cecinerunt Deo canticum, quòd ab Aegyptijs eos, ut dictum est, liberaret. Ita & nos suscepto baptismate: qđ per rubri maris transitũ signatum est:

2 & dimissa Aegypto, tãquam peccati regione cantemus dño duci, & liberatori nostro debitas laudes: qm̃ cum nos baptizauit, veterem Adã in aquis sepeliuit: & sic

Galat. 3. 3 quicunq; baptizati sumus in Christo Christum induimur. Quamobrẽ singula

Concil. Trid. sess. 13. ca. 2. de ration. institu. sacram. Eucha. modò cõsideremus verba. Cœna hic dicitur mensa, siue cõmuni ocorporis Christi: Christus. n. ex hoc mundo transiturus ad patrẽ, fecit cœnam in memoriã suæ passionis, & in signũ spiritualis refectionis, quã dimisit sub sacramento Eucharistiæ: Quæ fuit ex septẽ decorata; videlicet ex protensis ferculis, & suauib. poculis, ex generositate ministrantium, ex dignitate recumbentium, ex temporis cõgruitate, dilectionis charitate, ex allocutionis alacritate; ibi enim fuit pretiosissimum ferculum, poculum suauissimum, mysterium benignissimũ Christi, cœtus dignissimus Apostolorum, tempus congruens, & amor intẽsissimus, & sermo præclarissimus, charitas inflammans, & veritas radians. Sed nota insuper, quòd Christus Do-

4 Alber. magn. minus noster, (iuxta ea, quæ refert Albertus magnus Luc. 14.) quatuor facit cœnas, scilicet, cœnam in refectione doctrinæ, cœnam in refectione virtutis, & gratiæ; cœnam in refectione Eucharistiæ, & cœnam in refectione gloriæ. Refectionem doctrinæ facit Christus in contemplationis intellectu. Refectionem virtutis, & gratiæ facit in voluntatis affectu. Refectionem Eucharistiæ in corde, alias in cordis deuotione, & fidei gustu. Refectionem gloriæ facit in patria in luce dulcedinis

Apoc. 3. aspectu. De prima dicitur Apoc. Ecce ego sto ad ostium, & pulso, siquis aperuerit mihi, introibo, & cœnabo cum eo, & ipse mecum. Pulsat enim verbum Dei, & sapientia patris per veritatem, ad intellectum, ut aperiatur ei per fidei consensum.

Iudith. 6. De secunda cœna scilicet virtutis, & bonitatis in charitate, dicitur Iudith.

Ozias

Ozias suscepit Achrior in domum suam expleto cõsilio,& fecit cęnam magnam: Math.26.
Ozias fortitudo Dei interpretatur, & significat Christum Dei virtutem, siue Mar.14.
fortitudinem. Tertia cęna, scilicet in gratiæ vbertate facta, ex qua Euchari- Luc. 22.
stiæ nomen accepit,quæ bona gratia interpretatur,est cęna paschæ, quàm Chri 1.Cor. 2.
stus habuit cum discipulis suis,& de ista sacratissima cęna hic nos sermonẽ habemus. Quarta cęna:scilicet,in gloria,& in omni beatitudinis perfectione est cæna,de qua dicitur.2.Esdræ.3.Rex Darius fecit cęnam magnam omnibus ver Esdræ. 3.
naculis,& omnibus magistratibus Mediæ,& Persidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus,& consulibus,& pręfectis sub illo. Rex iste significat eum, qui in uestimento,& femore habet scriptum; Rex regum,& Dominus dominãtium. Apoc. 19.

Sed hæc cæna,ad quam nunc vocat nos nostra sancta mater ecclesia perficitur sacramento,in quo incorporatio fit Christi (aliàs Christo) ad salutarem om- Concil. Trid.
nium bonorum communionem per sumptionem sui corporis:per sumptionem sess. 13.c.pri-
sui sanguinis. Perfecta fit reconciliatio ad Deum patrem per pretium redem- mo de vsu
ptionis suæ sanctissimæ animæ: uiuificatio ad restaurationem omnis deperditio- adm.sacram.
nis spiritualis vitæ ex influxu sui sanctissimi spiritus; & grati perfecta gratifica- eucha.
tione reddimur Deo ex gratitudine suæ diuinitatis,& ex vase omnis gratiæ (qđ hoc sacramentum euchariristiæ est) gratiam pro gratia accipimus; ut Christo semper confirmemur,& vniamur. Et hæc, inquam, est illa cęna; de qua prophetauit Isaias,cum ait. In die illa faciet Dominus omnibus populis in monte Isai. 25.
hoc conuiuium pinguium,& conuiuium vindemiæ, conuiuium medullatorum pinguium,& vindemiæ defęcatæ. Prouidi accedere ad hanc cęnam pręterea 5
monemur,& candidi stolis albis: prospicientes bene: ut, (sicut docet sacrosan.
concil. Trid.) nullus sibi conscius mortalis peccati, quamtumuis sibi contritus Concil Trid.
videatur, absque præmissa sacramentali confessione, ad eam accedere debeat. sess.13.cap.7.
Probet ergo se ipsum homo,& sic de pane illo edat. Quod cum (inquit Haymo) omnibus fidelibus generaliter obseruandum sit,specialiter tamen ministris Haymo in
ecclesiastici ordinis custodiendum iniungitur,quando in veteri lege carnes agni, homil.de cõ-
qui in figura corporis;& sanguinis Dominici immolatus est,non prius comede- fess.
re permissi sunt, quàm renes accinctos haberent, Domino dicente. Sic ergo comedetis illum, renes vestros accingetis: calceamenta habentes in pedibus vestris. Sanctus siquidem Thomas Aquinas inquit in sermone, qui legitur in fe- Exo l 12.
sto sacratissimi corporis Christi. Nam si Iudæi stantes,& calceamenta in pedi- sanctus Tho.
bus habentes, & baculos manibus gestantes agnum cum festinatione comede- Leuit. 21.
bant; te multò magis oportet esse solertem. Nam illi quidem in Palęstinã erãt prodituri, tu verò debes in cœlum migrare. Item dixit Dominus ad Moysem:
loquere ad Aaron, & ad filios eius: Homo de semine vestro, in quo fuerit 6
macula, non accedat ad altare: si gibbus fuerit, si lippus, si albuginem ha-
bens in oculo, si impetiginem in corpore, vel iugem scabiem, si cæcus fue- Nota.
rit, vel claudus, si fracto pede, vel torto naso, si fuerit ponderosus, uel herniosus. Qui enim sacra mysteria manibus tractare, & alijs ministrare debent, dignum est, ut ab omni immunda pollutione sint alieni, vt scilicet, & mente sint casti, & corpore pudici. Quod in opere Dauid discimus: qui 1.Reg.21.
cum venisset ad Achimelech, sacerdotem, non prius panes sanctificatos accipere voluit, quàm se, suosque mundos à mulieribus testaretur, non vtique

ſolum alienis, neque concubinis, ſed etiam à proprijs vxoribus. Ait enim
1.Reg.21: præmemoratus rex Dauid; & quidem ſi de mulieribus agitur, continuimus
nos ab heri: & nudius tertius, quando egrediebamur, & fuerunt vaſa pue-
rorum munda: Quapropter conſideret vnuſquiſque conſcientiam ſuam, &
ſi ſe incontinentem ſenſerit in corpore, abſtineat ſe à ſacra communione: ne
forte ad iudicium accipiat, quod fidelibus datum eſt ad remedium: timens
1. Cor. 11. illud, quod terribiliter clamat Paulus dicens. Quicunque manducauerit pa-
nem, uel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis
Domini. Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat; qui enim
Aug. in ſerm. manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat bibit, non diiudicans
feſti dedic. ec- corpus Domini. Vnde, & Beatus ait Auguſt. ſi enim agnoſcens quis reatum
cleſię. ſuum ipſe ſe à diuino altari ſubtraxerit, citò ad indulgentiam diuinæ miſericor-
diæ perueniet: quia ſicut, qui ſe exaltat humiliabitur, ita & è contrario, qui
ſe humiliat exaltabitur. Porrò ſicut cum certo ritu agnus paſchalis in veteri
Exod. 12. lege manducabatur, tenebant ſcilicet in manibus eorum manducaturi bacu-
7 los, renes habentes ſuccinctos, & calceos pedibus circumpoſitos; ſic nos
cum ſtolis in vtroque humero poſitis: ſtola igitur erit ſacerdotum, purpura
regum, cuculla monachorum, toga aduocatorum, chlamys militum, & habi-
tus ruſticorum: ut legitur in diſtin. 23. cap. eccleſia, & in l. 1. C. nulli licere lib.
vndecimo. Aduerte tamen, quòd hoc loco ſtola accipitur pro tegmento
corporis, & pro animi habitu, & indumento quodam, quod eſt habitus,
& virtus. Vel ſtola accipitur, pro corpore, quo anima veſtitur, & anima,
qua corpus ornatur. Vel ſtola, ideſt, opera interiora, & exteriora: quę ſunt
mentis, & corporis ſpiritualia indumenta. Cæterum mari rubri tranſitus
fuit, quo per Chriſti paſsionem tranſiuimus à morte ad vitam à tenebris ad
lucem, à ſeruitute ad libertatem, à vitiis ad virtutem. Vel poſt tranſitum,
ideſt, poſt tranſitum Chriſti à morte ad vitam, per reſurrectionem, & poſt
gloriam reſurrectionis ſuæ laudemus Deum. Et non ſolum Deum laudemus
quia de vitijs ad virtutes euexit, tum propter baptiſmum, tuum etiam pro-
pter eius glorioſam reſurrectionem: Verum quoniam eius corpus guſtan-
tes viuimus, quod eſt, quod ſubdit. § Cuius corpus ſanctiſsimum In ara
crucis torridum, Cruore eius, roſeo Guſtando viuimus Deo. §
8 Nota, quòd crux Chriſti appellatur hic ara ad inſtar, & ſimilitudinem
Ioan. 3. aræ Abrahæ propter veræ hoſtiæ oblationem: Nam Ioan. ſic Deus dilexit
Geneſ. 22. mundum & cætera, & hoc eſt, quod dixit Deus in figura ad Abraam Ge-
neſ. tolle filium tuum, quem diligis Iſaac. Præterea Abraam perſonam ge-
rit Dei patris: Iſaac Chriſti: Vnde ſicut Abraam vnicũ filium, & dilectum
Deo obtulit victimam: Ita Deus pater vnicum filium, & dilectum pro om-
nibus nobis tradidit victimam. Et ſicut Iſaac portauit ligna holocauſti, impoſi-
ta ſuper humeros, ſuos à patre. Ita Chriſtus in humeris ſuis geſtauit
Ioan. 19. lignum crucis, in quo erat crucifigendus. Ioan. baiulans ſibi crucem, & ſi-
cut pater portauit ignem in manibus ſuis; & gladium: Ita Deus pater
portauit ignem in manibus, ideſt zelum in operibus. Vnde hic bene di-
citur: in ara crucis torridum: portauit, & gladium, quo ſepararet patrem,
& filium.

Aliquan-

Aliquando etiam crux Christi appellatur lignum vitæ, quia crux Christi com- 9
paratur, & figuratur ligno vitæ propter vitæ reparationem, ita dicitur Ge-
nes. lignum uitæ in medio paradisi. Figuratur etiam crux virgæ Moysi, & hoc Genes. 11.
propter miraculorum operationem. Nam Moyses sex mirabilia opera cum
virga fecit, quæ Christus in cruce fecit. Quæ causa breuitatis hic non po-
no: habes tamen ea num. 20. ibi: percussit bis, & cætera, & Exod. 7. ibi. Num. 20.
tolle virgam, & Exod. 15. ibi. At ille clamauit, & Exod. decimoquarto, Exod. 7. Exod. 19.
ibi. Dicit Dominus ad Moysen, & Exod. 14. ibi diuisa est virga aqua. Et Exod. 14.
Exod. 14. ibi extende manum tuam super mare, quæ omnia exponit, &
declarat Raynerius de Pisis in sua pantheologia par. prima capi. primo, de cru-
ce. Vltimo crux Christi figuratur æneo serpenti propter tentatorum, vel
infirmorum liberationem. Vnde dicitur Num. 21. fac serpentem æneum, Num. 21.
& pone eum pro signo, qui percussus, vel mortuus aspxerit eum, viuet.

Nota secundò, quod dicitur torridum id, quod igne crematum est, &
exustum, à torrendo dictum, quod igni excoquere signat: & quoniam sa-
cratissimum Christi corpus in ligno crucis igne passionis, & doloris acer- 10
bitate excoctum fuit: rectè hic torridum dicitur. Vel torridum dicitur cor-
pus Christi ad similitudinem agni paschalis, qui nec crudus, nec coctus aqua, Exod. 12.
sed ipse assus fuit. Dicamus ergo sic, quod nos Christiani gustando san-
ctissimum Christi corpus in ara crucis passum vnà cum pretioso eius sangui-
ne, viuimus ipsi Deo. Vnde ipsa veritas dicit de se in euangelio; qui man- Ioan. 6.
ducat meam carnem, & bibit meum sanguinem; habet vitam æternam.

Dico, inquam, quòd viuimus Deo: quia ab Angelo seruati sumus. Vn-
de ait ecclesia. Protecti paschæ vespere
A deuastante Angelo:
Erepti de durissimo
Pharaonis imperio.

Hic præmitte, quòd pascha hoc in loco accipitur eo modo, quo sumi-
tur in Exod. 12. & Leuit. 23. hoc est, pro hora vnius diei, hoc est, pro vespera
lunæ quartædecimæ: Inde ait scriptura: Quartadecima die ad vesperum 11
pascha Domini est, & Ioan. Ante diem festum paschæ. Aliquando ue- Exod. 12. Leuit. 23.
rò pascha secundum Albertum Magnum Ioan. 14. dicitur agnus immolatus Ioan. 13.
Luc. 23. Vbi vis paremus tibi comedere pascha? Aliquando autem pascha
dicitur primus dies azymorum, qui fuit mane quintædecimæ Lunæ Aprilis Alber. mag.
Ioan. 13. Ante diem festum paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius. In-
terdum uerò pascha dicitur azyma, quod in pascha comedebatur. Ioan. 18. Ioan. 13.
ipsi non introierunt, ne contaminarentur, sed ut comederent pascha. In- Ioan. 18.
terdum etiam pascha dicitur Christus immolatus. 1. Cor. 5. etenim pascha 1. Cor. 5.
nostrum immolatus est Christus; & de hoc vltimo paschate dicitur hic in-
frà, cum dicitur: { Iam pascha nostrum, &c. }

Sed vespere hic, idest, in vespere paschæ protecti fuimus ab Angelo
significatque noctem illam, in qua erepti sunt filij Israel à seruitute Ae- 12
gypti: dicit enim scriptura exodi; factum est autem in medio noctis, per-
cussit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti.

At quod in figura populo Israelitico olim contigit, in veritate hic applicatur,
& per

Exod.12. & 13. & per aſperſionem ſanguinis ad poſtes oſtij,& ſuperliminaria domus: Ereptus fuit ab exterminatore,& interfectore primogenitorum Aegypti. Præterea & liberatus à dura Pharaonis ſeruitute per egreſſum ab Aegypto. Ita Chriſtianus populus per immolationem ueri agni,qui abſtulit peccata mundi, liberatus eſt à Dæmone uaſtatore,qui mortis imperium habebat, & à grauiſsimo ipſius iugo eductus:qui Dæmon per Pharaonem Aegyptium, ut figuram ſuam,& membrum deſignatus eſt.Viuimus ergo nunc protecti,defenſi: ac ſeruati ab Angelo, & erepti à Dæmonis manu,ipſi Chriſto.Et ita. Iam paſcha noſtrum Chriſtus eſt: Qui immolatus agnus eſt: Sinceritatis azyma Caro eius oblata eſt. ❡ Paſ-

13 Exod.12. cha idem eſt,quod phaſen.Phaſen autem eſt tranſitus: ut Exod.12.& Chriſtus dicitur paſcha noſtrum; quia per ipſum tranſiuimus à morte ad vitam:Paſcha igitur ſignificat ſolennem diem,quo agnus primo;deinde Ieſus,hoc eſt,ſaluator humani generis,qui eſt Chriſtus,hoc eſt,unctus vocatur,paſſus eſt.Vnde dicitur. ❡ Iam paſcha noſtrum Chriſtus eſt. ❡ Eum ſane diem Iudæi phaſen, hoc eſt tranſitum nominant;quia tunc ex Aegypto in patriam remigauere;ſic nos in

c.maiores de Baptiſmo Diſ.4.de cõſue cap. proprie. 1.Cor.5. die paſsionis,a reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ ianuam reſerauit cœli,patriam noſtram intrare,& penetrare cœpimus, ut dicitur extra de bapt.& diſ.4.cap.propriè. Et aduertendum eſt, quòd hæc ſententia ex beatiſsimo Paulo deſumpta eſt,ita ad Cor.1.5.ſcribente; etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus:Itaque epulemur non in fermento ueteri, neque in fermento malitiæ,& nequitiæ,ſed in azymis ſinceritatis· & ſic phaſe uetus terminat: quia nouum paſcha nouæ legis in hac menſa noui regis habemus,Chriſtum videlicet, qui eius reſurrectione de morte ad uitam nos tranſire fecit. Paſcha tamen

14 Alber.mag. aliquando etiam dicitur, ſecundum præmemoratum Albertum magnum Lucę 22.totum tempus ſeptem dierum à luna quintadecima, uſque ad vigeſimam

Act.12. primam menſis Aprilis.Act.12. Cum Petrum Herodes apprehendiſſet, miſit in carcerem,uolens poſt paſcha producere eum populo. Aliquando dicitur paſcha prima dies ayzmorum,quæ fuit luna decima quinta. Interdum autem di-

Ioan.18. citur paſcha panes azymi,qui fiebant in paſcha.Ioan.18.Viri non introierunt in prætorium,ne contaminarentur:ſed ut comederent paſcha. Interdum dicitur

Luc.22. paſcha agnus paſchalis.Luc.22.Venit dies,in qua neceſſe fuit occidi paſcha. Interdum dicitur paſcha feſtiuitas epularũ iſtius temporis, ſic dicitur.2,paral.30.

2.Paral.30. Non fuit paſcha,ſiue phaſe huic ſimile. Sed ipſius etiam Chriſti in ſuper caro

15 oblata eſt,ut azyma ſinceritatis,ideſt puritatis, quoniam ſine fermento peccati, & tota ſancta fuit,& ſine amaritudine. Azyma enim ab à,quod eſt ſine, & zyma,quod eſt fermentum,uel amarum:inde azyma, quaſi ſine amaritudine: &

16 nullo modo caro fuit peccati: Nam fermentum in ſcriptura ſæpe peccati habet ſignificationem,iudiciumque peccati gerit. ❡ O verè digna hoſtia: Per quam facta ſunt tartara: Redempta plebs captiuata Redit ad vitæ præmia. ❡

17 Aduertendum eſt nobis hoc loco, quòd Chriſto homini plures actus conueniunt,nobis multum ſalutiferi: propter quod diuerſis rebus naturalibus, & artificialibus comparatur.Ipſe namque Chriſtus dicitur caput noſtrum propter ſenſum,& motum ſpiritualem, quem ſuis membris influit. Mediator quia participat proprietatis diuinę,& humanæ naturæ: & ideo inter Deum, & nos efficaciter, poteſt mediare. Fundamentum,propter fidem, quia in nobis illuminat

luminat intellectum. Oſtium,propter charitatem, qua perficit affectum. Paſtor in quantum incorporat nos eccleſiæ per ſacramentorum participationē. Hoſtia,ut hic:quia ſoluit obligationem contractam per peccatum originale,& actuale. Sacerdos,quia ipſe ſe rogat,ipſe ſe exaudit, ipſe ſeruus rogat ſe Dominum,& ipſe Deus exaudit ſe hominem. Via exemplo. Vita in præmio Verè ergo Chriſtus eſt hoſtia, qui ſoluens maledictionem,dedit benedictionem & confundens mortem donauit nobis vitam ſempiternam,deuincens hoſtes,& Deo patri nos reconcilians. At tartara ſignificant locum profundiſsimum 18
infernorum,in quo ſontes plectuntur: Chriſtus enim poſt paſsionem eius deſcendit ad inferos,& ſpoliauit ac fregit infernum (iuxta illud Dauidis; qui portas æreas confregiſti,& uiſitaſti infernum)& adduxit ſecum non ſontes,ſed pias animas,ideſt, captiuatam plebem, ibi diſtentam, ad cœlum. Dicamus ergo, quod per hanc ſacram hoſtiam inferna fracta ſunt,& per hanc ſimiliter dignam hoſtiam plebs captiuata,& animæ ſanctorum patrum; Abraam ſcilicet, Iſaac, Iacob, Moyſi, Dauidis,& aliorum quàm plurimorum piorum detentæ, ſunt redemptę:ut ſic per eam ad præmia reuertantur æternæ uitæ. Et hæc, inquam digna hoſtia poſtquam ſurrexit de ſepulcro,ac inferna uiſitauit, ac fregit, illinc victor proficiſcitur:quod hic etiam dicitur,cum ait Vates. ❡ Cum ſurgit Chriſtus tumulo: Victor redit de baratro: Tyrannum trudens vinculo: Et reſerans paradiſum. ❡ Cognoſce ergo hic primo, quòd tumulus idem ſignifi- 19
cat,quod & ſepulchrum,dicitur autem tumulus,quaſi tumens tellus: quoniam homine in terra ſepulto, terra aliquantulum eleuatur,at ſepulchrum dici tur, quaſi ſine pulſu,quia,qui ibi ſepelitur pulſu caret. Monumentum verò dicitur, quia mouet mentem cuiuſlibet inſpicientis, ut recordetur, quòd cinis eſt, & in cinerem reuertetur. Cæterum iſti quatuor uerſus narrant quomodo redemptæ ſint animæ beatæ.q.d.Vates: Conſurrexit Chriſtus de ſepulchro;& ſtatim deſcendit ad baratrum,ubi Diabolum fortiter ligauit ideſt, omnium Dæmonum cateruas,vel ſaltem aliquam eorum partem crudeliorem; deinde illinc uictor redijt,paradiſumque fidelibus ſuis reſerauit,animæque ſanctorum ad eum, & ad præmia uitæ cęperunt euolare:& ſic tunc Leo catulum ſuum ſuſcitauit,tūc phęnix reuixit, tunc(ſicut dicitur Hierem.)figulus ex eodem luto fracti vaſis fecit uas aliud,ſicut placuit in oculis eius:tunc Ionas de ventre ceti illęſus exiuit: tunc veſtitum eſt candelabrum auro; Tunc ſuſcitatum eſt tabernaculum Dauid,quod cecidit:tunc refulſit ſol, qui prius erat in nubilo, tunc uiuificatum eſt granum frumenti,quod cadens in terram mortuum fuerat:tunc ceruus reſumpſit cornua: Tunc Sampſon tulit portas cum poſtibus: Tunc Ioſeph eductus de carcere tondetur & conſtituitur dominus Aegypti:tunc conſciſſus ſaccus circumdatur lætitia. • Quare reſurrexit Chriſtus à mortuis,ut Dei iuſtitia oſtenderetur,quo maximè decebat illum extolli, qui ut illi obtemperaret, depreſſus, ac omni ignominia affectus erat. Præterea ut ſpes noſtra aleretur: Cum enim Chriſtus reſurrexerit,certa ſpe nitimur fore,ut nos etiam reſurgamus:membra 20
enim capitis ſui conditionem ſequantur neceſſe eſt. Tertio,vt potentiam ſuæ diuinitatis oſtenderet:quia mortuos ſuſcitare non eſt opus naturæ, ſed potentiæ diuinæ,ſurrexit: Quartò,ut nos ad contemnenda terrena pro adipiſcenda tali gratia animaret. Ad hæc ſurrexit Chriſtus velociter,integraliter,ſocialiter, & æternaliter;velociter,quia tertia die. Nam ſicut ianuis clauſis ad diſcipulos intrauit,

Marginal notes: Pſal. 106. — Geneſ. 3. — Geneſ 49. — Hierem. 18. — Ionas. 2. 6. — Exod. 25. — Amos 9. — 2. Machabæorum. 1. — Ioa. 12. — Iud. 16. — Geneſ 41. — Pſal. 29. — Catechiſmus Romanus in quintū ſymboli articulū. — Ioan. 20.

trauit,& ficut falua virginitate de vtero matris exijt:fic eum mortuũ,nec petra in qua iacuit,nec militum cuftodia potuit retinere.Integraliter:quia in corpore,& anima.Socialiter:quia multa corpora fanctorum,qui dormierant, refurrexerunt. Aeternaliter. Apoftolus ad Rom.6.Chriftus refurgens iam non moritur,&c. Et nota, quod quamdiu Chrifti caro fuit in fepulcro, tamdiu eius anima fuit in inferno:fed diftulit anima corpori vniri,ut fcripturæ adimplerentur de tertia die refurgendo. Amplius aduerte, quòd fecundus uerfus hic pofitus multum congruit dictis illius poetę, cum inquit.

Rom.6.

Cant.3. de Infer.

Vfcci mai alcuno, ò per fuo merto.
O per altrui, che poi foffe beato.
Et quei, che intefe il mio parlar conuerto.
Rifpofe io era nouo in quefto ftato.
Quando ci vidi venir vn poffente.
Con fegno di vittoria incoronato.
Trafsci l'ombra del primo Parente.
D'Abel fuo figlio, & quella di Noe.
Di Moyfe legifta, & vbediente.
Abraam Patriarcha, & Dauid Re,
Ifrael con fuo padre, & co fuoi nati.
Et con Rachele per cui tanto fè.
Et altri molti, & fecigli beati.

22 Porrò paradifus commune nomen; pomarium fignificat, & hortum confitum.& item eft locus in oriente, longo fpatij interuallo diftans à terra noftra: de quo Auguft. ita fcribit. Paradifus in oriente, fitus eft interiecto oceano,& à noftro orbe longe remotus;in altifsimo loco conftitutus,pertingens ufque ad lunarem circulum. Vnde illuc aqua diluuij minime perueniffe dicitur,& hic locus à primi hominis reatu interclufus eft; nec vlli animantium datur ad eum aditus. Inde etiam id nomen transfertur:ut locum beatorum,regnumque cœlefte fignificet, potifsimũ in facra fcriptura:& in hymnis Ecclefiafticis, & hoc in loco. Et quia tua mifericordia fecifti, hæc pro nobis, nempe: quia re furrexifti: Infernum fregifti, ac beatas animas ad cœlos euexifti: Ideo rogamus &c. § Quæfumus author omnium In hoc pafchali gaudio Ab omni mortis impetu tuum defende populum. § Amen. Q.d.o Domine fi cum magno labore ante pafcha quadraginta dies egimus pœnitentiam: modo in hoc pafchali gaudio, cum gaudio, & lætitia,tanquam accepta mercede boni operis noftri,fac nos quinquaginta dies agere, nofque ab omni mortis impetu tuere. Amen.

August.lib.8. cap.3.

tom.3.

Dominica in albis ad Matutinum Hymnus Decimus Octauus.

SAncta mater ecclefia fui fponfi Chrifti triumphantis originem,ac æternitatem cantare cupiens panegyrico,laudatorioque fermone, qui non folum

prę-

præsentia facta rememorat: verum & antiqua tam per ipsum laudatum: quàm per suos ante natos, utens: incipit Christum ouantem laudare, vt dixi, ab origine sua, illi cum patre æternitatem ascribens, rerumque omnium creatorem esse affirmans, & ait; § Rex sempiternæ Domine, Rerum creator omnium: Qui eras ante sæcula Semper cum patre filius: § & reliqua. Vbi præmitte pro eius clariori intelligentia, quod in hoc hymno quatuor fiunt. Primum enim est; quòd Christo præcipuè omnium supernum opus illud, nempe hominis plasmatio ascribitur. Secundum est, quòd parum fuisset sic hominem creatum esse, nisi & redimi contigisset. Vnde in carminibus octo sequentibus, & ruinam, & redemptionem describit sancta Ecclesia. ut clarè patet ibi: § Quem Diabolus: § &c. Tertium est, ne Deus homo factus parum exstimaretur, ostendit ipsum Christum uenerandum, & expauescendum ab omni anima. Quartum est, quòd ipse communionem suæ victoriæ nobis, nobis impartitam ostendit; quos sacro baptismate insigniuit, liberosque a vinculis animæ donata remissione remittit: quando propter nos tantùm crucem subijt, propriumq; sanguinem in pretium redemptionis nostræ dedit. Quòd autem filius Dei fuerit ante sæcula, & cum patre semper; patet in multis sacrarum scripturarum locis, & præsertim, apud Prophetam, dùm ait. Priusquàm montes fierent, aut formaretur terra, & orbis a sæculo, & vsque in sæculum tu es Deus. Psal. 54. Exaudiet Deus, & humiliabit illos; qui est ante sæcula: & Ecclesiast. ab initio, & ante sæcula creata sum, & rursum Psalm. 109. Ante luciferum genui te. & Ioan. dicit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. Quinimmo non solum filius Dei erat ante sæcula; verùm ipse sæcula fecit, & omnia, quæ in eis sunt, hominem potissimum. Sed hæc omnia non sunt principaliter: sicut Deus: quippe qui inquit Gregor. Quamquam Angeli, & homines, Cœlum, & terra, aer, & mare; cuncta volatilia, vel quadrupedia, atque reptantia sint, certè principaliter non sunt. Nam aliud est, inquit, esse, aliud principaliter esse, aliud mutabiliter, atque aliud immutabiliter. Hæc ergo in semetipsis minimè subsistunt, & nisi gubernantis manu teneantur, esse nequaquam possunt. Cuncta namque in illo subsistunt, a quo creata sunt. Nec ea, quæ uiuunt sibimetipsis uitam tribuunt. Nec ea, quę mouentur, & non uiuunt suis nutibus ad motum ducuntur: Sed ille cuncta mouet, qui quædam viuificat: quædam verò non viuificat, & in extremam essentiam mirè ordinans, seruat. Pręterea filius Dei est semper cum patre, non secus, ac lumen cum Sole: Quia sicut nunquam fuit Sol sine lumine, nec e conuerso. Ita nunquam pater fuit sine filio, nec e conuerso.

[Margin notes: 1 — Psal. 89. L. nos. C. de sum. Trinit. — Psal. 54. — Eccles. 24. — Ioan. 1. — Hebr. 1. — Greg. in lib. 16 ca. 59. moralium. — 2 — 3]

Sed subiungit Ecclesia confitens illum creatorem omnium rerum fuisse, & esse, & sic pergit. § Qui mundi in primordio. Adam plasmasti hominem: Cui tuæ imagini Vultum dedisti similem. § Hic primò annota, quòd quatuor modi producendi hominem comperiuntur: primus fuit modus, videlicet ut nec de viro, nec de muliere fieret: sicut Adam, & secundum istum primum modum hic dicitur Adam plasmatus in primordio mundi. Secundus fuit, vt de viro sine muliere fieret, sicut in Eua. Tertius fuit de uiro, & muliere, sicut in omnibus concupiscibiliter natis. Ad complementum vniuersi, decuit quartum modum introduci, vt scilicet homo de muliere fieret sine viro per virtutem operatoris. 4 Genes. 1.

Quòd autem Deus hominem in principio mundi de limo terrę formauerit,

Adam

Adam videlicet; ac illi vultum similem, idest, mentem similem per rationem, vel ipsam animam lumine vultus sui insignitam (dicit enim Psal.4. Signatū est super nos lumen vultus tui Domine: Immo & non solum habuit Adam similitudinem Dei; verùm etiam & habitus theologales, scilicet fidem; præuidit enim incarnandum, quando fuit in illo sopore) clarum est, & patet in sacra genes. historia cap.1. Homini ergo dedit Deus similem suæ imagini vultum, idest, animum, vt sicut est Deus, sanctus, iustus, & verus: discernitq; inter bonū, & malum: ita, & ipse homo sanctus, iustus, verusq; manens, discretionemq; mali, æqueve boni retineat: Genes.3. Ecce Adam quasi vnius ex nobis factus est, sciens bonum: Dedit, inquam, homini Deus suæ imagini similem vultum, vt sicut est Deus perpetuus, & immortalis: ita esset etiam homo (nisi peccasset) immortalis, atque æternus. Imago enim secundum Albertum magnum Luc.11. quasi imit ago vocatur, quia facit nos imitari similitudinem, & exemplar patris cœlestis. Ecclesiast.17. Deus de terra creauit hominem, & secundum imaginem suam creauit illum. Sicut enim pater carnalis natiuitatem filij (nisi natura erret) promouet semper vsque ad perfectam similitudinem ipsius; ita pater spiritualis promouet hominis generationem, vsque ad similitudinem diuinam, nisi obicem ponat homo. Quare sicut scriptura Genes. sacra attestatur hominem ad imaginem, & similitudinem Dei factum esse: Ita similiter, vt illum Diabolus deceperit, ibidem legitur, & hic ab Ecclesia dicitur, Quem Diabolus deceperat Hostis humini generis: Cuius tu formam corporis Assumere dignatus es. Diabolus autem interpretatur defluens, quia defluit, idest, corruit spiritualiter, & localiter. Græcè interpretatur Diabolus clausus ergastulo, & hoc sibi conuenit: quia non permittitur ei tantum nocere, quantum uellet. Præterea, secundum etymologiam, diabolus dicitur a dia, quod est duo, & bolus, quod est morsellus; quia duo occidit, scilicet, corpus, & animam. Item vocatur Dæmon, idest, sanguineus, & hoc propter peccatum. Item Belial, quod interpretatur absque iugo, vel absque Domino; quia pro posse contra eum pugnat, cui debet esse subiectus. Item Belzebub: quod interpretatur vir muscarum, id est, animarum peccatricum, quæ reliquerunt verum sponsum Christum, & de Diabolo insidiatore humani generis dicit Isaias; Tu enim terram tuam deperdidisti, & tu populum occidisti.

Item & de Diabolo hoste nostro dictum fuit in hymno completorij. Verumtamen qualiter Adam deceperit hic dicere forte fas erit: & quidem Beatus Gregor. sic ait. Antiquus hostis contra primum hominem parentem nostrum in tribus se tentationibus, erexit: quia hunc, videlicet gula, vana gloria, & auaritia tentauit; sed tentando superauit; & quasi sibi eum per consensum subdidit. Ex gula quippe tentauit, cum cibum ligni vetitum ostendit, atque ad comedendum suasit. Ex vana autem gloria, cum diceret, eritis sicut Dij: & ex prouectu auaritię tentauit, cum diceret scientes bonum, & malum; auaritia enim non solum pecuniæ est, sed altitudinis. Porrò quod formam corporis humani Christus assumere dignatus est: dicit Paulus: cum inquit. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo: & Ioan. & verbum caro factum est: & habitauit in nobis; & hoc fecit Deus, ut hominem in Adam, per

Psal.14. Genes.1. Genes.3. Alb.mag. Ecclesf.17. Genes.1. Isai.14. Greg. in homil. Dominicæ.1. in quadrag. Philip.2. Ioan.1.

per Diabolum deceptum, redimeret. Nam filius hominis (ut ait Luc.) venit Luc. 19.
quærere, & saluum facere, quod perierat, scilicet genus humanum, quod totum
perierat, ex quo peccauit vnus: in quo erat totum. Quare igitur dignatus est
Deus formam serui accipere, & redimere eum, subdit vates; ❡ Vt hominem
redimeres: Quem ante iam plasmaueras: Et nos Deo coniungeres Per car-
nis contubernium. Per vnionem ergo, & coniunctionem, vel habitaculum 9
humanitatis, idest cum humana natura factum in vtero virginali, per incarna-
tionem verbi Dei coniunxit nos Deus ipsi Christo: sic enim & legitur in litera. c debitũ de
c. debitum, extra de bigamis. Et nota, quod homo secundum Apostolum est bigamis.
duplex, exterior scilicet, & interior. Nam homo interior est anima, exterior
verò est corpus. Item homo constat ex quatuor elementis: sicut alia corpo- Rom. 7.
ra: terra enim est conuersa in carnem, humor in sanguinem, aer in spiritum, ignis
in calorem. Item homo constat ex mortali, & immortali: Vnde patet, quod
secundus versus hic positus loquitur de homine per naturam: non autem, de
homine per infirmitatem, aut per culpam: de quibus tribus modis dicitur: fa- Genes. 1.
ciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & maledictus ho- Ierem. 17.
mo, qui confidit in homine, idest, in infirmitate: & uos autem sicut homines,
idest, sicut rei, & delinquentes, moriemini: hæc magnus Grego: in lib. eius Psal. 81.
Moralium. 4. cap. 17. & definitur homo sic. Homo est animal rationale mor- Grego: lib.
tale, sensibile, disciplineque capax, qui ingenio valet, artibus, & cognitione rerũ, Moral. 4.
quicquid agere debet eligit. Postquàm autem Christus sibi vniuit carnem cap. 17.
humanam, omnes homines eum pauescere cæperunt: Quod est, quod subse-
quitur: ❡ Quem editum ex virgine Pauescit omnis anima: Per quem & nos
surgere Deuota mente credimus. ❡ Appositè quidem hic dicitur, quòd om- 10
nis anima natum ex Virgine Maria Christum pauescit. Nam ille natus est, imò
& resurrexit, qui quondam dicebat: Videte, quòd ego sim solus, & non sit Deut. 32.
alius Deus præter me: Ego occidam, & ego viuere faciam, & percutiam, & ego Iob. 10.
sanabo, & non est, qui de manu mea possit eruere: & Iob. Cum sit nemo, qui Rom. 13.
de manu tua possit eruere: iure ergo quidem merito omnis anima de eo timo- cap. omnis
rem habere debet. & aduerte, quod in cap. omnis anima, extra de censibus, expo- anima de cẽs.
nitur omnis anima, idest animata corpora, sicut etiam exponitur C. de sacros. l. sancimus. §.
eccl. l. sancimus. §. excepta; cum dicitur: animæ hominum sunt quibuslibet rebus excepta C. de
præponendæ. Verùm quoniam Dominus noster Iesus Christus non solum in sacros. Ecc.
humana corpora, sed etiam in naturam in corpoream habet imperium (Nam
quando sibi placet, & Angelos eius spiritus facit.) Ideo de omni, & humano, & Psal. 103.
Angelico spiritu, est hic intelligendum. Insuper hic annota, quod animę no- 11
mine in scriptura sacra vita præsens signari solet, iuxta quod Dominus Ioan. 12.
alibi ait; Qui amat animam suam, hoc est vitam suam, perdet eam, & Apo- Ioan. 12.
stolus. Non facio, inquit, animam meam pretiosiorem, quàm me. Aliquan- Act. 20.
do vero anima ponitur pro ipso corpore, quo continetur, sic legimus Iacob de-
scendisse Ægyptum in animabus septuaginta: cum animas non absque corpo- Genes. 46.
ribus descendisse manifestum sit. Cæterum & hic etiam dicitur, quòd per 12
ipsum Christum resurgere debemus, & accomodatè quidem: Cum enim Chri-
stus resurrexit, inquiunt Theologi, certa spe nitimur fore, ut nos etiam resurga-
mus: quia membra capitis sui conditionẽ sequantur necesse est: Turpe est enim
ut sedeat seruus, quando coram eo surgit Dominus. Vnde Iob ait, se in carne

sua

Iob.19. – ſua conſpecturum Deum ſuum: & Daniel,& multi de ijs, qui in terræ puluere
Daniel 12. dormiunt, euigilabunt; Alij in vitam æternam, alij in opprobrium, vt videant
ſemper. Credimus ergo nos reſurgere,dum veneris iudicare viuos,& mortuos
deuota mente. Quamobrem verò ſperamus reſurgere,ſubiungimus,nempe,
quia: ❡ Qui nobis per baptiſmum Donaſti indulgentiam: Qui tenebamur
uinculis Ligati conſcientiæ. ❡ Nos,inquam,per baptiſmum renaſcentes in
Ephef.2. Chriſto filij miſericordiæ,qui natura ex Adam filij iræ nati eramus: ſperamus
reſurgere: Qui per baptiſmum dedit hominibus poteſtatem filios Dei fieri
Ioan.1. his:qui credunt in nomine eius,qui non ex ſanguinibus,neque ex voluntate car-
13 nis neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt & ex Eccleſia per baptiſmum.
Sed non ſolum eſt intelligendum hoc loco de baptiſmo aquæ,& ſpiritus de quo
Mar.16. dicitur per Marcum,qui crediderit,& baptizatus fuerit:ſaluus erit: Verum etiā
& de baptiſmo,ideſt,paſsione Chriſti, atque de baptiſmo pœnitentiæ. Nam
Ludol.c.54. paſsio Chriſti ſecundum Doctores,& præſertim Ludolphum, eſt baptiſmus,de
Mar.10 quo dicitur per Mar.Poteſtis bibere cœlicem quem ego bibo,aut baptiſma quo
Luc.12. baptizor, baptizari? Et per Lucam item dicitur:baptiſmo autem habeo bapti
zari, & quomodo coarctor,vſque dum perficiatur? ſed baptiſmus pœnitentiæ
eſt culparum actualium abſterſiuus:qui ſecundum Ludolfum fit quotidiè in la-
Ludol.c.17. crymis,& eſt laborioſior cæteris. Per hos ergo baptiſmos dedit nobis Deus in-
dulgentiam:& hoc eſt dare indulgentiam,& remiſsionem peccati per Chriſtum,
qui tenebamur ligati vinculis conſcientiæ: Quæ eſt lex intellectus noſtri. Vel
cognitio ſui ipſius. Vel eſt animi habitus agendorum, & non agendorum.vel
eſt habitus mentis boni,& mali diſcretiuus. Eiuſque vincula, quibus irretitur,
ſunt primo ignorantia,quando ſcilicet neſcit quis,quod eligendum ſit,vel decli-
nandum. Præterea negligentia eſt vnum vinculum,quo ligatur conſcientia, vt
cum quis negligit conſcientiam diſcutere, vel neſcit ſe expedire,negligit tamen
ab alijs quærere. Tertium vinculum eſt ſuperbia,ut quando quis noſtrū humi-
liat intellectum ſuum,vt melioribus,& ſapientioribus, ſe velit credere. Quar-
tum eſt ſingularitas, qua homo ſequens ſenſum proprium non conformat ſe
alij,nec ſequitur vias communes bonorum. Quintum eſt affectus inordinatus,
qui ſæpe inclinat conſcientiam ad id, quod tunc homo appetit, & ſic facit eam
à ſua rectitudine deuiare:ſextum eſt vinculum puſillanimitas,qua quis timet nō
timenda ſecundum rectum iudicium rationis.& ſic erratis conſcientia poteſt di-
ci,ut quibuſdam ligata ſit vinculis. Quomodo autem,& quo ordine, & quo
pretio nos Chriſtus redemerit,ait Eccleſia cum inquit. ❡ Qui crucem pro-
pter hominem Suſcipere dignatus es:Dediſti tuum ſanguinem. Noſtræ ſalutis
Ioan.3. pretium.❡ Non enim Deus, inquit Ioan. miſit filium ſuum in mundum, vt
Matt.20. iudicet mundum,ſed vt ſaluetur mundus per eum, & Matt. Et tradent eū gen-
tibus ad illudendū,& flagellandum,& crucifigendum,& Pet.qui peccata noſtra
Pet.1.2. ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum,vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus,
1.Pet.3. cuius liuore ſanati ſumus,& idem. Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mor-
tuus eſt, iuſtus pro iniuſtis,vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne,
viuificatos autem ſpiritu. Propter hominem ergo Chriſtus effudit ſuum
Apoc.5. ſanguinem, pretium noſtræ ſalutis: Quia emit, ac redemit nos Deus cum ſan-
guine ſuo tanquam pretio. At vbi tot,& tanta Chriſti opera dicta ſunt eſſe
facta circa noſtram ſalutem, vero conſonum modo eſt, vt rogemus Deum, vt

&

in hoc paschali gaudio, ab omni mortis impetu nos defendat iam redemptos, ne in mortem corruamus iterum. Amen.

Dominica in albis ad Laudes Hymnus Decimus Nonus.

SAncta mater ecclesia quæ supra panegyrico, siue laudatiuo carmine Christi laudes, ac præconia præcecinit, ad sanctissimi huius diei auroram nunc appropinquans, & veniens, stupendo ex miralibus à Christo pe- tratis, iubilat in se, dum contemplatur mirabilia per Christum in inferno, & in 10
terra hodierna die facta, & (non valens præiubilo se continere) exclamat; § Aurora lucis rutilat: Cœlum laudibus intonat: Mundus exultans iubilat: Gemens infernus ululat § &c. In quibus antiquorum patrum ab inferno liberatio, & gloriosa Christi resurrectio describitur: præterquam quod etiam gaudiū mundi & luctus inferni: quæ fuerunt, quando fortissimus Dominus noster Iesus Christus rex suis viribus mortis vires confregit, infernum suo pede conculcauit, suaque potentia à pœna soluit miseros. Præterea quod ille rex (antonomasticè dico) qui postridie sub lapide clausus custodiebatur à milite: hodie nobili triumphans pompa victor de sepulchro surgit: vt ibi. § Cum rex ille § &c. Porrò dicitur etiam, quòd hoc non fingitur: nempe, Christum de funere resurrexisse: quoniam gloriosus Angelus peritus notitia rerum alterius mundi clamando testatur: Videlicet, Christum solutis patrum gemitibus; & doloribus inferni, quibus illi affligebantur, diutina expectatione, iam resurrexisse: ut patet, ibi, § Solutis iam; § &c. Cæterum sic sequamur nostram literam. Cum Christus à sepulcro, idest, de morte surrexit: tunc (quia aurora lucis, idest, diei paschalis rutilat, in cuius aurora, & circa diluculum Christus surrexit:) vt ille, qui iam non amplius esset visurus tenebras (vt bene ait Psaltes: exurgā diluculo, & Mar. in euāg. surgēs Iesus mane prima sabbati primo apparuit Marię Magdalenæ, ob gloriam enim resurrectionis Christi dicitur illius diei aurora solito rutilātior, & serenior mortalibus illuxisse) cœlestis creatura intonat, ac resonat, & mundus similiter, idest, homines credentes in Deum iubilant, & cantant: videntes caput suum Christum resurrexisse: In qua quidem resurrectione ipsi renouati sunt: quia de vetusta peccati seruitute ad nouitatem gratiæ, & à morte ad vitam traduci se à Deo ipsi vident. Sed infernus, siue eius rex Diabolus vlulat, & plangit: dolens de amissione eorum, quos tenebat morruos: scilicet Adam, Abraam, & alios quàm plures, quos secum Deus traxit ad requiem: de quibus vide supra in hymno ad vesperas istius eiusdem festi in vers. cum surgit. Et nota, quòd infernus est quadruplex. Vnus enim est damnatorum, in quo sunt tenebræ quantum ad carentiam diuinæ visionis, & quantum ad carentiam gratiæ. & ibi est pœna sensibilis, & damni ac tenebræ interiores, & exteriores, item absentia gratiæ, & iste semper habet luctum. Vnde poeta ait.

[Margin notes: Psal. 56. Marc. 16. — Teste Rom. catechismo in quin. symboli articu. & glos. in c. Hęc aut 23. q. 4.]

Quiui sospiri, pianti, & altri guai.
Risonauan per l'aere senza stelle.

N Aliud

Aliud est super in quo sunt tenebræ,& propter carentiam diuinæ visionis, & ꝓp carentiam gratiæ,non autem ibi est pœna sensibilis, sunt tamen ibi tenebræ exteriores,& interiores:& hic secundus infernus dicitur limbus puerorum mortuorum sine baptismo, quos duos in vnum tantum reduxit catechismus Romanus,dum verba facit super quinto symboli articulo:& de isto secundo inferno sic fatur præmemoratus poeta de infantibus sine baptismo mortuis.

Rom.cathec.

Non vò, che sappi inanzi, che più andi,
Ch'ei non peccoron. & s'egli hanno mercedi:
Non basta; perche non hebber battesmo.
Chè parte della fede, che tu credi.

2 Alius est supra,in quo sunt tenebræ, quantum ad carentiam diuinæ visionis: sed non quantum ad carentiam gratiæ,& est ibi pœna sensibilis, & damni ad tẽpus, & sunt ibi tenebræ exteriores,& non interiores:& iste infernus dicitur Purgatorius:de quo sic legitur.

Et canterò di quel secondo regno.
Oue l'humano spirito si purga,
Et di salir' al ciel diuenta degno. & Alibi
Salendo, & regirando la montagna.
Che drizza uoi, ch'el mondo fece torti.

Alius est magis supra,in quo sunt tenebræ,quantum ad carentiam gratiæ visionis:nec ibi est pœna sensibilis:& in quo erant animæ Patriarcharum,& Prophetarum,& cæterorum prioris testamenti ad vitam prædestinatorum, vsque quò Christus descẽdit ad inferos.& de hoc inferno,siue limbo,vide aliquid infra in hymno sancti Michaelis,dum verba fiunt de paradiso & sic vltimus infernus
3 propter sui tranquillitatem sinus Abraę dicebatur,quia Abraam fuit prima via credendi:ipse enim prędicauit publicè vnum Deum tantum esse.& in hunc vltimum infernum descendit Christus:& vt dicitur infra, soluit à pœna miseros homines;Intellige tamen quantum ad locum,non quantum ad experientiam te-
4 nebrarum descendisse Christum ad inferos. Ex iam dictis patet,quàre cantamus: Libera animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu:quia infernus ibi sumitur pro purgatorio: sicut & ibi sumitur pro limbo,quando Christus dicitur ad inferos descendisse, vel infernum destruxisse. Dico inquam,quòd cœlum tunc intonat laudibus. § Cum rex ille fortissimus Mortis confractis viribus: Pede conculcans tartara: Soluit à pœna miseros. § Hic apertè videmus,quòd Christus,cum descendit ad inferos,miseros scilicet antiquos patres,qui detinebantur captiui,ne possent intrare regnum Dei,quoadusque esset apertum per sanguinem agni immaculati in pretium redemptionis mundi immolati,soluit à pœna ut illud Dauidis verificaretur, cum dixit: quoniam non derelinques animam meam in inferno:nec dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. Et aduerte,quod non erant illi miseri priuatione gratię:aut deformitate culpæ,sed sola dilatione gloriæ,quã sustinebant, ac perferebant. Possumus itaq; sic pia mente decere,confregit Deus vires mortis,idest,Diaboli, & sua pietate tartara,hoc est, Diabolum conculcauit:& soluit à pœna miseros: de quibus in pręcedenti versiculo dictum est, & sic (Matt.) multa corpora

Psal.15.

Matt.27.

ſanctorum,qui dormierant,ſurrexerunt.& bene hæc omnia dicta ſunt: quippe, quũ inquit Damaſcenus;non impotens enim eſt is, qui in principio expuluere terræ ipſum conſtituit,rurſum reſolutum & conuerſum in terram,ex qua ſumptum fuerat, ſecundum conditoris dictum, iterato reſuſcitare illud. Nam ſi non eſt reſurrectio,in quo differimus à rationis expertibus? ſi non eſt reſurrectio,beatas dicimus agreſtes feras, iucundam,triſtitiaque carentem deducentes vitam:ſi non eſt reſurrectio,neque Deus eſt,neque prouidentia, ſed caſu cuncta ducuntur, & feruntur. Vnde nota, quòd Chriſti deſcenſus ad inferos, & liberatio ſanctorum patrum,& conculcatio Diaboli,& traductio animarum ſanctarum ad cœlos, innuunt nobis illam diem,in qua Deus ſpoliauit Aegyptum, & Hebręos à domo ſeruitutis,& à graui Pharaonis iugo liberauit. Nam hodiè Chriſtus ſpoliauit inferos, & genus humanum redemit à dura principis tenebrarum ſeruitute qui trahebat illud ad uarias carnis,opum,& honorum,concupiſcentias.Innuũt & illud Sampſonis oraculum, cum in libro Iudicum dicitur. De comedente exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo; vbi per cibum de comedente exeuntem intelliguntur ſancti patres,qui de inferno, qui comedebat eos,egreſsi ſunt cum Chriſto,& per dulcedinem animę ſanctorum accipiuntur, quæ Chriſto fuerunt nimis dulces,ob quos poſuit animam. Et verè fractis mortis viribus ſoluit à pœna miſeros:quia, § Ille qui clauſus lapide,cuſtodit ſub milite: Triumphans pompa nobili. Victor ſurgit de funere.§ Pompa proprie dicitur,& ſignificat apparatum ſolennem cum oſtentatione,& ſpecie quadam triumphi tam in aduerſis,quam in proſperis: vt pompa ſacrorum, pompa nuptiarum, pompa ſpectaculorum,ludorum,& funerum. Hic tamen ſumitur pro inſigni gloria,& triumpho Dominicæ reſurrectionis.ſic igitur dicamus,ille, qui clauſus in monumento cuſtoditur, ac vigilatur ſub militibus triumphans, ac vincens nobili victoria,ſiue triumpho(quia ab inferis animas extraxit)ſe ſurſum erigit de funere,ideſt,de morte victor,ac triumphator: Non obſtante milite,non obſtantique lapide ſcilicet, qui ſepulcrum claudebat,non obſtantibuſque ſigillis, atque repagulis omnibus ad clauſuram adhibitis. Poſtquam verò Chriſtus victor exiſtit, & iam ſoluti ſunt gemitus, quos tolerauerant ſancti illi patres:Iuuenis,hoc eſt Angelus aduentauit quidam, & dixit mulieribus:ite, & dicite diſcipulis eius,& Petro,quia ſurrexit Dominus,& præcedet vos in Galilęam:Vnde propter hoc aptè ſubiungit Eccleſia. § Solutis iam gemitibus; Et inferni doloribus: Quia ſurrexit Dominus: Reſplendens clamat Angelus.§ Soluti debent intelligi gemitus,& dolores inferni,non quos Chriſtus in anima paſſus fuerit:nam illorum expers erat, & immunis: ſed quos ſancti patres perpeſſi fuerant:ſpes enim(ut legitur in lib.prouerb.)quæ differtur,affligit animã. Alias autem Inferni dolores,ſecundum Albertum magnum, ſoan.10.77.ſunt vulnera,& mors, & ictus perſequentium, quæ ad inferos mittunt. Et nota, quod hæc ſententia ſumpta eſt ex verbis Beati Petri in act. Apoſtolorum dicentis de Chriſto: Quem Deus ſuſcitauit à mortuis, ſolutis doloribus inferni, iuxta quod impoſsibile erat teneri cum ab illo: & ſic illud tandem Chriſti verificatum eſt oraculum: quod in Eccleſ. legimus, quod in Domino ſperantibus prædixit Chriſtus: cum ait; Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inſpiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes ſperantes in Domino.

Marginal notes: 5 — Io.Damaſc. de orthodox. fide.lib.4. cap. 28. — 6 — Exod.12. &13. — Iud.11. — 7 — Mar.16. — 8 — Prouer.13. — Alber. mag. — Act 2. — Eccleſ.24.

In Ascensione Domini ad Vesperas Hymnus Vigesimus.

HActenus sancta Ecclesia de sui sponsi resurrectione gauisa est, & modo per ascensionem (præsentia corporali: quia spirituali semper cum illa est) ab ea discedit: Ideo veluti amore languens pro suo dilecto: ipsum in patris dextera sedentem contemplatur: Cupitque cum illo esse, & illum amplecti: & in hoc ardenti suo desiderio illum alloquitur corde tam ardenti, & inflamato affectu (quemadmodum sonant verba hymni per se prolata etiam sine aliqua expositione.) vt saluatorem nostrum, Redemptorem, amorem, desiderium, creatorem omnium, tandem propter nostrũ amorem hominem factum (o verba amoris exprimentia quidem cor charitate vulneratum) post omnia: nempe in fine sæculi vocat; § Iesu nostra redemptio: Amor, & desiderium: Deus creator omnium, Homo in fine temporum. § Vbi laudatur primo mera Christi benignitas, quòd natus pro nobis fuerit, & mortem passus. Secundò, quod infernum descenderit, & resurrexerit à mortuis, & cœlos repetiuerit. Quò (tertio) vt nos perducat, enixe oramus. Itaque post inuocationem sui sponsi factam: sancta Ecclesia tanquam grata de recepto beneficio suam profunde indignitatem agnoscens, admiratur se tanti à suo sponso factam, foreque æstimatam: vt ad ipsum exclamet, quasi ex amore impatiens, & dicat; O carissime spõse; quanta fuit clementia erga me, quæ vicit te, vt me à morte tolleres, & mea ferres crimina? Tu pro me passus es crudelem mortem: Qua mediante penetrasti obscura inferni claustra, & filios meos, qui ibi longo iam tempore captiui retenti fuerunt, redemisti tecum. O victor nobili in triumpho, qui & in cœlum multos captiuos tecum adduxisti, & sic opimis onustus spolijs in patris æqualitate resides. O viua fides. O fortis spes. O ardens charitas sanctæ nostræ matris Ecclesiæ: virtutibus ardens emanat oratio, & ait. Fac me mei voti compotem, & me tuo vultu saties: scio quod non mereor: sed sicut te vicit clementia, vt ferres nostra crimina: ita ipsa te cogat pietas, ut nobis parcendo, mala omnia nostra superes: Oro te, inquam, dulcissime mi sponse, vt hoc facias, quia tu solus es, (modo in hac vita) meum gaudium: quia in altera futurus es præmium. Exaudi ergo me, vt in æternum in te glorier: hæc in summa dicit hymnus.

1 Quòd autem Iesus Christus sit nostra redemptio, patet in multis sacræ scripturæ eloquijs, præsertim apud Apostolum, cum ipse ait: Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. 1.Cor.1.

2 Itẽ est & amor desiderabilis, qui desiderari semper debet, & amari: Vnde Ecclesiasticus dicit. In tota anima tua dilige eũ, qui te fecit; quia hoc amore, hoc est, ipso Christo temporalia spernimus, & spiritualia affectamus. Et non solum Christus fuit nostra redemptio, amor, & desiderium, quo vana, & terrena verè deputantes omnia mundana; cœlestia ad desideria mentes nostras erigentes; sitimus ad Deum fontem viuum: sed vt creator omnium, hoc est, corporalium, qualia sunt sidera, terrea, metalla, aer, & aqua; & spiritualium, ut Angeli, & composi- Eccle.7.

tarum

tarum, ut homo, & viuentium, & non viuentium, & summatim visibilium, & inuisibilium: immo, & homo etiam in fine temporum: & sic Deus, & homo, ut homo fieret Deus. Et hic finem temporum vocat sancta ecclesia, sextam mundi ætatem, cui in hoc mundi statu non succedat alia ætas: septima siquidem ætas in mundi consummatione adueniet, & sic est huius mundanæ substantiæ, ac conditionis postrema ea ætas; in qua Christus assumpsit humanæ carnis substantiam: & idcircò in fine temporum, & in nouissimis diebus venisse dicitur, iam scilicet, sæculi appropinquante fine. 4
Cæterum in hoc nomine Iesu sunt quinque literæ: quæ possunt esse initia istarum dictionum. Iucunditas merentium; æternitas viuentium: sanitas languentium: Vbertas egentium: pietas esurientium. Cur autem Christus in fine temporum factus sit homo, pergit ecclesia, dicens. § Quæ te vicit clementia: Vt ferres nostra crimina? Crudelem mortem patiens, Vt nos à morte tolleres? § Quæ, inquam, ò Christe pietas te compulit, vt ferres, deferres, & super te tolleres nostra facinora, scelera, peccata, ac crimina? certè es ille, qui uerè languores nostros pertulisti, & infirmitates nostras portasti, & ille dico es, ò Christe, qui peccata nostra in corpore tuo pertulisti super lignum, cuius liuore sanati sumus: crudelem enim mortem crucis passus es: ut nos à morte, idest, à Diabolo liberares, ac eriperes. 5 Isai. 53. 1. Pet. 2.

Inferni claustra penetrans:
Tuos captiuos redimens;
Victor triumpho nobili:
Ad dextram patris residens.

Tu, inquam, Domine, non solum diram passus es mortem, quam deinde destruxisti; verùm eruisti nos à potestate Dæmonis penetrans, & frangens claustra inferni, & redimens sanguine tuo tuos captiuos, sanctos patres, qui detinebantur ibi: Nam, & hoc benè testatur ecclesiast. inquiens, ò Christe in persona tua, penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Isai. Aperiam coram eo ianuas: ego ante te ibo; & gloriosos terræ humiliabo; portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Quos autem captiuos redemerit Christus ex inferno, enumerat, & ille poeta, cum inquit. Apoc. 5. Eccles. 24. Isai. 45.

Trasseci l'ombra del primo parente,
D'Abel suo figlio, & quella di Noe,
Di Moyse legista, & vbidiente,
Abraam patriarcha, & Dauid Re;
Israel con suo padre, & con suoi nati.
Et con Rachele, per cui tanto fè:
Et altri molti, & fecegli beati.

Idcirco Dauid de se sic testatum reliquit: quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori. Et alibi idem ait: prouidebam Dominum in conspectu meo semper. qm̃ à dextris est mihi, ne commouear; Psal. 95. Psal. 15.

& paulo infra: Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec da-
Psal.67. bis sanctum tuum videre corruptionem. Vnde nunc merito mirabili Chri-
stus victoria, & triumpho ascendit in cœlum, captiuam ducens captiuitatem,
6 & ad dexteram patris modò residet. Vbi per dexteram secundum authorem il
Carthus. lum in suo theologicæ veritatis compendio; & Carthusianum in expositione
epistolarum Archiapostoli possumus intelligere æqualem gloriæ possessionem,
& maiestatis æqualitatem. Primum namque est æqualitas maiestatis, ad quam
Christus sedet secundum diuinitatem: & de hac dextera loquitur Hebr. Apo-
Hebr.8. stolus dicens. Talem habemus Pontificem, qui consedit in dextera maiestatis
in excelsis. Secundò per dexteram intelliguntur potiora bona gloriæ, in qui-
bus Christus sedet secundum humanitatem, quoniam collatum est ei a Deo,
quicquid conferri potuit: & licet ab instanti conceptionis Christus accepit
bona gratiæ, & gloriæ in anima; eadem tamen bona fuerunt in ascensione ma
nifestata, & in loci congruentia completa. Et de hac dextera dicitur ad Co-
los. Quæ sursum sunt quęrite; Vbi Christus est in dextera Dei sedens. Vbi
Collos.3. dicit gloss. quòd sursum vbi sedet Christus, sunt potiora bona gratiæ, & glo-
riæ, de quibus habes & supra in ultimo quadragesimæ hymno ver. vltimo.
Psal.87. Iure quidem optimo Christus dicitur sedere quidem, quia laborauit. Psalm.
In labore fui à iuuentute mea. Ad dexteram uerò, quia diu fuit in sinistra
Psal.37. aduersitatis. Psal. Afflictus sum, & humiliatus sum. Dei autem; quia
post abiectionem meritò debet consequi gloriam, quia qui se humiliat, exal-
Luc.14. tabitur. Nunc uertit se sancta mater Ecclesia ad Christum, orans eum, ut
ille nostra remittat peccata, pergens; { Ipsa te cogat pietas: Vt mala nostra
superes: Parcendo; & uoti compotes: Nos tuo uultu saties. } Q. d. & ip-
sa pietas, quæ cogit, ut subires mortem crucis: cogat te nunc, & impellat,
atque etiam astringat; ut superes nostra delicta, & remittas, atque a nobis om
7 nino transferas. Cum enim Deus ipse pro sua benignitate dimittit nobis pec-
cata iam commissa: tunc mala nostra parcendo superat. Nam maior est eius
in nos miseratio, quàm peccatorum nostrorum sit grauitas: præualetq; tunc
illius misericordia nostræ culpæ, estq; efficacior potius, ut nos saluet (ut dictum
est supra in hymno ad laudes quadragesimæ uer. secundo) quàm sit perniciosa
culpa, ut nos damnet. Accedat ad hoc comprobandum. Genes. Cain enim pa-
Genes.4. ricida millies potuit veniam, gratiam, ac gloriam obtinere à Deo, quem ad igno
scendum ei millies habuit paratum: Dicebat namque Dominus. Nequaquam
ita fiet: ut omnis, qui te inuenerit, occidat. sed qui Cain occiderit, centuplum
punietur: Ecce quàm sitit Deus nostram salutem, qui finem forè nullum fecit,
ut traheret Cain ad confessionem peccati. At vbi noluit iam se emendare (heu
Dist.1.de per. noluit intelligere, ut benè ageret) ei dixit Deus: si non uis flagellari cum homini-
serpens. bus: flagelleris cum Diabolo, & Angelis eius: & sic: & dilexit maledictionem, &
Psal.35. veniet ei, Dixit Deus, & noluit benedictionē, & elongabitur ab eo. Amplius
Psal.108. hic petimus etiam satiari uultu Christi, & per uultum intelligerem ego, idest,
immortalitatem nobis concedi, vt in regno cœlesti facie ad faciem illum cerna
mus, & perduamur ad contemplandam speciem suæ celsitudinis; licet vbique
sit, per diuinitatis naturam, & in militari Ecclesia per sacramentalem præsentiā
Psal.16. nos satiet etiam. Satiabimur ergo (quod Deus faxit) vultu tuo; cum nobis ap-
paruerit gloria tua, quia tunc adimplebis nos lætitia cum uultu tuo. Sic ita-
que

que dicamus, ô Christe nos, qui voti, idest, desiderij compotes sumus, hoc est, qui ardemus magno desiderio, ut nostra peccata superes, impleas, & frui facias tuo vultu, idest, tua præsentia, ut videamus te facie ad faciem in cœlis, utque cognoscamus, quòd nostra dimisisti parcendo peccata. Et sic post hac. ❡ Tu esto nostrum gaudium: Qui es futurus præmium: Sit nostra in te gloria: Per cuncta semper sæcula.❡ Sensus est: omnibus, inquam, nobis Domine, qui iam te ex fide viua, & formata, cognoscimus, in hoc mundo, quique es futurus præmium nostrum in alia vita: esto gaudium nostrum in hac præsenti uita nostra, ac peregrinatione; & gaudium hoc nobis fit demum præmium, atque remuneratio æternæ beatitudinis, & pro eo, quòd in te credimus, in uinea tua, uinea Dei sabaoth, & Domo Israel, & in Dei Ecclesia operati sumus, Isai. 5.
& laborauimus: suscipiamus diurnnm a te Domine denarium: ut hic uera de te fateamur dicentes: quia tu es futurus nostrum præmium. Sed ad hæc aduerte, quòd gloria hic accipitur pro laude, quæ in Christo a nobis semper, & omni tempore, & per cuncta sæcula, poni debet, & dari: Sed gloria nostra non pro laude sumpta, in anima nostra esse debet: quia Deus ratione animæ diligit hominem: quia ipse ornatum, & apparatum magis desiderat in anima, quã in corpore, quod non faciebat synagoga: quæ gloriam suam in actibus materialibus, & in apparatu exteriori ponebat totam gloriam suam: & per sola opera exteriora, putabat iustificari: & ideo. tota gloria templi Salomonis erat in apparatu ornamentorum, & uasorum aureorum: & sic tota Gloria Iudæorum referebatur ad corpus, & nihil ad animam, nec curabant de interiori iustitia.

(Marginal notes: 8 Matth. 20.)

In Ascensione Domini ad Matutinum Hymnus Vigesimus primus.

SAncta mater Ecclesia (continuatur enim eius præsens sermo cum præcedenti hymno) quæ se hic tota diffundit in cõtemplando acquisitas per mortem sui sponsi, dignitates, illasque & sibi, & alijs rememorat, tum ut suum cum sponso ardentem ostendat affectum; tum, ut & in filijs, nobis nempe Christi fidelibus, illum excitet: ne obliuiscamur operum Dei, sed mandata eius custodiamus: & ut non ex eius, scilicet spõsi absentia corporali tædio afficiatur: & quia, inquam, in patris paritate sedentem uidet; illum (ut Reges alloquimur) alloquitur, vocando illum æternum regem, altisimum: Nulli enim mortali regi huiusmodi competit titulus, cum ait; ❡ Aeterne rex altisime: Redemptor & fidelium: Quo mors soluta deperit: Datur triumphus gratiæ. ❡ & quæ sequuntur. In quibus egregijs præconijs gloriosa Christi ascensio celebratur, qua super omnes cœlos exaltatus, nunc sedet ad dexteram patris: Angelicorum item spirituum ueneranda admiratio describitur; quia obstupuerunt humanam naturam in Christo super omnia sublimari: supplex demum ad ipsum fit oratio, ut in die iudicij nos in electorum sortem assumat, & æternæ gloriæ corona adornet. Sed si interius literam huius hymni uentilemus, profectò medullam enucleabimus: dicamus ergo: quòd sancta Ecclesia postquam uocauit sponsum suum regem altisimum, nihilominus & fidelium

(Marginal notes: Psal. 77. 1)

lium etiam (o fortunati fideles, qui tam magno redempti sumus rege, uerè nemo fidelium rapi poterit de manu eius) dicit esse redemptorem, eique trium phare dari in curru quidem, non auri, uel argenti, lapidumve pretiosorum ornato: sed gratiæ, quæ potens est sibi omnia subiacere. Secundò subdit, quòd hoc notum, in suo ascensu facit: Nam quis, inquit, vnquam alter tribu nal paritatis patris, qui ab eodem patre, scilicet cœlesti potentia donatus sit, præclarissimis donis, sicut donatus est Christus, qui secundum assumptam humanitatem non gaudebat talibus, ascendit? cum soli Deo trina rerum machina flecteret genua: nunc & homini Christo flectit, ut ibi: ¦Scandens,¦&c.

Tertiò asserit, quòd Angeli ipsum considerantes, tremunt: quando sortem hominum mortalium tanto in melius conuersam esse cognoscunt; vt modò ca ro purgat crimina, quæ aliquando damnabant homines; quos, inquam, non solum purgat, sed & ipsi cum Deo regnant: vt patet ibi; ¦ Tremunt videntes ¦ &c. Quartò quòd in hoc solum nos mortales debemus gaudere, videlicet, in domino, qui est gaudium nostrum, manens in cœlo, mundum regens, humanaque & transitoria gaudia contemnens: vt clarè videtur ibi. ¦ Tu esto, ¦ &c. Quintò hortatur nos, qui in terra degimus: sed cum Christo esse cupimus, vt illum oremus, ut quando ex tempore in die nouissimo (omnibus occulto) cœperit iudex gloriosius apparere, misericorditer faciat, videlicet debitas repellat a nobis pœnas, & totidem, vel toties, per nos perditas, restituat coronas; ut ibi, dicitur; ¦ Hinc te, ¦ &c. Quamobrem in primis
2 hic aduerte, quòd Christus rex noster æternus dicitur, inquantum est sine ter mino, & sine fine, & sine successione; quia æternitas est tota simul, & perfecta possessio vitæ interminabilis. Aliquando tamen æternum idem est, quod coæuum, dicens totam ætatem alicuius. Vnde dicimus virum esse æternum vxori suæ: quandiu siquidem vixerit, alligatus est vxori per totam ætatem, & vitam, & e conuerso. Item Christus hic noster dicitur redemptor omnium fidelium quantum ad efficientiam: quandoquidem Dominicæ passionis consequuntur finaliter fructum, ac finaliter consummatum effectum. Sanè per Christum Dominum nostrum itidem mors soluta deperit, idest, mors resoluta, destructa, ac pessumdata existit, ac perijt: soluere etenim interdum destrue re signat: Vt legem soluere dicitur, qui eam violat. Prædixerat autem Oseas Propheta mortem soluendam per Christum, in persona illius ita loquens: ero mors tua o mors: quod vtique per passionem, resurrectionem, & ascensionem illius completum est, & tunc triumphus gratiæ datus est, idest, victoria gratiæ data iam est glorificatis hominibus in anima, & in corpore glorificandis in resurrectione: Gratia enim, & veritas per Iesum Christum facta, cum insigni victoria triumphauit de hoste antiquo; de cuius potestate sola Dei misericordia liberati sumus. Non enim ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Et non solum ò Christe es rex altissimus, & redemptor fidelium; verùm es etiam; ¦ Scandens tribunal dexteræ Patris potestas omnium, Collata Iesu cœlitus, Quæ non erat humanitus. O Christe rex æterne, tu es scandens tribunal, idest, sedem pa-
3 tris, vel solium gloriæ patris. Et nota, quòd differentia est inter ascensionem, & assumptionem, & euolationem; quoniam ascensio pertinet ad Christum,

Oseas. 13.

Ioan. 1, Cap. uno. de purg. post partum, Tit. 3.

ftum; Assumptio ad Beatam virginem: euolatio autem ad alios sanctos, & ratio huius est: quoniam ascensio fit propria virtute ascendentis; Assumptio autem virtute Christi assumentis; quia filius specialiter obsequitur matri; euolatio. uerò fit ministerio Angelorum. Quod autem subdit ecclesia nempe, omnium potestatem ipsi Iesu collatam esse; sumptum est ex illo Christi uerbo apud Matth. post resurrectionem, & paulò ante ascensionem dicto. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Huiusmodi autem potestas collata est Christo secundum humanam naturam (siquidem secundum Deitatem, eam habet ab æterno) cœlitus, hoc est, a cœlo, & à Deo patre: non autem humanitus, siue ab homine: illam enim vniuersorum authoritatem, & uirtutem, non ab hominibus accepit Christus, sed a solo Deo. Solus ergo Deus, idest, Christus est ad dexteram patris: Cæteri ordines sanctorum non habent paritatem Christi respectu claritatis filij: quæ potestas non erat ei collata humanitus, idest, quandiu, uel quando erat in mundo. Matt.28.

Et dico, quòd potestas datur diuinitus Christo, quæ non erat humanitus. § Vt trina rerum machina: Cœlestium terrestrium, & infernorum condita: Flectant genu iam subdita. § Hoc est, in cœlis existentes, & homines in terris viuentes, atque Dæmones, & animæ damnatorum in inferno vapulantes, Deo curuant genu. Excerpta autem sunt hæc verba a beati Pauli uerbis ad Philip. scribentis. Propterea exaltauit illum Deus, & donauit illi Philip.2. nomen, quod est super omne nomen; ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur; quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Trina ergo machina a te condita, genu flectant, & subdita sunt, & humiliata tibi, & ad honorem tuum. § Tremunt videntes Angeli Versa vice mortalium: Culpat caro, purgat caro: Regnat Deus Dei caro. Angeli vtique tremunt, idest, cum timore reuerentur, & venerantur Christum, dicentes cum admiratione; quod Isaias scriptum reliquit. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis uestibus Isai.63. de Bosra; & quod in psalm. legitur. Quis est iste rex gloriæ? Et tunc pla- Psal.23. nè uersa est sors, & conditio mortalium. Nam prius humana natura, & natu- 4
rali sua conditione, & peccati depressione longè infrà Angelicam naturam fuerat constituta, ita ut ante natiuitatem Christi Angeli ab hominibus se adorari patiebantur; sed non post; sicut legimus in Apoc. de Ioanne, qui cum uellet Angelum adorare, ait Angelus Ioanni. Vide ne feceris, conseruus enim Apoc.5. tuus sum, & fratrum tuorum: Adorari ergo se non permisit; quoniam, inquit Chrysosto. iam Angeli atque Archangeli nostram naturam in sede Dominica Chrysosto.in immortali gloria fulgentem viderunt. Nam subdit itidem ille: Quæ natura est, serm. 8. Ascē- cui Deus dixit: Esto meę particeps sedis; illa natura est, quæ audiuit: terra es, sionis. & in terram reuerteris. Vnde meritò nunc mirantur Angeli, & tremunt. Vide, inquam, quo spatio cœlum separatur a terra, imò terra quāto ab inferis abest, & ipsum celū quāto ab altiore celo separaē, & de altiore celo ad Angelos quātū spatij est, ad superiores etiā potestates, ad ipsam quoq; Dñicā sedē. sup hęc oīa natura nr̄a eleuata est; quę oibus hodierna die meruit excelsior reperiri: ex hoc ergo miranē, & tremūt Angeli: & sic in Christo humana natura sup oēs Angelorū choros exaltata ē, & ad Dei patris dextrrā collocata, atq; ab Angelis merito adorata, qđ hic ĩfra declaraē. Nā caro Adę culpā ĩduxit: sed Christi caro nos a pecca-
tis

tis purgat. Insuper ipsa Dei caro regnat Deus: quia ipsa Christi humanitas non absolutè considerata, sed ut Deitati vnita; verè Deus est; & sic caro Dei regnat Deus: quia Christus Deus est, & homo. Forent hic multa alia dicenda: Onus autem istud non ad vires imbecillis ingenij mei facit. Proinde missum facio acquiescens iam dictis, quæ mihi soli dixi. Vertit se modo sancta ecclesia ad suum Christum, sic illum orans. } Tu esto nostrum gaudium: Manes olympo præditum: Mundi Regis qui fabricam: Mundana vincens gaudia. }

5 Petimus hoc loco, vt ipse Christus nostrum sit cœleste gaudium, supremum,
stabile, & perpetuum, vincatque in nobis omnes delectationes, & mundi gau-
dia transitoria, euanida, & occidua: illorum affectum, & desideria in nobis ex-
tinguendo. Porro Olympus hic cœlum signat. Dictio verò, præditum,
6 ornatum, honoratum, & sublimatum dicit. Postremò Christus hic dicitur
regere mundi fabricam; & bene; quia ipse est brachium patris: & cuncta ab
Gregorius. ipso ex nihilo sunt: Idcirco eorum essentia ad nihilum, inquit Gregor. in lib. 16.
cap. 59. moralium: tenderet, nisi eam author omnium regiminis manu retine-
ret. Demum Christus est gaudium vincens, & superans omnia mūdana gau
dia, quia ipse est supercęleste gaudium, interminabile, & æternum gaudium; sed
gaudia mundana; vt dictum est; sunt transitoria, vana, & citò decidiua; quia
non durant; vt hic in mundo videre possumus. Et cum tu ô Christe omnia
mundana vincis, quia amor tuus superexcellit oēs mundi delectationes: } Hinc
te precantes quæsumus; Ignosce tu criminibus, Et corda sursum subleua Ad
te superna gratia. } Et gratia tua, inquam, Domine superna, hoc est illa gra-
tia, & virtute sacramentorum, qua purgamur à peccatis, & adiuuamur, & per-
seueramus, & pœnitentiam agimus, & per quam credimus Deum trinum, &
vnum, & filium incarnatum; nostra corda subleua ad te, & sursum leua; & quæ
sursum sapiamus: vbi tu Deus viuis, & regnas, in dextera Dei sedens, & nō quæ
Colos. 3. super terram, quæ (vt diximus) sunt vana terræ gaudia, quæ à veris Christige-
nis polluta sorde deputantur, & omnino relinqui debent; quia marcida sunt.

Et pro tua summa misericordia, quæsumus te; } Vt cum repente cœperis Clarere nube iudicis: Pœnas repellas debitas: Reddas coronas perditas. }

Hoc est, cum cœperis clarere, & in fulgore, atque in nube rubente, idest mi-
cante, & rutilæ flammæ speciem præ se ferente, atque ignoscente tui iudicis ap-
parere (in nube enim veniet Christus, cum ad iudicandum uenerit: testatur
Luc. 21. namque Lucas dicens; & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum
potestate magna, & maiestate) repelle tunc à nobis Domine pœnas debitas
pro peccatis nostris, & tribue nobis coronas perditas: forte septem dona spiri-
tus sancti per coronas perditas possumus intelligere, quæ peccando amittimus,
& tunc pœnam incurrimus, qua meritò deinde ob nostra scelera affligimur: ideò
vt repellat Deus à nobis has debitas pęnas, & reddat coronas perditas, rogamus:
} Gloria tibi Domine, qui scandis super omnes cœlos, Sit tibi cum patre & san-
cto spiritu, In sempiterna sæcula. } Amen.

In Die Pentecostes ad Vesperas Hymnus Vigesimus secundus.

CVM aliquando verificaretur, quod dixit Deus Ioeli, nempe: effundam de spiritu meo super omnem carnem, & apud Ioan. legitur: si abiero, mittam eum ad vos; & apostolis simul orantibus: quibus hora tertia mundus intonuit, & subitò venit spiritus sanctus super illis; & eo inflammati diuersis loquebantur linguis magnalia Dei: Vnde factum est, ut nostra sancta mater ecclesia, se ipsam verè agnoscens, suasque contemplans indigentias (quæ nō sunt paruæ) ad Dominum suum confugit, illumque inuocat nominibus illis e directo oppositis infirmitatibus suis: & ait. § Veni creator spiritus: Mentes tuorum visita: Imple superna gratia: Quæ tu creasti pectora: § & quæ sequuntur. Ioel. 2. Ioan. 16. Act. 2.

1 Nam peccante Adam humana natura in his malis incidit, videlicet ab eo sanctus aufugit spiritus, mens Deo rebellis est facta, cor omni gratia spoliatum, repletus tristitia: donis Dei gratuitis priuatus, aridus factus, frigidus, malignus, asper, & durus ad ea, quæ sunt Dei, sine timore Dei, impius, ignarus, debilis, stolidus, obtusus, & insipiens: Contra hæc omnia mala, in octo primis versib. remedium implorat à spiritu sancto. In quatuor sequentibus probat, ad illum pertinere, his malis auxilium ferre, quia contra vltima septem mala, ipse dat septem dona. Contra reliqua autem mala creaturæ suæ inflicta, veniat ipse, illamque reformet: quia cum sit Dei digitus, in quo facta sunt omnia, per ipsum etiam reficiuntur: Quia & ad hoc illum pater promisit, & non solum promisit; sed hodiè misit: sicut linguarum diuitiæ in Apostolis testantur, & hæc ibi. § Tu septiformis, § &c. In sequentibus verò duodecim carminibus orat sancta ecclesia, vt spiritus sanctus, qui fecit, & creauit omnia, à se fuget ergo tenebras, amorem infundat, roboret, firmet, hostem repellat pacem donet: nobis præeat; ut nō amplius incidamus tantis in malis: ignorantiam Dei à nobis auferat; ut perfectè sanctissimam trinitatem credamus, & cognoscamus.

2 Itaque indagantes primum versiculum, dicimus: quod vtique spiritus sanctus humana pectora, hoc est, corda hominum (iuxta illud psalmographi, qui finxit sigillatim corda eorum) & animas creat: Quandoquidem Deus est cuius proprium est creare; qd diuinus etiam psaltes ostendit, cum ait: Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ: & Iob. spiritus Domini fecit me, & spiraculum omnipotentis viuificauit me: Psal. 32. Psal. 103. Iob. 33.

3 Sed ut & nos, ô præamandi fratres, spiritus sanctus viuificet, sicut & Iob viuificauit, illum sæpe inuocemus. Inuocet eum, qui est in æstu concupiscentiarum irrationabilium, quia ipse spiritus sanctus suo cęlesti rore temperat, & refrigerat incendia libidinum, animorumque reprimit elationem. Inuocet eum anima sordida, idest præ peccatis maculata, cum dolore de peccatis, & spiritus sanctus lauabit, & emundabit eam. Inuocet, inquam, eum anima arida, quæ nihil spiritualis habet humoris: & spiritus sanctus rigabit eam suo cœlesti rore. Inuocet eum anima saucia, grauiter uitijs vulnerata, curari desiderans. Inuocet eum anima rigida ob nimiam charitatem, ex peccandi consuetudine inducta, & spiritus sanctus auferet ab ea cor lapideum, & dabit ei cor carneum. Inuocet eum anima frigida, nullam diuini feruoris, Luc. 12.

aut

Quintum est donum scientiæ, per quam discernimus nostra bona opera, & viuimus secundum præcepta. Sextum donum est pietatis, per quod cultum verum, & latriam Deo tribuimus & in rebus dubijs saniorem partem eligimus & ei inhæremus. Septimum spiritus sancti donum est timoris, per quod amore quodam filiali diuina mandata seruamus, atque præcepta, & Deum exacerbare, & ipsi displicere, omni conatu, & affectu cauemus. Itaque septemplici ergo munere, idest, dono ornatus spiritus sanctus hic primo est. Alibi ab ecclesia sancta appellatur septipotens: & sic sicut filius a patre procedēs vocatur leo pro- 10
pter fortitudinem, ouis propter innocentiam, ostium, quia per ipsum introimus ad patrem, lux, quia illuminat omnem hominem: vocatur, & veritas, atque Ioan. 1.
resurrectio, multisque alijs nominibus, secundum quasdam proprietates. Ita quoque spiritus sanctus procedens à patre simul, & filio his septem nominibus propriè appellatur: sapientia scilicet, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, ac timor. Vnde & septiformis gratiæ dicitur propter mysterium septenarij numeri: in quo summa perfectio intelligitur; est enim compositus ex ternario, & quaternario. Habet namque in ternario significationem sanctæ trinitatis: in quaternario euangelij: siue enim tres per quatuor, aut quatuor per tres multiplicentur, ad duodenarium consurgit: quem etiam constat esse perfectissimum quia mysterium sanctæ trinitatis, & doctrina euangelij per duodecim Apostolos in quatuor mundi partes, orientem scilicet, & occidentem, septētrionem, & meridiem deriuata est: sunt quoque quatuor mundi elementa, & quatuor climita, totidemque anni tempora; quatuor etiam, quibus ecclesia subsistit, habentur euangelia. Possumus quoque ternarium numerum ad interiorem nostrum referre hominem, hoc est, ad animam, quæ triplicis est naturæ: est enim irascibilis, concupiscibilis, & rationalis. In vnaquaque etiam rationali anima tria insunt, memoria, ingenium, & intellectus. Hæc Henricus in homil. dominicæ 22 post pentecost. Secundò dicitur digitus dexteræ Dei: Vnde in Exodo legitur Moyses portasse de monte duas testimonij tabulas lapideas, scriptas digito Dei: & in euangelio respondisse perhibetur Dominus calumniantibus Phariseis: Porrò si in digito Dei eijcio demonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. Vel quia sicut corporales res digito demonstrantur; ita per spiritum sanctum ostenduntur res spirituales oculo spirituali. Vel digitus Dei, idest demonstratio virtutis diuinæ. Tertiò dicitur spiritus sanctus promissum patris: quoniam promisit Dominus discipulis illum à patre in ipsos mittendum; apud Ioannem 14. & duobus sequentibus. Proinde in actis Apost. legitur dominus præcepisse discipulis suis, ab Hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem patris, quam audistis (inquit) per os meum.

Mysterium numeri septenarij.

11

Henricus.

12

Exod. 31.

Luc. 11.

1

Ioan. 14.

Act. 2.

Quartò dicitur idem spiritus ditare guttura sermone: quoniam discipulis varia distribuit genera linguarum, ut acta testantur Apost. Nam Lucas ait: Repleti sunt omnes spiritu sancto, & cæperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis, & sic ò spiritus sancte, es promissum patris, ditans, & faciēs diuites rectè guttura, pectora, uel linguas hominum. Nunc tandem supplicat ecclesia sancta spiritui sancto sic dicens, ò tu, qui operaris tot, & tanta, immo omnia: § Accende lumen sensibus: Infunde amorem cordibus: Infirma nostri corporis, Virtute firmans perpeti. § Hoc est, interioribus sensibus nostris 13
intellectui,

intellectui, & memoriæ, rationi, & cogitationi immitte lumen sapientiæ; splẽdorem contemplationis, theoricè, claritatem assiduè illustrationis diuinæ non sine feruore, & illuminatione cœlesti: ne sit in nobis informis, & nuda cogitatio, immo in meditatione nostra exardescat ignis, & intellectus noster vt lucerna ardens, & lucens. Infunde ergo sensibus, idest, mentibus nostris lumen, & cordibus nostris infunde amorem, & dilectionem Dei, & infirma, ac debilia nostri corporis mirabiliter uirtute perpeti, & perpetua confirma. Cæterum, ut extremam manum imponam huic hymno: aggrediar penultimum versiculum, cum cætera facilia sint. § Per te sciamus da patrem: Noscamus at-
14 que filium: Te vtriusque spiritum Credamus omni tempore. § Vbi dico, quod spiritus sanctus dicitur vtriusque, puta patris, & filij; quoniam ab vtroque ineffabiliter procedit. Idcirco in sacris literis nunc patris: nunc filij spi-
Matth.10. ritus nuncupatur: ut apud Matth. Non enim uos estis, qui loquimini, sed
Gal.4. spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis, & apud Apostolum ad Gal. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda vestra clamanmantem; Abba pater. § Gloria patri Domino. Natoque qui a mortuis Surrexit ac paraclyto In sæculorum sæcula. § Amen.

In die Pentecostes ad Matutinum Hymnus Vigesimustertius.

SAncta mater Ecclesia cognoscens totam veteris testamenti legem, esse figuram, & imaginem legis euangelicæ, & omnia in eo contenta in noua lege innuere, hodie nobis illius unam aperit figuram: sic inquiens: § Iam Christus astra ascenderat: Regressus vnde uenerat: Promissum patris munere: Sanctum daturus spiritum; § & reliqua. Vbi inquam, sacra referuntur missionis spiritus sancti mysteria; & sanctæ illius solennitatis sacramenta: quæ dif-
Act.2. fusius in 2. cap. Actuum Apost. referuntur. Hymnus ergo iste, est totus historicus; qui cantatur cum magna lætitia ab Ecclesia tamquam grata de tanto accepto a principibus suis beneficio: In quo obseruari debet, quàm sit fidelis Deus
1 in suis promissis: & quàm nihilominus oportet nos (vt diuinarum promissionum capaces simus) dignè esse præparatos: Apostoli certi erant de promissione Christi; expectabantque illam, & ut magis inuenirentur digni, Deum orabunt, ut quod per Prophetas, & nouissime per filium promiserat, adimpleret: Vnde non mirum, quòd fidelia pectora calore amoris Dei impleantur; impletaque gaudeant, & calcatis terrenis cœlestia prædicent. Nec etiam mirum, quòd (e contra) infideles excæcantur: ut quod Dei est, ebrietati tribuãt;
Psal.48. & illi erant, qui quotidie legebant sacras scripturas; sed quia erant impij; scripturæ sanctæ erant illis in laqueum, & in scandalum: Quod summopere nobis cauendum: ne quanto a Deo maiora recipimus, inde deteriores (vt Iudæi)
2 cadamus. Cæterum: ut hymni expositionem aggrediamur; recordare etiã, quòd a die ascensionis, vsque ad diem Pentecostes nonnulli currunt, & interponuntur dies: Idcirco benè dicimus. Christus iam astra ascenderat; & reuer-
Ioan.16. sus est, vnde uenerat: ipse namque dixerat; Exiui a patre, & ueni in mundũ:
Psal.18. iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. & Dauid ait: A summo cœlo

egressio

legressio eius, & occursus eius vsque ad summum eius, & facit etiam ad hunc locum, quod dicit glos. in c. nunquid de cons. dis. 5. cum inquit; Authoritas illa docet nos facere signum crucis: egressus eius a patre, regressus eius ad patrē: excursus eius usque ad inferos: recursus eius vsque ad sedem Dei. Praeterea aduerte, quod hic legendum est promissum patris: vt particula promissum, referatur ad spiritum, qui promissus est Apostolis, quod eis mitti debebat gratuito Dei patris munere: Cum ipsis dixit filius: Ego ragabo patrem, & alium paracletum dabit uobis: & iterum; Paracletus autem, quem mittet pater in nomine meo. & rursum: Cum uenerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre, &c. Et dum Christus, qui cœlos ascenderat, reuersusque erat, unde uenerat: erat missurus Apostolis spiritum sanctum, quem promiserat: § Solennis urgebat dies: Quo mystico septemplici Orbis uolutus septies Signat beata tempora. § Vrgebat, idest; instabat, imminebat, atque appropinquabat dies, scilicet, pentecostes: qui beata signat tempora legislationis factæ quinquagesimo die post egressum filiorum Israel de Aegypto. Egressus enim filiorum Israel de Aegypto, & esus agni immaculati, fuit decimo quarto die mensis Aprilis: lex uero data est quarta die mensis tertij: quamquam dicat scriptura exodi, quòd data sit tertia die; tamen subdit postea iam enim aduenerat tertia dies, & mane inclaruerat, maneque ascendens Moyses duas tabulas scriptas accepit. Itaque. 16. in mense primo: 30. in secundo mense (secundum lunarem mensem loquor) quatuor in tertio, faciunt quinquaginta, ut bene cōputat Guiliel. lib. 6 de die Pentecostes. Quæ sanè legis datio in monte Sina erat figura, & imago missionis spiritus sancti; & promulgationis legis Euangelicæ hoc die pentecostes inceptę. Signat item ille dies pentecostes beata tempora anni Iubilæi quinquagesimo quoque anno celebrati apud Iudæos, qui iubilæus annus interpretatur remissionis annus, quinimmo, & sabbati, idest, quietis perpetuæ in cœlo per annum illum iubilæum (qui spiritualiter a nobis obseruatur) significatæ, ut in Leuit. De quibus beatis temporibus, ac anno iubilæi sic disserit Angelus Picentinus a Corsiniano. Quò fit, ut anni iubilæi nomine spiritualis gaudij, ac lætitiæ, seu iubili annum intelligere debeamus. Est ergo reuera annus sanctus gaudij, ac iubili annus: cum in cœlo, in terra, & in purgatorio mirum in modum iubiletur. In cœlo quidem, quoniam ingenti perfunduntur gaudio animæ illæ fœlices, quæ a purgatorijs pœnis se uident uindicatas, & iam ad beatorum peruenisse consortium. In terra autem, quoniam magna afficiuntur lætitia peccatores, cum animaduertunt vsque adeo sibi crimina cuncta dimitti; ut etiam a maximis pœnis, quas ob perpetrata scelera pati deberent, prorsus liberi dimittantur. In purgatorio verò iubilatur, quoniam animæ illæ, quæ ad illud vsque tempus sæuissimis torquebantur supplicijs cernunt se illicò ex illis erui. Rursus iubilatur in cœlo, quandoquidem beatorum animæ ea tempestate solito intensius exultant, quod etiam alias complures ad eandem ceruant gloriam subleuari. In terra uerò, quoniam lætantur iusti, cum uideant criminosos homines bonis operibus cœlestem patrē glorificare. Iubilatur in purgatorio, quoniā parentū, cognatorū, amicorumve animæ præter commune charitatis gaudium, cum cernunt filiorū, eorumq; quos vehemēter dilexerant, animas a penis illis in cœlum efferri, gaudio magno afficiuntur. Sanè illo die, qui sacra signat mysteria, septemplici idest, septem vicibus replicato:

C. nunquid. de cons. dis. 5.
Ioan. 4.
Ioan. 15.
Leuit. 23. & 25.
Gulielm.
Exod. 19.
Leuit. 25.
Ang. Pient. de sacro Iubileo lib. 3. cap. 4.

plicato: orbis, idest, hebdomada (septem sunt hebdomadæ à pascha vsque ad pentecostes diem, in quo datur nobis spiritus sanctus.) insinuat, & significat sacra tempora festi pentecostes, ex septenario enim dierum numero, ducto in se ipso: superaddita vnitate, resultabit numerus quinquagesimus: si benè computabis: qui quinquagenarius numerus sacramento missionis spiritus sancti consecratus, & dedicatus est. Et hoc quidem mysterium innuitur in Leuit. Vbi à

Leuit.23. die festo paschæ iubentur numerari septem hebdomadæ plenę vsque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, idest, quinquaginta dies, & hoc dicit spiritus sanctus per Mosen, innuens (vt dixi) per hoc pentecostem Christianorum, quæ semper est in die dominica. Quo circa palam est inter pascha, & pentecostem, orbem, & circulum septem dierum, siue hebdomadam, septies uolui: hoc dicit secundus versiculus: § Dum hora cunctis tertia Repente mundus intonat:

5 Orantibus Apostolis: Deum venisse nunciat. § Hora nimirum tertia diei,

Act. 2. scilicet dominicæ affuit orantibus Apostolis spiritus sanctus, ut legitur in Act.

Dist.1. de cõs. prima nocte. Apostolorum.c.2.& dist in prima nocte, de consecrat. Dicit enim Lucas: hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius. In memoria ergo hic habeamus, præamandi fratres, quod supra diximus, nempe, quod dignè oportet nos esse paratos, si donorum

6 spiritus sancti participes esse volumus. Et ex isto versiculo notare possumus,

Concil. Trid. Sess.24.c.4. C. ordinationem.75. dist. quòd episcopi, qui (vt determinauit etiam concil. Triden. sess. 24. cap. 4.& passim apud sacras scripturas) in Apostolorum locum succedunt: debent consecrari hora tertia, in die dominica, vt c. ordinationem.75. distin. Hinc etiam factum est, vt hymnus; Veni creator spiritus; infra hebdomadam pentecostes semper hora tertia dicatur. Sic orantes dicamus: Mundus, siue sonus, siue creaturum vniuersitas, vel ipse homo, qui mundus dicitur, eo quòd de omnibus creaturis aliquid habet, ut dictum est in hymno primo lib. primo subito intonat, & nunciat Deum, idest, spiritum sanctum venisse orantibus Apostolis, & simul in vnũ locum congregatis, & expectantibus promissionem Domini sui Christi, cum ipsi de huiusmodi promissione eis ante eius ad cœlos ascensionem locutus fuis-

Ioan.14. set, dicens: ego vado, & venio ad vos, & mittam vobis paraclitum, idest, consolatorem, qui docebit vos omnem veritatem: diuersa enim genera linguarum loquebantur, & prædicabant magnalia Dei. Et quoniam misit pater spiritum: ergo; § De patris ergo lumine, Decorus ignis almus est. Qui fida Christi

7 pectora Calore uerbi compleat. § Aduerte hic, quòd lumen patris est filius Dei: Vnde dicitur in symbolo Apostolorum lumen de lumine: Christus enim est coæternus patri, sicut lumen ipsi soli, & procedit à patre æternaliter, sicut lumen à sole: qa sicut sol nunquã fuit sine lumine, nec e conuerso; ita nunquam pater fuit sine filio, nec e conuerso, & sicut lumen procedens à sole illuminat, & viuificat

Ioan. 1. omnia: ita filius procedens à patre illuminat, & viuificat omnia, & maximè om-

8 nem hominem venientem in hunc mundum. Præterea considera sic secundum versum, & dic, quòd per decorum ignem almum, id est sanctum, spiritus sanctus intelligitur, quod est de patris lumine: dicitur autem spiritus sanctus decorus, quia nos in die pentecostes decorauit, insigniuitque corda nostra amore, & dilectione erga Deum, & proximum: decoros autem nos fecit, quia post peccatum. Adæ spiritus, qui aufugerat, iterum datus est nobis; quia iam mens nostra rebellis facta Deo, iterumq; facta est ipsi obediens, & cor nostrum gratia spo-

liatum,

liatum, & tristitia repletum, donis gratuitis priuatum: restitutum est gratiæ diuinæ, repletum est consolatione: & quia ex aridis, & frigidis facti sumus calidi; & propterea spiritus sanctus apparuit in igne: de ignaris, stolidis, & insipientib. apparens in linguis facit nos doctos, & suis donis sapientes; & sic recreauit omnia, fugans à nobis tenebras, amorem in nobis infundens, nos roborans, & firmans: hostem à nobis repellens, pacemque nobis donans. Demum per verbum hic filium Dei pari modo intelligas, per quod verbum facta sunt omnia: Vnde: Verbo Domini celi firmati sunt. Decorus ergo, & pulcher ignis, idest Psal. 32
spiritus sanctus est almus de lumine patris, hoc est, descendes à patre luminum, Iacob. 1.
vel, vt prædictum est, à filio, qui est lumen de lumine, qui spiritus ardore, & calore verbi, idest filij Dei, complet, perficit, & accendit Apostolorum, ac cæterorum hominum pectora, & corda, vt habeant scientiam loquendi, ut subdit vates dicens: § Impleta gaudent viscera: Afflata sancto spiritu: Voces diuersas intonant, Fantur Dei magnalia. Magnalia hic significant mirabilia opera, siue my 9
steria magna, quæ arduum, & sublime quiddam præseferunt, ut sacramentum ascensionis, & consimilia. Vel altitudinem indicant diuini consilij super salutem generis humani. Viscera ergo Apostolorum impleta, & repleta, imbuta, atque referta, & sacrata gratia spiritus sancti gaudent. Fecit enim eos alloquentes, & etim ardentes in amore, & afflata, inspirata, & illuminata, siue inflammata loquuntur idiomata omnium linguarum, prædicantque mirabilia, christique nomen. Et Apostoli sic loquentes, diuersas intonantes illi voces. Nam inquit Lucas: Act. 2.
Act. apost. Et cęperunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. § Ex omni gente cogniti Grecis, Latinis, barbaris: Cunctisq; admirantibus, Linguis loquuntur omnium. §

Sane ex omnibus gentibus cogniti sunt Apostoli vt pote à Græcis, à Latinis, 10
& à barbaris. Nam vnusquisque istorum lingua sua audiebat illos loquentes: cunctisque admirantibus Apostoli, inquam, loquuntur omnibus linguis: & hoc fuit factum à Deo non sine maximo mysterio. Etenim cum sanctissimi Apo Matt. 28.
stoli prædicaturi essent omni creaturæ legem Euangelicam, & nouam, ex mandato Dei dicentis: euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni Mar. 16.
creaturę & docete omnes gentes: necessariò oportebat illos omnia linguarum genera scire, & linguis omnium gentium loqui: quæ quidem linguæ secundum 11
quosdam. 72. sunt. & inter omnes linguas tres dicuntur excellentissimæ, scilicet Auth. de nō
hebraica, græca, & latina; earum clarior, & sonantior dicitur græca: Cuius va- alien. aut per
rietas discernitur in quinque partibus; quarum prima dicitur mixta, siue com- mut. eb.
munis, qua omnes Grçci vtuntur, secunda Athenienfis, qua vsi sunt authores Eccl. §. aliena
Græci: Tertia Dornica; quam habent Aegyptij, & Syrij. Quarta Ionica. Quin- tionis.
ta Aeolica. Latinę verò linguæ scilicet prisca, & condita, quam sub Iano, & Saturuo vetustissimi Italici habuerunt: & latina, qua Italici vtuntur, & vsi sunt à Latino, & alijs regibus Latij, ex qua lex duodecim tabularum scripta fuit. Et Romana, qua post exactos reges populus Romanus vsus est. Et mixta, quæ post imperium latius promotum simul cum moribus, & hominibus vrbem arripuit per solecismos, & barbarismos integritatem verbi corrumpens. Cum autem Apostoli ita loquebantur, omnes admirabantur sic loquentes, credentes vinum in eis esse: sed. § Iudæa tunc incredula: Vesana toruo spiritu: Ructare musti crapulam Alumnos Christi concrepat. Ructare est ex interiori 12

O ple-

plenitudine ructum ore subinde emittere. Præterea crapulam hic legendum est, non crapula. Porro alumnos hic Apostolos appellamus, & discipulos Christi, qui eius salutari doctrina, & miraculorum contuitu mirificè enutriti, ac educati sunt. Itaque Iudæa, idest, plebs Iudæorum, quæ nunquam direxit cor suum, nec ei correctum fuit, vt constanti animo Deo crederet, & diuinis promissionibus fidem adhiberet: sed incredula, & infidelis, & insana superbo spiritu, & inflato concrepat, & affirmat discipulos Christi ructare musti, crapulam: & existimabant inquam, Iudæi, quod præ nimio potu musti, & per ebrietatem Apostoli taliter loquerentur: ¶ Sed signis, & virtutibus Occurrit, &

Psal.77.

13 docet Petrus; Falsa profari perfidos: Ioele teste comprobans. ¶ Sciendum est hic nobis, quod Petrus Iudæorum improbitatē confutauit, signisq;, hoc est, miraculis, virtutibus, quibus super oēs alios Apostolos ornatus erat: occurrit, repellit, ac reijcit, siue resistit. qui ebrietati imputauerunt, & ascripserunt illam in Apostolis linguarum diuersitatem, & simul ex Ioelis prophetæ uaticinio ostendit, completam tunc esse sancti spiritus effusionem in homines, quam multo ante tempore idem Propheta pronunciauerat, atque ex huiusmodi spiritus sancti dono declarauit illam linguarum varietatem prouenisse. Quæ omnia in sermone beati Petri ad Iudæos habito, dilucida sunt, & perspicua. Cæterum

Ioel.2.

Act.2.

14 per Petrum hic intellige principem Apostolorum: Hanc namque nomenclaturam à Deo accepit, quando ipse Dominus interrogauit discipulos dicens: vos autem, quem me esse dicitis? & Petrus ex persona omnium Apostolorum profitetur dicens. Tu es Christus filius Dei viui. Tunc Iesus: & ego tibi dico, quia tu es Petrus, &c. & dicitur Petrus Cephas, idest, caput, & principatum Apostolatus tenere, vt etiam dis. 19. ita dominus, & dis. 22. sacrosancta. ¶ Gloria patri Domino, ¶ &c.

Matt.16.

Ioan.16.

dis.19. & dis. in. 22 cap. sacrosancta.

In Die Pentecostes ad Laudes Hymnus Vigesimus Quartus.

VEre vigil, & solers est sancta, & vniuersalis mater Ecclesia, à qua sicut Christus nunquam separatus est, nec vnquam separabitur: Ita nec illa nūquam obliuiscitur, nec obliuiscetur sui sponsi Christi, ac missionem, quam ipse è cœlis misit, spiritus sancti videlicet: Vnde quotannis in memoriam tanti beneficij celebrat huiusmodi missionem sanctam; cantando hunc in modum; ¶ Beata nobis gaudia Anni reduxit orbita: Cum spiritus paraclitus Effulsit in discipulos, ¶ & quæ sequuntur. Vbi exultat sancta Ecclesia & dum beneficia diuina, patribus collata rememorat, Iudęorumque ingratitudinem exprobrat, & sacra reserat huius tēporis mysteria: ipsam semet excitat, vt nunc operetur sic nobis cum Deus ex sua pietate, sicut tunc cum patribus nostris operatus est, videlicet: vt per spiritum sanctum dimittat crimina, & donet quieta tempora. Commemorantur insuper in hoc hymno mysteria diei pentecostes ob sancti spiritus missionem in forma ignis, & linguarum: & Apostolorum in varijs linguis prædicationem celebratissimę: hoc dicit vsque ad versiculum: ¶ Te nunc ¶ exclusiue. Deinde ibi Deum orare auspicamur, ut nobis (quemadmodum
1 prædiximus) sacratissima sui spiritus dona benigniter infundat. Quare orbitam

tam vocant authores viam rotis curruum, vel vehiculorum reuolutis signatam, atque protritam: quæ longo tractu in rectum porrigitur, & æquo inter se spatio, vna ab altera semper dispescitur, ac separatur: Hic tamen per quandam translationem pro curriculo, & reuolutione temporis, & anni: quod ea continuè cœli rotatu, perpetua vertigine, ac circumgyratione peragatur, atque vertatur. Præterea quanquam per discipulos hic Apostolos haud dubie intelligere debeamus, possumus etiam, & omnes Christi discipulos accipere: illos præsertim, quos sanctus Lucas enumerat, qui sunt. 72. conficientes corpus Christi mysticū. 2
Nam sicut Christus in corpore suo habuit. 72. coniuncturas, quibus totū eius corpus substabat: sic voluit olim creare corpus suum mysticum, hoc est, & sanctā Ecclesiam, ex septuaginta duobus discipulis, qui figurant ipsum Christi corpus: quanquam solum Apostoli maiores aptè dici possint esse corpus mysticū Christi ob duodecim maiores coniuncturas, in corpore Christi existentes: Itaque nomine discipulorum, non tantum primos Apostolos, verum & secundò missos in quos spiritus paraclitus effulsit, & resplenduit intelligere possumus. Quid autem operetur spiritus paraclitus in discipulos effusus pergit sancta Ecclesia dicens. § Ignis vibrante lumine Linguę figuram detulit: Verbis vt essent proflui, Et charitate feruidi. § Hoc loco ignis spiritum sanctum dicit, & sic dicitur ignis ipse detulisse figuram linguæ: quoniam in hac spiritus sancti missione apparuerunt discipulis (scribit Lucas) dispartitę linguæ tanquam ignis, seditque supra singulos eorum. Et hic linguarum figura: donum linguarum Apostolis datum denotat. Ignis verò feruorem charitatis ingentem in eorum cordibus incensum: fecit enim eos ardentes in dilectione Dei, & proximi: de hoc vide aliquid supra eodem hym. versu: § De patris ergo lumine. § Spiritus sanctus ergo vibrante feruente lumine suo, & splendore detulit, attulitque, deditque donum linguarum Apostolis, & discipulis: vt facundi, & loquentes, varijs essent linguis, vtque charitate, & ardentes, & inflammati essent, Et sic Apostoli. § Linguis loquuntur omnium: Turbæ pauent gentilium: Musto madere deputant; Quos spiritus repleuerat. § Mustum enim est vinum nouum, nec dum satis digestum, atque excoctum: & ideo facile inducens ebrietatem, ob vaporulentiā, si immoderatius sumatur. Itaque nonnulli (vt sacra actuum Apostolorum narrat historia) audientes Apostolos varijs linguis loquentes diuina mysteria, dixerunt, eos vino obrutos esse, ac ebrios. Turbæ ergo gentilium pauent ex reuerentia: Iudęi ex malignitate deputant musto madere, idest abundare vino eos, quos spiritus sanctus repleuerat. Et bene dico, quod gentiles ex reuerentia pauent: nam legitur act. Apost. quòd postquam Apostoli prædicauerunt, & annunciauerunt publice, & cum fiducia verbum Dei populo Iudaico: probando, & confitendo Christum esse verum Mesiam in lege promissum, & licet multi Iudęorum fuissent conuersi ad Christum per prædicationem Apostolorum; maior tamen pars illius populi contradixit prædicationi Apostolorum; & negauit Christum, & persecuta est ecclesiam: (Hinc est, quòd Eusebius vocat Iudęos, & synagogam, viperam: quam & Apostoli, & Christus postquam suo semine inpraegnauit, totamque euangelicæ prædicationis sementem in eam infudit; illa sicut vipera, sicut venenosa, & impia, contra eum assurgens, eum interfecit; de cuius impio vtero filij eius erumpentes, eam occidunt, quoniam Iudæi ad fidem venientes eam excommunicant, & damnant. Synagoga ergo suum ma-

Marginalia: Luc. 10 — Act. 2. — 3 — 4 — Act. 2. — Act. 11. — 5 Euseb. in homil. festi S. Stephani.

Act.13. seculum, hoc est suum Christum ipsa occidit. Vnde & in superiori hymno aptè appellata plebs incredula, vesana, & toruo spiritu ista gens Iudaica) sed cum Paulus & Barnabas vidissent ingratitudinem illius populi, dixerunt; Vobis oportebat, primum loqui verbum Dei: sed quoniam repulistis illud: & indignos vos iudicastis æternæ vitæ: Ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis
Isai.42. Dominus: Constitui te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ: Audientes autem gentiles gauisi sunt: ex quibus patet qualiter reprobatis Iudæis cæperunt gentiles conuerti vt patet act. Apost. & per totum discur-
Act.13. sum illius libri. Quando autem hæc facta sint, nempe, quòd Apostoli charitate effecti sint feruidi; & quòd linguis omnium loquantur, & illos spiritus repleuerat, ait; Patrata sunt hæc mysticè Paschæ peractò tempore: Sacro dierum numero. Quo lege fit remisio. Dictum est supra, quòd post egressum de Aegypto exacto tempore. 49. dierum filij Israel in quinquagesimo die iuxta montem Sinai cum fulgore, & tonittro legem acceperunt. Proinde inquit vates, quòd hæc sacra missionis spiritus sancti mysteria patrata sunt, nempe postquam paschale tempus transactum est, denaria dierum reuolutione quinquies facta, die scilicet, quinquagesimo post diem Paschæ, secundum quem quidem nu
Leuit. 25. merum quinquagesimum (vt dictum est) in antiqua lege fiebat debitorum, seruitiorum, contractuumque remisio, & vindicabantur omnia in libertatem ob annum iubileum, quinquagesimo semper anno ex diuina institutione iussum
Leuit. 25. obseruari. Etenim filii Israel emebant seruos, & ancillas, & agros, & posside-
6 bant. 49. annis, & quinquagesimo anno omnes liberabantur: inde dicitur annus Iubilæus, idest, remissionis. Ita quoque in hoc sacro quinquagenario dierum numero in quo missus est spiritus sanctus, obtinetur peccatorum remisio, & pristina spiritus libertas, atque reditus in possessionem antiquam cœlestis paradisi, ac regni æterni: Quinimmo conceditur nobis & in supernam patriam regressus ab ea exulantibus. Modo ecclesia vertit se ad Deum, sic orans eum: { Te nunc Deus pijssime Vultu precamur cernuo: Illapsa nobis cœlitus Largire dona spiritus. O Deus (& iste sit sensus) spiritus sancti dona, Apostolis iam illapsa, atque infusa in die pentecostes; nobis quoque dilargire; etenim si dona sancti spiritus forent nobis illapsa, non vtique expetendum esset; vt Deus illa elargiretur: quandoquidem iam adessent. Vel, & fortè melius, dicamus, quòd qui iustus est, adhuc iustificetur semper, dum viuit; ex donis spiritus san-
Apoc. 22. cti augetur iustitia: iuxta illud. Credo adiuua incredulitatem meam: & dona
Mar. 9. spiritus enumerantur per Isai. Porrò in vltimo versiculo aduerte dictio dudũ,
Isai. 11. quamquam apud probatos authores tempus præteritum non multum distans à præsenti significet; hic tamen accipitur pro quondam, uel olim, id siquidem nobis signat tempus, quo spiritus sanctus in sacra Apostolorum pectora, idest corda, missus est. Quod sanè magno interuallo à præsenti nobis tempore distat. { Gloria: } &c.

In festo

In festo sanctißimi Corporis Christi ad Vesperas Hymnus Vigesimus Quintus.

SAncta mater ecclesia omnia quidem à longe prospiciens, & intra se cogitans, Daniel. 3.
considerauit, ꝙ si tres pueri à camino ignis liberati in laudem Dei quoddã canticum cecinere, scilicet, benedicite omnia opera Domini: & Zaccharias aliud canticum similiter, & iustus Simeon canticum, & hymnum non parua iucunditate cecinit; ob hoc, quòd verùm redemptorem Iesum in vlnis suis tenuit: & hæc pari modo supradicta suscipit, & cantat, & canere præcipit: Quanto magis istud sacramentum sacramentorum, quantum verbis possumus, exprimere debemus canendo, & iubilando, per quod non modo tres pueri, immo infiniti homines ab inferni igne liberantur, per quod etiam non solum vlnis, ac brachijs illum eumdem Iesum recipimus; sed in pectoribus, tamquam in tabernaculo suo nobiscum cęnat, & congaudet, recitare? Vnde beatus quoque Clemens quintus & ipse scriptum reliquit: si Dominum, inquit, in sanctis eius laudare iubemur, dignum profectò, iustum, & salutare nobis existit, vt sibi in sui, qua nos quotidiè spiritualiter reficit, memoriam corporis, laudes festiuæ uenerationis, & gratias referamus. Quo circa ecclesia militans propter tantum sacramentum saluberrimum, omnibus publicè, & lætanter verbis in cęlum eleuatis: non parua harmonia cantat, & præcipit, hunc canere præsentem hymnum, scilicet; § Pange lingua gloriosi Corporis mysterium; Sanguinisq; pretiosi: Quẽ in mundi pretium: fructus ventris generosi Rex effudit gentiũm: § &c.

Luc. 1. Luc. 2.

In Clem. 1. de reliq. & ven. sanct.

Vbi primo inuitamur omnes nos fideles ad solennizandum hoc tantum sacramentum. Secundò describitur prima institutio sacratissimi mysterij sanctæ eucharistiæ à Christo factæ, cum dicitur: § In supremæ noctę cęnę. § Tertiò fit pia exhortatio nobis ad honorandum hoc dignissimum sacramentum, cũ pergit: § Tantum ergo sacramentum. § Aduertamus modo, quænam sit differentia inter mysterium, sacrificium, & sacramentum: etenim mysterium dicitur sacrum secretum, vel sacrum absconditum: & sumpta est ratio ex sua deriuatione; quia dicitur mystis, uel mysticè grçcè: Vnde hic bene dicitur esse mysterium; quia sub diuersis speciebus signis tantum, & non rebus latent res eximiæ, corpus videlicet, Christi, & sanguis: quod dicitur gloriosum: quoniam gloria, & honore coronatum, & clarificatum sedet nunc ad dexteram Dei patris omnipotentis in cœlis: & quia ex purissimis sanguinibus, (ait Dionysius) sanctissimæ virginis sumptum, & supernaturaliter, ac instantaneè ab omnipotentia spiritus sancti formatum est: quod & secretissimè, ac incomprehensibilissimè, tamen verissimè sub speciebus sacramentalibus continetur. Sacrificium verò generaliter (quamquam nõ propriè) est victima, & quęcunq; in ara cremanẽ, & ponuntur: sumiturque pro oblationibus quas antiquitus faciebant, scilicet vitulorum, & hircorum; quibus non delectatur hodiè Deus: Vnde ait; Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? sacrificio ergo spiritus contribulati; & cordis contriti, ac humiliati delectatur: tunc enim imponimus super altare suum vitulos. Sacramentum denique

Angelicus, & diuinus author eius est beatus Thomas Aquinas.

1 19. 1. Mn'ti.

Psal. 8. Psal. 109. Mar. 16. Act. 7

Psal. 49

Psal. 50.

idem est, quod sacrę rei signum quantum ad etymologiam vocabuli, vel sacramentum est rem secretam continens. Porrò Christus dicitur rex gentium: eas
2 mentum est rem secretam continens. Porrò Christus dicitur rex gentium: eas
Psal.2. enim ad veritatis agnitionem per Apostolorum prædicationem adduxit, illasq;
Psal.46. rectißimis suorum præceptorum institutis, euangelicæque legis doctrina moderatißimè reduxit: Hinc est, quòd sæpe illi nuncupationem hanc attribuit: ut
Psal.2. in Psal. pater ad filium; Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem
Psal.45.
Hierem.10. tuam terminos terræ: Reges eos in virga ferrea: Item alio loco; Regnabit Deus
3 super gentes: Vltimò Hierem. quis non timebit te o rex gentium? Vltimò nota, quòd rex iste sanctus sanguinem in mundi pretium, hoc est, pro redemptione hominum de hoc mundo, effudit, & fudit, ac sparsit: Empti enim, in-
1.Cor.6. quit Paulus: estis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore vestro. Sex autem vicibus Christus Dominus noster, ut aliàs prænotauimus, se-
Alb.mag. cundum Albertum Magnum. Luc.22.c.2. sanguinem suum fudit: quinquies viuus, & semel mortuus; scilicet, in circumcisione; in oratione; in coronatione; in flagellatione; in crucifixione, & in lanceatione. Per primum docemur pecca-
Nota. ta abijcere: per secundum mentis angustiam pro salute nostra tenere. Per tertiũ animam nostram virtutibus ornare. Per quartum carnem nostram domare: Per quintum membra nostra mandatis Dei ligare: Per sextum vulneratum cor Dei amore habere. Sic demum cum nostra sancta matre Ecclesia piè dicamus.
Esai 58. O lingua ecclesiæ militaris, & Christianæ cane, & tamquam tuba exalta vocem tuam; laudando diuinum istud mysterium, ac absconditum: ex eo enim aliud cernitur, & aliud creditur, & intelligitur, nempe mysterium gloriosi corporis Iesu Christi, iam quidem gloriosi, & immortalis, & impaßibilis: et pange my-
Ioan.19. sterium sanguinis, quem rex gentilium (Iudæi enim abdicauerunt, & negauerunt esse regem: dicentes, non habemus regem, nisi Cæsarem, sed Pilatus gentilis in persona omnium gentium cognouit esse regem Iudæorum, dicens: Regem vestrum crucifigam?) effudit, ac sparsit pro peccatoribus, & pro peccato primi parentis in satisfactionem hominum mundanorum: qui, inquam, rex est fructus uentris generosi, idest, filius intemeratę uirginis: Vnde sancta Elisabeth
Luc.1. cecinit; ò Maria benedictus sit fructus uentris tui, Iesus videlicet. Protulit nã-
4 que nobis beata uirgo Maria fructum, qui fuit seminatus in conceptione, germinauit in natiuitate, collectus in pannorum inuolutione: ad domum allatus in purificatione; comedit in quotidiana Eucharistiæ susceptione, & in cœlesti fruitione. Natus est enim iste magnus dux, & rex ex Maria uirgine, ut subditur
Origen. in homil. uig. nat. Domini. hic; { Nobis natus, nobis datus Ex intacta Virgine: Et in mundo conuersatus Sparso verbi semine: Sui moras incolatus Miro clausit ordine. } Et post-
5 quam natus est ex intacta virgine (sicut enim, inquit Origenes, quondam rubus
Origen. in homil. v. g. nat. Domini. comburi videbatur, & ignis eum nõ tangebat; & sicut tres pueri in camino inclusi habebantur, & tamen eos non lædebat incendium, nec odor fumi erat in eis: Vel quemadmodum fuit in Daniele, cui intra lacum leonum incluso, claustris
Exod.3. Dan.3. non apertis, allatum est prandium ab Abacuch. Ita hæc sancta virgo genuit
Dan.3. & 15. Dominum: sed intacta remansit:) conuersatus est etiam in mundo, ut adim-
Baruch.3. pleretur, quod dictum est de eo in libro Baruch: Vbi dicitur; Post hæc in ter-
6 ris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Sed cur datus est nobis? Respon. quòd pater nobis vnigenitum suum dedit in redemptionẽ, & in caput, ac sponsum Ecclesiæ, in legislatorem, & principem, iuxta id, quod fatur Ioan.

Sic

Sic Deus dilexit mundum ; vt filium suum vnigenitum daret: ut omnis qui cre Ioan.3.
dit in ipsum, non pereat: sed habeat uitam æternam bene ergo dicit sancta ma
ter ecclesia. ⁑ Nobis datus: ⁑ Dari siquidem cuiquam id intelligitur, quod ita da
tur, ut iuxta quod scriptum est apud Imper. eius fructus accipientis fiat. Ad 7
hæc semen verbi hic dicitur prædicatio legis euangelicæ, quam Christus, cum
in mundo diuersaretur, in Hierusalem maximè, & per totam Iudęam ante passio
nem suam fecit. Illã enim, ut semen quoddam spirituale sparsit in animos huma-
nos, tamquam agros intellectuales ad proferendum fructum iustitiæ, & bonorũ
operum, & fructum saluationis per veram obseruantiam, & custodiam illius ver
bi. Beati enim qui audiunt, & custodiunt verbum illud: Christus siquidem semi Ioan.11.
nator est ille; qui exijt seminare semen suum: Cuius vna pars secus uiam cecidit:
alia supra petram, alia inter spinas: & demum alia in terram bonam. Nam ipse Luc.8.
dignatus est exponere parabolam illam, dicens: semẽ est verbum Dei. Vltimò 8
incolatus hic habitationem, & mansionem significat: Vnde Propheta Hierem. Hierem.
quia incolatus meus prolongatus est. Vel dicas moras, idest tarditates, & dila Psal. 119.
tiones sui incolatus, sui quasi exilij a sua patria, unde exiuit; & peregrinationes
per triginta annos conclusit, compleuit, ac perfecit miro, & nouo ordine: quan-
doquidem Christus tempus suæ in mundo conuersationis finiuit, ac terminauit
mirabili ordine rerum arduarum, atq; prouidentia: institutione nempe, noui sa
cramenti, nouiq; testamenti, & passione mortis pro totius mundi redemptione.

Iste itaq; Christus voluit prius ministrare, quam ministrari. Voluit prius fa- Mar.10.
cere, quàm docere: Deinde operari, & voluit miracula facere; vt ostenderet se es-
se verum Deum: Voluit pati, ut nos patiamur propter ipsum; utpote voluit om
nes derisiones prius pati; vt nos quascunq; illatas contumelias sine murmura-
tione pateremur. Voluit nobis mori, ut nos propter ipsum parati simus mori:
summatim antequam immanissimam mortem susceperit, disposuit medicamen suf
ficientissimum ad surgendum ab infirmitate ad sanitatem; & a morte peccati ad
uitam animæ, ut non oporteret iterum crucifigi ad hoc, ut a peccato liberentur
homines rursum. Quibus sic ab eo dispositis piè, & misericorditer ordinatis fi-
niuit, miroq; ordine eius clausit peregrinationem ad patrem (datus nobis enim
fuit a patre.) Vnde exiit iterum reuertendo: quo cum quidem semper est idem Ioan.3.
quantum ad diuinitatem. Itaque tunc instituit hoc sanctissimum sacramentũ,
quando: ⁑ In supremæ nocte cęnæ Recumbens cum fratribus: Obseruata le-
ge plenè Cibis in legalibus: Cibum turbæ duodenæ Se dat suis manibus. ⁑

In supremæ nocte cęnæ &c. Ex istis uerbis colligere possumus sanctissimum 9
Eucharistiæ sacramentum fuisse institutum in extrema Domini nostri Iesu Concil. Trid.
Christi cęna: quod etiam concil. Trident. tenet, & vocat cœnam Christi vl- Sess.13.c.1.
timam, & postremam, eo quia nulla alia eius cœna subsecuta erat, facta quip-
pe fuit in ultimo, ac extremo eius vitæ tempore. Aduerteudum tamen no- 10
bis est, quòd secundum Albertum magnum Lucæ 14. Christus Dominus no Alb. mag.
ster quatuor cœnas facit, scilicet cœnam in refectione doctrinæ, cœnam in
refectione uirtutis, & gratiæ, cœnam in refectione Eucharistiæ, & cœnam,
in refectione gloriæ. Refectionem doctrinæ facit Christus in contemplatio-
nis intellectu, Refectionem virtutis, & gratiæ facit in voluntatis affectu.
Refectionem Eucharistiæ in corde, aliàs cordis deuotione, & fidei gustu. Re-
fectionem gloriæ facit in patria, in suæ dulcedinis aspectu; de prima dicitur

Apoc.3. Apoc. Ecce ego sto ad ostium, & pulso, si quis aperuerit mihi, introibo, & cœnabo cum eo, & ipse mecum: Pulsat enim verbum Dei, & sapientia patris per ueritatem ad intellectum, ut aperiatur ei per fidei consensum. De
Iudith.6. secunda cœna, scilicet uirtutis, & bonitatis in charitate dicitur Iudith.6. Ozias completo consilio suscepit Achior in domum suam, & fecit cœnam magnam. Ozias fortitudo Dei interpretatur, & significat Christum Dei virtutem, siue fortitudinem. Tertia cœna, scilicet in gratiæ ubertate facta; ex qua Eucharistiæ nomen accepit, quæ bona gratia interpretatur, est cœna paschæ, quam Christus habuit cum discipulis suis: & de ista sacra cœna hic nos sermonem habemus. Quarta cœna, scilicet in gloria, & in omni beati-
3.Esdræ 3. tudinis perfectione; est cœna de qua dicitur 3. Esdræ.3. Rex Darius fecit cœnam magnam omnibus uernaculis, & omnibus magistratibus Mediæ, & Persidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus, & consulibus, & præfectis sub illo. Rex iste significat eum, qui in vestimento, & femore habet scri-
Apoc.19. ptum. Rex regum, & Dominus dominantium. Quare hæc cœna, in qua Christus discipulis suis se dat suis manibus perficitur sacramento, in quo incorporatio fit Christi, alias Christo, ad salutarem omnium bonorum communionem per sumptionem sui corporis, per sumptionem sui sanguinis. Perfecta fit reconciliatio ad Deum patrem per pretium redemptionis suæ sanctissimæ animæ. Viuificatio ad restaurationem omnis deperditionis spiritualis vitæ, ex influxu sui sanctissimi spiritus: & grati perfecta gratificatione reddimur Deo ex gratitudine suæ diuinitatis: & ex uase omnis gratię (quod hoc sacramentum Euchristiæ est) gratiam pro gratia accipimus, ut Christo semper conformemur, & uniamur, & hæc est, inquam illa cæna, de qua prophe-
Isai.25. tauit Isaias, cum ait. In die illa faciet Dominus omnibus populis, in monte hoc conuiuium pinguium, & conuiuium uindemiæ, conuiuium medullato-
11 rum pinguium, & uindemiæ defęcatæ. Hic præterea nota in secundo uersu, quòd Christus discipulos suos vocat fratres: quod etiam facit, ut eo no-
Psal.21. mine sinceri amoris eos appellauit in psalm. cum dicit ad patrem. Narrabo nomen tuum fratribus meis: & in medio ecclesiæ laudabo te: & in Euangel.
Matth.28. Matth. ad sanctas mulieres ait. Ite renunciate fratribus meis, ut eant in Ga-
Ioan.20. lilæam. & Ioan. ad Magdalenam. Vade autem ad fratres meos, & dic eis.
12 Consideremus tamen etiam hoc loco, quid dicat de fratribus Eusebius:
Euseb. in homil. fer. 3. in Dominica in oaca. cum inquit: sciendum quidem est, quòd in sacro eloquio fratres tribus modis dici solent, natura, gente, & cognatione. Natura, sicut Iacob, & Esau. Gente, sicut omnes Iudæi, de quacunque tribu fuissent, fratres appella-
Leuit.25. bantur: Vnde dicitur in lege: si attenuatus frater tuus Hebręus vendide-
Genes.13. rit se tibi. Cognatione, sicut Abraam, & Loth fratres dicti sunt: cum Abraam patruus fuerit Loth. Scriptum est enim: dixit Abraam Loth. Ne quæso sit iurgium inter me, & te, & pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. Quartus quoque modus addi potest religionis, secundum quã omnes christiani fratres dicimur, qui vnum Deum patrem nos habere gaudemus. Illo ergo tertio modo, quo iuxta cognationem fratres uocari diximus, & hic, & vbique fratres Domini legimus, hoc vocabulum recipere debemus.
13 Albertus magnus Ioan.21. ait, quod Apostoli vocantur fratres Christi, quia
Alb.mag. iam eis beatitudinis demonstrat hæreditatem, & quia eos suo spiritu adoptauit

in

in hęreditatem; Rom. Misit Deus spiritum filii sui in corda, &c. Insuper Christus hic dicitur plenè legem ueterem, & Mosaicam obseruasse in cibis legalibus, idest in esu agni paschalis, cum azymo pane, & lactucis agrestibus: & secundum illum ritum, qui in Exod. obseruandus præscribitur; Christus siquidem non venit soluere legem: sed adimplere, & antiquę legis finem uoluit ipsius nouæ exordio præmittere; vt illi hęc suadere debere insinuaret. Rom. 8. Exod 12. Matt. 5.

Demum quamobrem uoluit Christus dare se turbæ duodenæ, hoc est duodecim Apostolis suis, ac suis discipulis, respondet Conc. Trident. inquiens: Sumi autem voluit Christus hoc sacramentum, tamquam spiritualem animarum cibum: pignus præterea id esse uoluit futuræ nostrę glorię, & perpetuæ fœlicitatis. Ad hæc hoc etiam loco turba accipitur, ut uidemus hic, in bonam partem, nempe, pro numero duodecim sanctissimorum Apostolorum. Concil. Trid. Sess. 13. cap. 2. 15

16

Hæc autem beata turba est illa, ad quam dixit aliquando Dominus noster; Vos estis sol terræ: Vos estis lux mundi: Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis. Isti sunt illi duodecim, quorum affluentia omnis terra sanatur: Venit, inquit, Moyses, & populus in Elim: ubi erant duodecim fontes aquarum. Isti sunt duodecim horę Diei, & duodecim portę cœlestis Hierusalem, de quibus dicitur, ab oriente portæ tres, ab occidente portę tres, a meridie portę tres, ab Aquilone portę tres, Isti sunt lapides uiui, qui uoluuntur super terram: qui politi in rationalii summi Pontificis, etiam sine voce docent, & prædicant: prædicant enim non clamando, sed significando: Hos semper in pectore habere debemus, quibus corda nostra, & instruantur, & muniantur. Ad hos totus populus respiciat, quid significent, diligenter inquirat. Isti sunt fundamenta, & turres, & columnæ Ecclesiæ. Isti cedri Libani. Isti galli in nocte cantantes, & leones sæuientes, qui succinctis renibus, & fortissimi bestiarum ad nullius timebunt occursum. Sed quid dicam? isti sunt cœli, qui enarrant gloriam Dei. Matth. 5. Ioan. 11. Exod. 15. Apoc. 21. Exod. 28. Psal. 86. C. fundamenta de elect. in 6.

Aliàs autem turbam vitiorum, & malignorum spirituum exercitum intelligere possumus, qui nos ad Deum clamantes, & misericordiam postulantes, semper impedire conatur, ut cum dicitur; turba increpabat cęcum, clamantem; Iesu fili Dauid miserere mei; ut taceret. Pari modo cum dicitur Zachęus quęrebat uidere Iesum; sed prę turba non poterat, id est, præ multitudine peccatorum, & propter uitia, quibus qui circumdatus fuerit, Christum uidere nequit. 17 Psal. 91. Psal. 103. Mar. 16. Prouer. 30. Psal. 18. Luc. 18. Luc. 19.

In ultimo demum considera tu anima fidelis in secundis uersibus, quàm copiosa erga nos fuerit Christi munificentia; qui volens adhuc ipse nobis suam exuberantem charitatem pręcipua liberalitate monstrare, semetipsum nobis exhibnit: & transcendens omnem plenitudinem largitatis, omnem modum dilectionis excedens, attribuit se in cibum, & se rationabili creaturę, carni, & corpori, homini videlicet, in edulium largitus est. Sed dico quod accepit Christus in sanctas, ac uenerabiles manus suas panem, & efficacissimi uerbi sui prolatione effecit panem uerum, quod subdit vates cũ ait; { Verbũ caro panem verũ Verbo carnem efficit: Fitq; sanguis Christi meum: Et si sensus defecit. Ad firmandũ cor sincerum Sola fides sufficit. } 18 Clem. 1. de reliq. & uener. sanct.

Præmitte hic, quòd caro in sanctis scripturis uaria significatione ponitur. Aliquando enim caro pro ipsius naturæ substantia ponitur, ut Genes. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Nonnunquam carnis appellatione, synecdochicos totus homo signatur, hoc 19 Genes. 2.

de

Ioan. 1. de Christo per Ioan. dicitur: & verbum caro factum est, quod est apertè dicere,
1. Cor. 15. Deus homo factus est. Caro etiam, & sanguis pro corruptione poni solent,
Apostolo dicente. Caro, & sanguis regnum Dei non possidebunt. Plerunque etiam carnis, & sanguinis nomine carnalis, & spiritualis intellectus subtilitate grossescens doctrina accipitur. Istis itaque sic suppositis, patet, quod caro hoc in loco posita accipitur pro Deo facto homine. Quia vero isti versus primo obtutu, ac intuitu subobscuriores videntur: ideo paucis eorum sententia ita est aperienda.
Ioan. 1. Verbum caro, idest, filius Dei factus homo: ait enim Euan-
Con. Trid. sess 13. c. 4. de transubst. gelista: Et verbum caro factum est: Verum panem ipse efficit carnem, idest conuertit panem in carnem, & corpus suum. Nam id, quod ante benedictionem fuit verus panis, conuertit in suam carnem, & sanctissimum corpus: & id, dico efficit verbo, prolatione scilicet verbi, ac virtute verborum insinuantium: Hoc est corpus meum. Merum itidem, idest vinum vitis fit sanguis Christi etiam verbo, scilicet; Hic est calix sanguinis mei, cum reliquis. Verbo ergo, idest prolatione verborum ad signandum hanc transubstantionem attinentium: vinum calicis in
Matt. 26. suum pretiosum sanguinem conuertit; Vti bene asserunt Matt. Marc. & Luc. in
Mar. 14. dominicæ passionis narratione; § Tantum ergo sacramentum Veneremur
Luc. 22. cernui. Et antiquum documentum Nouo cedat ritui: Præstet fides supplemē-
1. Cor. 2. tum Sensuum defectui. § Adoremus dico, & ueneremur hoc sacramentum
20 latriæ adoratione, & humili reuerentia: quæ Deo verò exhiberi debet: & hoc nobis præcipit etiam esse faciendum sacrosanctum Conc. Trident. immo anathe-
Conc. Trid. sess. 13. can. 6 matizat eos omnes, qui dixerint in sancto Eucharistiæ sacramento Christum vnigenitum Dei filium, non esse cultu latriæ etiam externo adorandum.
21 Porrò antiquū documentum, idest, doctrina legalis, vetus est instrumentum, à Deo per Moysem traditum, quod continet agni paschalis immolationem, & multiformium oblationes, quæ erant tanquam figura, & imago ipsius veri agni pro nobis immolandi. At nouus ritus est nouum testamentum, & Euangelica sanctio: Quæ institutionem vnius verè, & perfectissimæ hostiæ, & in locum multiplicium hostiarum imperfectarum quidem, & umbratilium continet, & succedit. Itaq; sicut adueniente die, nox propellitur: nouitateque inducta vetustas abijcitur, demum sicut illucente ueritate, atque exemplari, relinquenda est umbra: figura, & imago: ita coruscante nouę legis gratia non amplius locum habere debent veteres legis cærimonię: canit enim sancta Ecclesia. § Vetustatem nouitas: Vmbra fugat ueritas. Noctem lux eliminat. § Sed pro agno illo figurali nunc celebranda est, & frequentanda sacrosancta Eu-
Aug. in epi. 10. ad Hieronym. tom. 2. charistia: & pro pane, & azymis antiquæ institutionis, nunc sumendus est panis uitæ, nouo ritu à Deo institutus. Legalia siquidem secundum Augustinum fuerunt ante passionem uiua, post passionē Domini mortua: sed postquam per mundum claruit Euangelium sepulta sunt. Sed ubi dicitur. § Præstet fides
22 supplementum Sensuum defectui. § Ibi recordare id, quod alibi cantat Ecclesia scilicet: § Quod non capis, quod non uides, Animosa format fides: § Nam si hic panis est mysterium fidei, idest occultum, quod sola cernitur fide, quid prodest sine fide sumi, quod sine fide non cernitur? quod ergo sensu, & intellectu non capimus, fidę capiamus. § Genitori genito-
Psal. 13. que laus, & iubilatio, Salus honor, uirtus quoque Sit, & benedictio; Procedēti ab utroque Compar sit laudatio. § Amen. Hoc est: patri, filioque sit laus,

atque

atque latriæ cultus cum iubilo laudis,salus,honor,uirtus quoque:quia operatus est salutem in medio terræ:: quia soli Deo omnis honor, & gloria propter eius famosa facta quia ipse est virtus cordium,influens vitam gratiæ, & gloriæ:sit & benedictio,quia ipse est ipsa benedictio, qua benedicimur omnes, quoquot in nomine eius. Procedenti ab vtroque,hoc est,spiritui sancto, quem ab vtroq; hoc est,à patre,& à filio procedere confitemur,sit compar,idest, æqualis laudatio. Amen.

In eodem Festo ad matutinum Hymnus. Vigesimus Sextus.

SAncta mater Ecclesia quæ hodie præ gaudio mirum in modum exultat, & lætatur:quòd panem verum à Christo suo sponso accepit, panem, inquã vitæ,ac ipsum Christi corpus:inuitat nos,ut conuentum faciamus, & cum lætitia in his solennijs gaudeamus omnes: vt si iam in tristitia fuimus,hodie exultemus,& satiemur ab vberibus panis Angelici,sic nos excitans: § Sacris solẽnijs iũcta sint gaudia,Et ex præcordijs sonent præcõnia. Recedant vetera, noua fiat omnia,corda voces,& opera:; & quæ sequuntur? In quibus quidem sacris verbis duo potissimum fiunt,nam primo rememoratur sanctissimi Eucharistię sacramenti institutio: deinde illa altissimi illius mysterij communionis sanctæ (quod omni laude superius est)excellentia claris extollitur laudibus. Aduertendum est nobis hic,quod apud probatos, & profectò receptos authores linguæ latinæ:solennis tertiæ tantum inflexionis, & in datiuo, & ablatiuo plurali facit secundum rectam regulam solennibus:attamen apud vsum ecclesiasticum inoleuit,ac frequens est nomen,solennia solenniorum,in plurali numero,genere neutro,& secunda declinatione, à quo deducitur datiuus,& ablatiuus pluralis solennijs:& istud nomen in secunda syllaba non per.m.scribi debet,vt faciunt multi:sed per.n.(inquit Guilie.)quasi annulus dicitur.Duplo.n n.scribitur:Quare solennis suum compositum,& solennitas,& reliqua inde profecta,scilicet scribi debent per duplicem.n. Itaque sacris solennijs iuncta sint gaudia, nempe gaudia spiritus sancti. Et tunc iuncta erunt gaudia spiritus sancti solennijs:si in illis nosmet ipsos exercebimus, & cum illis operabimur; adhibentes omnino donum sapientiæ: ac in scientiam diuinorum, & sacræ scripturæ incumbentes; & tunc pacifici vocabimur. Item exercentes etiam donum intellectus ad recte intelligendum ea,quæ legimus,dum sacras scripturas percurrimus legendo; & tunc vocabimur mundi corde. Item consilij donum, & gaudium benè exercitare,per quod regnum Dei assequi cupimus. Item circa etiam fortitudinis gaudium,siue donum versantes, vt quæ benè nouimus, viriliter operemur, & non aduersitate aliqua à bonis,quæ cæpimus,moueamur, vel repellamur. Itẽ dono,& gaudio scientiæ dare operam debemus,& quæ recta sunt agere, vel etiã cogitare,& agnoscere,& secundum præcepta viuere. Sextò habentes donum, & gaudium pietatis, & cultum verum Deo exhibeamus, & in hæsitationibus meliorem partem capientes,eique adhærentes: & tunc vocamur mites. Vltimo donum,& gaudium timoris benè executioni mandantes, ac amore quodã filiali diuina iussa seruantes,cauentesque ne Deum iritemus, vel ei displiceamus: & tunc

Diuinus Thomas Aquinas author.

1

Guiliel.lib.1. cap.primo.

2

& tunc vocabimur humiles: & sic ascendendo de virtute ad virtutem efficimur iusti, gaudiaque solennijs sacris iuncta sunt, & ex præcordijs nostris præconia sonant, sic nosmet ipsos in spiritu exercentes. Recedant, inquam, & vetera, hoc est expoliet se quisque veterem hominem, & induat nouum hominem, & noua sint omnia, cum nouo sacramento. Ecce enim; ¶ Noctis recolitur cęna nouissima: Qua Christus creditur agnum & azyma Dedisse fratribus iuxta legitima Priscis indulta patribus. ¶ Recolitur inquam, & rememoratur, ac solennizatur noctis nouissima cœna : de qua supra diximus, & quæ circa noctem paschæ
1.Cor.11. fuit celebrata, vel in ipsa nocte: dicit enim Paulus: Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit &c. & dicitur nouissima cœna, quoniam fuit facta in nouis-
3 simo uitæ Christi tempore. At az, ma, hoc est, panes azymos; & synceros di-
4 cito, atque panes sine fermento. Sed legitima demum hic dicuntur traditiones ipsius legis Mosaicę potissimum in his, quæ ad cęrimonias, & ritus sacrifi-
Leuit.23. ciorum pertinebant, & quæ vulgo legalia dici consueuerunt, de quibus in Leuit. dicitur: legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus vestris. Illa autem legitima de manducando agno paschali cum panibus azymis à Deo instituta, de quibus hic sermo habetur indulta erant, idest tradita priscis patribus: puta Moysi, Aaron, & filijs Israel. Itaque ad rem nostram, idest ad textum redeuntes dicamus: ¶ Post agnum typicum expletis epulis; Corpus Dominicum datum discipulis, Sic totum omnibus, quod totum singulis; Eius fatemur manibus. ¶ Et dicentes, quod post huiusmodi agnum ueteris testamenti esum cõfitemur, quod suis manibus corpus suũ Iesus tradidit discipulis, hoc est Apostolis: quanquam, qui Christiani hodie appellantur, olim discipuli, siue fratres vocabantur: nempe antequam Apostoli concilium in An-
5 tiochia fecissent. ut ex sancti Leonis sermone cathedrę sancti Petri elicitur : &
Leo. Guil. aduertit Guil. in libro secundo cap. 5. & nota, quòd triplex erat genus sacrificiorum legis ueteris, primò considerare debemus, differentiam: triplex enim erat genus, vel differentia. Vnum, quod uocabatur holocaustum. secundum, quod
6 uocabatur hostia pro peccato : Tertium uocabatur hostia pacifica. Primum
7 uocabatur holocaustum, quasi totum incensum, quia totum comburebatur: Huiusmodi enim sacrificium offerebatur Deo ad honorem maiestatis ipsius, & amorem bonitatis ipsius : & congruebat perfectionis statui in letione consiliorum: & ideo totum comburebatur. Vnde sicut totum animal resolutum in uaporem rursum ascendebat: ita ut significaretur totum hominem, & omnia,
7 quæ ipsius sunt, Dei dominio esse subiecta, & ei esse offerenda. Secundum sacrificium uocabatur hostia pro peccato, quia pro peccato offerebatur Deo ex necessitate remissionis peccati: & conueniebat statui pœnitentium in satisfactionem peccatorum: quod sacrificium diuidebatur in duas partes. una pars comburebatur, alia cedebat iñ usum sacerdotum, ad significandum quòd expiatio peccatorum fit à Deo per ministerium sacerdotum: nisi quando offerebatur sacrificium pro peccato totius populi, uel specialiter pro peccato sacerdotis: tunc
8 enim totum comburebatur: Tertiũ uerò sacrificium uocabatur hostia pacifica, quæ offerebatur Deo uel pro gratiarum actione, uel pro salute, & prosperitate offerentium ex debito beneficijs acceptis, uel accipiendis: & conuenit statui proficientium etiam in impletione mandatorum. Et ista hostia diuidebatur in tres partes, una pars incẽdebatur ad honorem Dei; alia pars cedebat in usum sa-
cerdotum,

cerdotum, tertia pars verò in vsum offerentium: ad significandum quòd status hominis procedit à Deo dirigentibus ministris Dei, & cooperantibus ipsis hominibus, qui saluantur. Verùm potissimum est hoc sacrificium nostrum, quo 9
ipse Christus se ipsum obtulit in odorem suauitatis, & dicitur ad Ephes. tum Ephes. 5.
ex parte largitoris, tum ex parte muneris, tum ex parte vigoris, & valoris: ex parte largitoris: quia inter omnia dona, quæ Deus humano generi iam per peccatum lapso dedit, precipuum est, quod dedit filium suum. Vnde dicitur Ioan. sic Ioan. 3.
Deus dilexit mundum, ut filium suum vnigenitum daret, vt omnis, qui credit in eum &c. Secundò hoc ipsum patet ex parte muneris: quia ipse fuit sacrificium verum, & non figura; sicut omnia supradicta. Tertiò hoc idem patet ex parte vigoris, vel finis: quia sacerdos legis veteris easdem sæpe offerebat hostias, quæ nunquam possunt auferre peccatum: Christus autem vnam pro peccatis obtulit in sempiternum: & propter hoc omnia alia sacrificia offerebantur in lege 10
veteri, vt hoc vnum, & singulare, & præcipuum omnium, quo Christus se ipsum obtulit, figuraretur tanquam perfectum per imperfecta. Sed aduerte insuper, 11
quod Ecclesia vocat agnum typicum, illum agnum paschalem, quem secundum Mosaicę legis ritum cum discipulis manducauit Dominus, antequā sacramentū sui sanctissimi corporis institueret; dictus est typicus; idest figuralis (typos enim, siue typus, figuram, & imaginem significat præstantioris formæ) aut figuraticius. quoniam Deus agnum per Moysen, & populum comedi iussit, in figuram Iesu Christi veri agni: cuius sanguine omnia primogenita, sibi de mundo redemit: & (Angelo in nocte illa omnia primogenita, in Aegypto percutiente) populum suum seruauit agni sanguine prænotatum. Quæ ergo tanquam in imagine circa agnum illum fieri iussa sunt, in Christo tanquam veritate perfectè consummata, & completa conspiciuntur. Deinde circa secundum versum aduertendum nobis est, quod Matth. Marc. Luc. & Paul. vno ore fatentur hoc idē, videlicet, quod Deus panem accepit, benedixit, fregit, deditque proprijs manibus suis discipulis, sic totum omnibus quod totum singulis: singuli enim duodecim discipulorum acceperunt totum Christi, & integrum corpus. Omnes tamen idem omnino Christi corpus, quod ab omnibus discipulis totum perceptū est. Vnde concil. Trident. anathematizat, qui negauerint in venerabili Eucharistiæ sacramento sub vnaquaque specie & sub singulis cuiusque speciei partibus seperatione facta, totum Christum contineri, & bene Christus siquidem sic totus est in tota specie, quod est in qualibet parte eius, siue sit integra illa species, siue diuisa: Hinc per hoc non est ibi vt circunscriptus, vel occupans locum, vel habens situm, vel perceptibilis, per aliquem sensum corporeum, exemplum huius habemus in speculo: quod si diuidatur in multas partes, in qualibet apparet imago, quæ prius apparebat in integro. Itaque exemplum est in sermone, vel voce quē, quāvę quis multis recitat illū quod quilibet auditor recipit, illamvè totam. Vnde quamuis sermo sit vnicus in proferēte, totus tamen est in quolibet audiente. Vox enim multis coram astantibus à singulis quidem eorum plane: & integre auditur: ab omnibus tamen eadem omnino percipitur. Fatemur dico, quod Christus se dedit post figuratiuum agnum suis manibus. Sed quibus? discipulis suis vtique, qui aliquando fragiles fuerunt, quod innuit ecclesia sancta dicens: Dedit fragilibus corporis ferculum: Dedit & tristibus sanguinis proculum, Dicens; Accipite quod trado vasculum. Omnes ex eo bibite.

Exod. 12. Matt. 26. Mar. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11. Conc. Trid. sess. 13. can. 3. Conc. Trid. sess. 13. can. 3.

Fra-

12 Fragiles hic intellige discipulos:qui solum presentes erant:cum instituęretur,
primo hoc sacramentum,& hoc sacrum mysterium,quique fragiles, idest infir-
Matth.26. mi,& inualidi omnino erant contra terrores,& pericula. Paulo etenim post,re
Zachar.13. licto Dominio cum caperetur a Iudæis fugerunt omnes:& sic tunc verificatum
13 fuit illud Zachariæ: Percute pastorem, & dispergentur oues. Item tristes e-
rant Apostoli,& discipuli ob imminens malum,& graue discrimen, quod super-
uenturum audierant Domino suo. Tristes ergo erant Apostoli de nece sui do-
mini ventura. Vel tristes dicit,quia multi ob ieiunium facti erant tristes.Vn-
Alber. mag. de Albertus Magnus Matth.6.lib.3.ait. Aliud est esse tristes; aliud est fieri tri-
stes, Necesse est enim per longum ieiunium esse tristem, quia hoc est conse-
quens naturæ destitutionem: fieri autem tristes,est effectus eius, quod est, nos
facere tristes per imposturas,cum non simus, quia quod fit non est. Et sic
sacrificium istud instituit: Cuius officium committi voluit Solis presbyteris,
Conc. Tridē. quibus sic congruit: Vt sumant, & dent cæteris. De hac sacrificij institu-
sess.13.ca.1. tione habemus conc.Triden.quod concordat,& consolidat idem cum vate præ-
sentis hymni, quod etiam roborat, istud sacrificij officium solis presbyteris esse
14 committendum,prout Christus voluit primò committi:& nō sine mysterio:pre-
sbyter enim dicitur,quasi alijs viuendi præbens beatum iter, videlicet populo de
Conc. Trid. exilio mundi ad patriam paradisi, quod etiam voluit, ut sacerdotes dent cęteris
sess.13.can. sibi primo sumentes. Vnde conc. Trid. dicit,siquis dixerit non licere sacerdo-
10.& can.7. ti celebranti se ipsum communicare anathema sit. Bene ergo dicit, solis pre-
sbyteris: solus siquidem sacerdos potest hoc sacramentum populo distribuere,
Del.conf.dis. & non laicus, vel diaconus: quod tripliciter probo, scilicet auctoritate, similitu-
2.peruenit. dine,& ratione. Primò probo autoritate ecclesiæ,dicitur enim de cōsecrat.dist.
2. peruenit ad notitiam nostram, quòd quidam presbyteri laico, vel fœminæ
corpus Christi tradunt deferendum infirmis. Ergo interdicit Synodus,ne ta-
lis præsumptio vlterius fiat; sed presbyteri per semetipsos infirmos communi-
cent. Secundo hoc idem probo similitudine: quia sicut in corpore naturali
sunt quædam principalia membra, per quæ virtutes, & operationes à principio
vitæ ad cætera membra decurrunt: Ita etiam in corpore mystico,idest,in eccle-
sia sacerdotes,& alij ministri sunt quasi principalia membra,quibus mediantibus
sacramenta vitæ debent populo dispensari. Tertiò hoc idem probo triplici ra
tione, prima talis est, sacerdos in persona Christi consecrat hoc sacramentum,
ipse autem Christus sicut consecrauit corpus suum in cena, ita etiam alijs su-
mendum dedit. Et ideò sicut ad sacerdotem pertinet consecratio corporis
Christi; ita etiam ad eum pertinet dispensatio secunda ratio est talis; sacerdos
constituitur mediator inter Deum, & populum: Vnde sicut ad eum pertinet
vota populi, vel dona Deo offerre; ita ad eum pertinet dona sanctificata popu
lo tradere:tertia ratio est talis: istud sacramentum propter ipsius reuerentiam
à nulla re tangi debet, nisi sit consecrata: Vnde corporale, & calix consecratur
similiter,& manus sacerdotis vnctione sanctificantur ad tangendum,& quia lai-
cus hanc sanctificationem non habet: Ideo hoc sacramentum dispensare non
15 potest. Ad hæc aduerte hic,quod presbyter apud antiquos patres non vtiq;
officij nomen erat, aut ministerij ecclesiastici, sed ætatis, vt refert Anacletus
Dis.48.por- 48.distin. Porrò tantumdem in græco significans, atque senior, & grandior
rò. æuo. Hodie tamen ita in vsu receptum est id nomen,ut sacerdotes significet,&
eos, qui

eos, qui sacri altaris gerunt mysterium, conficiendique eucharistiæ sacramenti habēt officium, in qua quidem significatione quandoque etiam in sacra scriptura accipitur, vt cum Apostolus ad Titum ait: quòd constituere debeat presbyteros per ciuitates: & rectè eodem nomine presbyteri vtrumque signatur, nempe & senilis ætas, & sacerdotium: quia deceat sacerdotes iam maturos esse ætate, & grandæuos: vt sint virtute consummatiores ad dignè exequendum (quantum homini fas est) id altissimum munus altaris, atq; mysterij: istud ergo sacrificium à Christo institutum dat terminum omni pani typico, & figuratiuo, ut infra dicitur: ait enim ecclesia. ¶ Panis Angelicus fit panis hominum: Dat panis cęlicus figuris terminum: O res mirabilis: manducat Dominum, Pauper, seruus, & humilis. ¶ Panis Angelicus, siue Angelorum dicitur; quoniam illo 16
non quidem tecto velamine specierum; sed mundo, & aperto; tamquam inuisibili cibo, & indeficienti reficiuntur in regno cœlorum spiritus Angelorum, ac satiantur: & ideo de manna, quod erat huius panis superſubstantialis, & supercœlestis symbolum, & indicium, dictum est in psal. Panem Angelorum manducauit homo. Hic est ergo panis, qui de cœlo descendit, hunc panem significauit manna, quod patres nostri manducauerunt in deserto Exod. 16. Hunc panem significat altare Dei. Panis ergo cælicus dat figuris terminum: & iste panis cęlicus est Christi corpus: qui de cęlo (si deitas Christi attenditur) descendit. Vnde Ioan. ait. Panis enim uerus est, qui de cęlo descendit, & dat vitam mundo, & de manna Israelitico. (Palam est enim Deum aperuisse ianuas cęli, & filijs Israel manna ad manducandum pluisse) huius sacramenti symbolo, dicit psal. cum ait. Panem cęli dedit eis manducare & alio loco pane cœli saturauit 17
eos. Et nota quòd (secundum Albertum Magnum Matth. 6. q. 2.) panis eucharistiæ origine cęlestis est: substantialiter. Deificus est; causaliter viuificus est: sacramentaliter vnitiuus, effectu viaticus est. Ioan. Ego sum panis viuus, qui de cęlo descendi. psal. aût. Panem cęli dedit eis. De secundo Io. 6. qui manducat me, viuet propter me. De tertio Ioan. 6. si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. De quarto 1. Cor. 10. Vnus panis, multi sumus in Christo quotquot ex uno pane participamus. De quinto 3. Regum 19. surge come de grandis enim tibi restat via. De sexto Matth. 26. Non bibam à modo de hoc genimine vitis, vsque dum bibam illud nouum in regno meo. 18

Cæterū figuræ, quibus iste panis cęlicus dat terminū possunt dici esse istę quæ huius excellentissimi sacramenti figuratiuę, & typicæ ex veteri testō sumptæ, nempe. Prima immolatio ipsius Isaac destinata, & proposita ab Abraam patre suo quæ typum gessit immolationis Christi in cruce à Deo patre nobis exhibitæ.

Secūda immolatio agni paschalis facta à populo Israelitico, Aegyptum egressuro, & hæc etiam figura fuit oblationis ipsius Christi in cruce, cuius memoria potissimum per hoc recolitur mysterium. Tertia figura fuit manna de cœlo datum populo Israel 40. annis: scilicet, quamdiu demorati sunt in deserto, ut 19
Exod. 16. Hic demum ò homo cogita (vt utar uerbis sancti Chrysostomi, in præsenti congruis) quali sis insignitus honore; quali mensa fruaris: Quod Angeli uidentes horrescunt, neque libere audent intueri, propter emicantem inde splēdorem, hoc nos pascimur: o res mirabilis. Huic nos unimur, & facti sumus unum Christi corpus, & una caro: ò res mirabilis: Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis pastor (ò res mirabilis) oues

Tit. 1. Psal. 77. Ioan. 6. Exod. 16. Ioan. 6. Ioan. 77. Alber. mag. Ioan. 6. Psal. 77. 1. Cor. 10. 3. Reg. 19. Matth. 26. Genes. 22. Exod. 12. Exod. 16. Chrysost. in serm. habito in dominica infra oct. corporis Christi.

proprio

Psal. 105. proprio pascit cruore? § O res mirabilis: manducat Dominum pauper, seruus, & humilis. § Sed ad nos redeamus, & dicamus omnes. § Te trina Deitas, unaque poscimus: Sic nos tu visita, sicut te colimus. per tuas semitas duc nos quo tendimus. Ad lucem quam inhabitas. §. Amen. Q.d. hoc in loco sancta mater Ecclesia. O trina, & in tribus personis vna, & simplex Deitas, tu scis, quod te super omnia diligimus, & colimus: Proinde sic nos visita (conferendo nobis indulgentiam, gratiam, claritatem, castitatem, & humilitatem, atq; omnia gratiarum dona, vt in dies magis possimus te perfectè diligere) sicut te colimus: & non solum fac nos, O trina Deitas præcepta legis obseruare, & in dilectione Dei, & proximi nostri, perfectè stare, & perseuerare; verum etiam per tuas semitas, hoc est per obseruationem consiliorum, legis, & Euangelij: duc nos quo tendimus, scilicet, ad lucem, quam inhabitas: & summatim ad temetipsum, qui es lux indeficiens: vt possimus in te gloriari, & tuis gaudijs in patria per gloriam frui. Et benè hic petimus adduci ad lucem: nam regnum nostrum non est de hoc mundo; sed ciuitatem aliam inquirimus.

Hebr. 13. Ait enim Paulus non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus: & Psalmista: Quoniam incola ego sum apud te in terra, & peregrinus:

Psal. 38. sicut omnes patres mei: Vnde benedixit pater ille venerabilis. § Non hac

Versus. perpetuis in terra ducitur annis: Verum quæ patria est nostri super astra locatur. § Cæterum sententia vltimi versus excerpta est à Paulo ad Timotheum,

1. Timot. 6 cum inquit, qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem.

In eodem Festo ad Laudes Hymnus Vigesimus Septimus.

Sancta mater Ecclesia desiderans in quantum potest, & valet, in hac sacra corporis Christi sollennitate laudare, & magnis præconijs commendare excellentiam huius sanctissimi sacramenti: continuat, & pergit, sic exordiens; § Verbum supernam prodiens. Nec patris linquens dexteram: Ad opus suum exiens Venit ad vitæ vesperam: § & reliqua. In quibus sancta Ecclesia quatuor facit. Primò narrat, quo tempore, à patre filius Dei exierit, ac in mundum venerit. Secundò describit huius sanctissimi sacramenti Eucharistiæ primam institutionem à Christo factam, cum ait § In mortē: &c. § Tertiò declarat nobis quāta eius humanitas, atq; suauitas in illo existat: cum dicitur § Quibus sub: § &c. Quarto piā ad ipsum sacramentū facit inuocationē, cum inquit, § O salutaris hostia: § &c. Verbum supernū Dei tunc prodijsse, processisseq; & se palā cōspiciendum exhibuisse dicitur, quādo humana indutum forma in terris visum est; Non tamen patris tunc liquit, dexterā: māsit namq; semper, & manet secundum diuinitatē intimū patri; quia sicut nunquā fuit sol sine lumine, nec è conuerso: ita nunquam pater sine filio,

Ioan. 14. nec è cōuerso. Vnde ipse Christus: (per Ioannē) Philippo petēti sibi patrē ostēdi, respondit: nescis, quia ego in patre, & pater in me est. Porrò idem Dei verbū exiuit ad opus suū, quādo secūdū patri volūtatē mūdo euangelicā legē annūcia-

Psal. 73. uit, & salutem humani generis operatus est medio terræ. Proinde apud Io.

Ioan. 17. legitur ad patrem dixisse, ego te clarificaui super terrem, opus consummaui,

quod

Diuinus Thomas Aquinas eius author.

quod dedisti mihi, quod faciam; & hoc est verbum illud, quod erat in principio 2
apud Deum. Deinde verbum caro factum est: & est illud etiam uerbum, quo Ioan. 1.
cœli firmati sunt: & illud, de quo Propheta ait: Misit verbum suum, & sana- Psal. 32.
uit eos; & eripuit eos de intentionibus eorum; & illud demum, de quo Isai. ait; Isai. 2.
quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem. Venit denique ipse Christus, & verbum ad vitæ vesperam: non intelligas hic per vesperam, quando iam scilicet imminebat vesper, & finis sextæ ætatis, quæ ætas futura erat uesper, defectus, & finis uitæ multorum hominum, forte non secus ac diluuium in secunda ætate fuit uesper, & finis uitæ eorum omnium, qui non ingressi erant arcam Noe; sed per uesperam finem uitę Christi intellige, siue finem, ac extremitatem, tunc, quando iam propinqua erat hora ab ipso præordinata, qua se ipsum traderet in mortem pro nostra redemptione: ita ut quando in mundo diuersabatur, ab uno discipulorum; Iuda nũcupato, fuit traditus suis inuidis Iudęis quod est, quod subsequitur ecclesia dicens. ¶ In mortem à discipulo Suis tradendus æmulis; Prius in uitæ ferculo Se tradidit discipulis. Si quæris hic quis discipulus tradidit Christum in mortem; omnia scripturarum loca hoc bene referunt, nempe dicunt: Iudam proditorem fuisse; qui (ut ait psaltes) erat iam discipulus Christi, & homo unanimis, & dux, & notus eius, qui & secũ dulces capiebat cibos: tamen eum tradidit, æmulis, & inuisis Iudæis. Vnde Marcus ait; Et ecce turba, & qui uocabatur Iudas unus de duodecim antecedebat eos, & appropinquauit Iesu, ut oscularetur eum; & hoc egit; ut signum daret de illo: discipulus ergo ille fuit Iudas proditor, à quo moderni Iudęi dicuntur; cuius sunt imitatores, & successores in maledictione, & moribus, & non amplius dicũtur à Iuda filio Iacob, patriarcha. Sed antequam in mortem traderetur Christus, in uitæ ferculo, se discipulis dedit. Christus autem se tradidit in uitæ ferculo, hoc est, in cibo, & alimonia spirituali sub speciebus panis consecrati; & hoc fecit Christus noster, ut ostẽderet se nõ ita à spõsa sua ecclesia abscedere, atq; ita per præsentiã corporalẽ, & sensibilẽ excedere, ut saltẽ non remaneret per sacramẽtalẽ pręsentiã, & ideo sequitur: ¶ Quibus sub bina specie Carnẽ dedit, & sanguinẽ: Vt duplicis substantiæ Totũ cibaret hominẽ. ¶ Sub duplici, panis. s. & uini specie sacramentũ cõmunionis hic apparet, manifestè Christũ instituisse, ut totũ hominẽ reficeret, ac saginaret: sicut. n. homo duplici cõponitur substantia, utpote, corpore, & anima, & idcirco duob. pascitur pabulis, pane nimirum ad corpus sustentandũ, uino aũt ad alẽdum animã: siquidẽ (ut legitur in Leuit) anima carnis in sanguine est, dicũt physici, ꝙ sedes animæ in sanguine existit, & nõ solum hoc sanctissimũ cõmunionis sacramentũ institutum est sub bina specie: ut insinuetur esse integrũ, & consummatũ alimentũ animæ: quia panis, & uinum; quæ pro cibo & potu primũ locũ tenent: sunt perfecta corporis alimonia. Verùm ẽt, ut memoria passionis Dominicæ expressius nobis in hoc mysterio repræsentetur, in qua eius sacrum corpus oblatum, & sanguis pro nobis effusus: memoriam n. inquit psaltes, fecit mirabilium suorum misericos, & miserator Dominus, escam dedit timentib. se. Nec non ẽt, ut corporis mystici illa materialia signa nobis apertius indicent similitudinẽ. In corpore. n. mystico multa mẽbra. i. multi Christi fideles ad unum caput Christum inter se charitate coalescunt, & sic queãdmodum ex multis grauis tritici, conficitur panis, & ex multis acinis, racemisque uitis confluit uinum, quæ duo, nempe panis, & uinum, requiruntur ad alendum totum

Margin notes: Genes. 7. — 3 Psal. 40. Psal. 54. Mar. 16. — 4 — 5 — Leuit. 17. — Psal. 110. Conc. T. sess. 13. cap. & can. 2.

hominem, ita caro, & sanguis Christi, unum quidem corpus reficit totam animam. Nam Christus, inquit vates, § Se nascens dedit socium: Conuescens in edulium: Se moriens in pretium: Se regnans dat in premium. § Conuersatus est enim cum hominibus post sumptam carnem humanam, ac quasi socius, quoad humanitatem fuit Christus in mundo nobiscum. Praeterea in extrema, & maxima eius cena conuescens cum discipulis se in edulium, & cibum, & potum dedit, dicens, hoc est corpus meum, accipite, & manducate; sic etiam dixit circa calicem: Accipite nempe, & bibite. O singularis, & admiranda liberalitas, vbi donator venit in donum, & datum est idem penitus cum datore.

Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22. 1. Cor. 11.

6 Quàm larga, & prodiga largitas, cum tribuit quis se ipsum. Dedit igitur nobis se in pabulum, ut quia per mortem homo corruerat, ut per cibum ipse releuaretur ad vitam. Cecidit homo per cibum ligni mortiferum: releuatus est homo per cibum ligni vitalis. In illo pependit esca mortis, in isto pependit uitae alimentum: illius esus meruit laesionem, istius gustus intulit sanitatem; gustus sauciauit, & unde mors subijt, exinde vita euenit. Porrò te tamquam pretiũ

7 nostrae salutis dedit, ac redemit: sed modò regnans se dat in praemium iustis fidelibus, & humilibus, & benè operantibus, atq; beatis. Quòd autem se Christus in pretiũ dederit, manifestè patet in 1. Cor. 6. vbi dicitur: Empti enim estis pretio magno. At Christus praemium illud est, de quo Thobias ait; Praemium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. § O salutaris hostia: Quae coeli pandis ostium Bella premunt hostilia. Da robur fer auxilium. § Hoc sanctissi-

Clem. 1. de reliq. & uener. sanct. 1. Cor. 6. Thob. 4.

8 mum sacramentum dicitur hostia, in quantum continet Christum, qui Deo patri immolatus est in cruce, hostesq; deuicit, ac nos Deo patri recõciliauit: quia soluit obligationem contractam per peccatum originale, & actuale. Dicitur etiam aliquando Eucharistia, idest, bona gratia: quia nos fecit dignos gratia Dei, quae est uita aeterna. Aliquando dicitur viaticum in quantũ praebet nobis viã gradiendi ad beatitudinem, & quia in huius vitae peregrinatione sustentamur.

Aliqñ dicitur communio, quia per ipsum cõmunicamus, & vnimur Christo ac etiam ad inuicem. Aliquando dicitur sacrificium, inquantum est cõmemoratiuum passionis Christi, quae fuit uerũ sacrificium. Haec praeterea hostia celum pandit, siue eius ostium in die suae ascensionis, quando ascendit ad celos Christus; Vnde dixit aliquando discipulis suis: Data est mihi omnis potestas in coelo, & in terra. Caeterum hostilia bella hic potissimum intelligere possumus bella spiritualia, quae animae nostrae sũt veluti hostes, qui nos quotidie molestant: hinc est, quòd canit ecclesia. § Mundus, caro demonia Diuersa mouent praelia. § & contra isthaec bella cum sacrosancta Eucharistia, in qua veraciter Dominus continetur fortis, & potens Dominus, Dominus potens in praelio, & Dominus uirtutum, & rex gloriae (ut legitur in Psal.) praecipuum munimentum, & praesidium sit: eo factum est, ut inuocemus hanc salutarẽ, ac sanctissimã hostiã, ut praestet nobis robur contra praelia, & hostium tela. Possumus etiam intelligere bella corporalia, & hostiles acies aduersus nos surgentes: contra quas pium admodum, & religiosum est ad huius sanctissimi sacramenti auxilium, & adiutorium petendum per hanc orationem suppliciter confugere: quandoquidem ad improbos hostium conatus reprimendos laudabiliter, in aliquibus locis institutum est: ut in eleuatione sanctissimi corporis, & sanguinis Christi in ipso altaris sacrificio decantetur a choro fidelium hic praesens uersus: quod

Matth. 28. Mar. 16.

9

Psal. 23.

maximè

maximè conferre credimus ad placidam pacem, & tranquillitatem consequendam, & obtinendam. Itaque de tanto beneficio nobis a Deo collato, est ꝙ gratiam, & laudem, & gloriam ei demus, dicentes: § Vni trinoque Domino Sit sempiterna gloria: Qui uitam sine termino Nobis donet in patria. § Amen. Hoc est, uni Deo, qui est unus, & simplex in substantia, & essentia, & trino, 10
scilicet, in personis: sempiterna, & æterna sit gloria; qui nobis in patria, cœlesti, videlicet, & in paradiso vitam donet interminabilem, uitam, inquam, non animalem, sed spiritualem, non humanam, sed diuinam, non sicut somnum, sed sicut uigiliam: Animalis enim indiget: Humana errat: & ea, quæ est somnus, est ligata: sed intellectualis diuina non dormitans, neque dormiens est. Vitam ergo donet nobis interminam, idest, illam diuinam, æternam, & in somnis non existentem, sed liberam ab omni impedimento, illam, inquam, concedat nobis vitam, quæ est pura, firma, uera, alta, & dulcis, pura, ut non sit uelata; firma, ut fluctuatione nulla sit mota: vltra, vt nullo modo sit mixta; alta, & in toto sit quieta: dulcis autem, ut sit placida. Sed antequam huic hymno extremam ma 11
num imponamus, aduerte, quòd eius author dicitur esse doctor Angelicus, hoc est, diuinus Thomas Aquinas. Qui ad petitionem Vrbani quarti summi Ponti Diuin. Tho.
ficis totum officium Ecclesiasticum de sanctissimo corporis Christi sacramen- Clem. 1. de re
to eleganter, & luculenter composuit: In quo hic hymnus, & duo proximè liq. & uener.
præcedentes continentur. sanct.

In Transfiguratione Domini ad Vesperas Hymnus Vigesimus Octauus.

NOstra sancta mater ecclesia verè Christi sponsa: sui sponsi considerans omnia mysteria: cum Matthæo euangelista ipsa, cognoscens: quòd quemad- Matth. 17.
modum Christus Iesus assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eosq; in montem excelsum seorsum duxit, ac ibi ante eos transfigurari uoluit: & demum illis tamquam electis testibus claritatem suæ gloriæ demonstrauit: Ita etiam quicunque Christum quærentes inuenire, & uidere voluerint, necesse habebunt mentis suæ oculos in altum, idest, in cælum (in monte enim transfiguratus est Iesus ad significandum nobis, quòd suæ deitatis, & claritatis gloriam in cœlis postmodum manifestaturus erat) tollere. Vnde, ut hæc nobis omnibus constarent apertius: hymnum hunc canendū proposuit, cuius uerba sunt hæc; § Quicunq; Christū quæritis: Oculos in altū tollite: Illic licebit visere Si- Author Pru-
gnum perennis gloriæ: § & reliqua. Vbi tria fiunt. Primo enim præscribitur dentius.
nobis a sancta matre ecclesia modus Christi quærendi. Secundo cuius popu- I
li Christus noster sit rex. Tertiò, & vltimò ponitur, quòd pater omnipotens præcipit per Prophetas hunc audire Christum, eiusque salutarem doctrinam, secunda pars est ibi: § Hic ille rex, § Tertia ibi: § Hunc, & prophetis: § &c. Qua de re, ut textum ipsum discutiamus, dicamus, quòd quicūq; vult Iesum inuenire, eiq; adhęrere, tria sibi facienda omnino proponat. Primò nō debet inter consanguineos cōuersari; sed potius ab eis discedere Nā & puer Iesus dimisit a se di Luc. 2.
lectissimam matrem, cum operibus patris intēdere uoluit: ac ēt inter cognatos, & natos postea quæsitus inuētus nō est, quia caro, & sanguis eum nō reuelauit; Matth. 16.

nec inuenitur in carnali societate; sed vis (inquit sanctus uir ille Eusebius) inuenire Iesum? uade ad templum, uade ad Ecclesiam, ibi sedet in medio doctorum in conuentu Episcoporum, & presbyterorum. Vnde & Bernardus; Puer Iesus inter cognatos, & notos quaeritur, nec inuenitur; fuge fratres tuos & tu: si tuam uis inuenire salutem, & obliuisci populum tuum, & domum patris tui, ut concupiscat rex decorem tuum: & iterum; O bone Iesu: si non inuentus es inter cognatos tuos, quomodo te inueniam inter meos? Qualiter te inueniam in gaudio; Quem uix mater tua dolens inuenit? haec Ber. Nec quaeri, aut inueniri potest in comitatu multorum, quia non inuenitur in multiplicitate mundanorum: sed in intimo corde mentis, ubi Dei est templum. Meritò ergo Beatus Gregorius scriptum reliquit. Extra cognatos ergo quisq;, ac proximos debet fieri, si uelit parenti omnium uerius iungi: quatenus eosdem, quos propter Deum utiliter negligit: tanto solidius diligat, quanto in eis affectum solubilem copulae carnalis. Itidem scriptura ait: Qui dixerit patri tuo, & matri suae: nescio uos: & fratribus suis, ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ò Iacob & legem tuam ò Israel. Secundò non miretur, qui spiritualiter uiuit, si aliquando mente arida remanens uideatur sibi, quòd a Deo derelictus sit, cũ hoc & matri Dei contigerit. Non ergo mente tabescat, sed per continuum exercitiũ in sacris meditationibus, & orationibus, ac bonis operibus persistendo diligenter eum quaerat, & eum, si sollicitus sit, reinuenit. Nam oportet eum, qui quaerit Iesum, non negligenter, & dissolutè transire, sicut multi quaerunt, & non inueniunt: sed cum labore, & dolore. Tertiò non debet quis esse proprij sensus, vel propriae uoluntatis, sed videat sollicitus qualiter eum viuere velit, quid eũ facere iusserit, qui illum fecit. Itaq;, fratres praeamandi, quaeramus omnes Dominum, & confirmemur, quaeramus faciem eius semper: & vt hunc inuenire, ac uidere mereamur in coelis, mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & spiritus: quoniam non nisi corpore casto in die resurrectionis ad coelos subleuari, non nisi mundo corde gloriam ualemus diuinae maiestatis intueri. Tollamus, inquam, oculos in altum, non in ualle: quoniam non in profundo huius seculi; sed in regno supernae beatitudinis quaerenda est Dei gloria, ubi inueniemus, & uidebimus in decore suo Christum, & quia illic merebimur (sic ima, & terrena deserentes, & sublimia, ac coelestia desiderantes mente in coelestibus habitemus) visere, & intueri, contemplari, atq; speculari signum perennis gloriae, id est illam Deitatis ineffabilem visionem, & gloriam Dei sicut meriti sunt videre Archiapostolus, & Ioannes, & Iacobus, qui a Deo fuerunt assumpti, & ad foelix illud, & sacrum spectaculum transfigurationis dominicae admissi. Vt dicit ergo Paulus: quae sursum sunt, quaeramus, vbi Christus est in dextera Dei sedens.

Sed aduerte, quòd altum, secundum Albertum magnum Lucae 5. est quadruplex, scilicet altum maris: Altum intelligentiae spiritualis: Altum conuersationis: & altum contemplationis: Altum maris est altitudo saecularis dignitatis, in qua sunt reges, duces, barones, & principes, qui se reti Petri debent inclinare. Isai. Gens, & regnum, quod non seruierit tibi, peribit. Altum intelligentiae spiritualis est altum sapientiae, ubi in abditis habitant sapientes, qui philosophi vocãtur, qui aliquando capti multa bona Ecclesiae contulerunt: sicut Aug. Ambr. & alij. Tertium altum est conuersationis, in quo trahens rete piscator, capit viros magnos

[Margin notes: Euseb homil. secundae feriae in domi. pass. — Psal. 44. — Nota. — Greg. in lib. Mora. 7. c. 18. — Deut. 33. — 2 — 3 — Math. 17. — Colos. 3. — Alb. mag. — 4 — Isai. 4.]

gnos virtutis honore. Est item & altum contemplationis,quia quidam sunt,qui non desiderant nisi contemplationis statum,& illum inuenientes in uerbo Dei capiũtur. In hoc ergo altum,præamandi fratres,debemus,& nos oculos mentis nostræ tollere, & piscari in profundo, & alto diuinæ sapientiæ, in hoc namq; alto,scilicet,Thabor,ubi transfiguratus cernitur Dominus, bonum est nos esse. Math.17.

Si,inquam,in altum tollimus oculos. § Illustre quiddam cernimus: Quod ne sciat finẽ pati. Sublime, celsum, interminum: Antiquius cœlo, & chao. Idest perexcellentem illam Dei maiestatem,& gloriæ suæ claritatem, & diuinum illud cęlestis gloriæ lumen: creatum quidem lumen illud,quod Petrum, Ioannem, & Iacobum,clarißimo iubare circumfulsit, ac irradiauit, cernimus: quod profectò nescit finem pati: est enim æternum huiusmodi,illustre, ac interminum, & immensum, quod vtiq; omni cœlo,ac etiam chao, idest omni illa materiali, & primordiali confusione est antiquius. Dicit scriptura sacra. In principio creauit Deus cœlum,& terram,si creauit hæc:ergo antiquius est istis:dicit enim Psaltes; Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, a sęculo, & vsque in sæculum tu es Deus. Et. § Hic ille rex est gentium, Populiq; rex Iudaici: Promissus Abrææ patri, Eiusq; in æuum semini. § Quòd autem Christus,& gentium, ac Iudaici populi sit rex,elicitur ex psalmo 2. dum dicit pater ad filium. Postula a me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam,& possesionẽ tuam, terminos terræ: & in Apoc. legitur. Dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga ferrea: & alibi, & habet in vestimento,& in femore eius scriptum, rex regum, & dominus dominantium. Christus tamen, quo ad carnem fuit ex Iudæorum cognatione; & ideo in propria uenit, vt doceret cognatos,& a suis nõ receptus, immò repleti ira, eiecerunt eum multoties extra ciuitatem; ducentes illum ad montem, ut præcipitarent eum. Iure ergo gentium nationes, ut suas vendicauit sibi: Prius enim pater monuit eum, ut illas peteret,& pollicitus fuit petenti se eas traditurum. Fuit etiam iste rex magnus Christus Abraæ promissus, & semini eius; Hęc autem promisio facta fuit Abraę in libro Genes. attamen audi etiam, quod dicat Isaias: Ecce virgo, inquit, in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiscũ Deus, & in Deut. Prophetam vobis suscitabit Dominus de fratribus uestris. Itaque iste rex sanctus,& rex gentium promissus fuit non tantum Abraę, sed & semini eius, scilicet Moysi, Dauidi, Isaac, Hieremię, Ezechieli, Danieli, Aggęo, Zacchariæ, & Malachię. Sed § Hunc & Prophetis testibus: Iisdemque signatoribus Testatur, & iubet pater Ipsum audire, & credere. § Quia pater pręcipit prophetis multis, ac multis testibus, & signatoribus, pręcipit, inquam, nobis,ut hunc Christum audiamus, ac ei fidem adhibeamus, cum dixit: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite: & in Deut. legitur, quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus noster de fratribus uestris, tamquam me ipsum audietis iuxta omnia, quæcunque locutus fuerit vobis. Hoc idem refert Ioan.& acta Apostolorum. Itaque ô Christe.

Marginal references: Genes. 2. — Psal. 89. — Psal. 2. — Apoc. 2. — Apoc. 19. — Ioan. 1. — Luc. 4. — Genes. 12. 13. 15. 22. & 26. — Isai. 7. — Deut. 18. — Math. 17. — Deut. 18. — Ioan. 1. — Act. 3. & 7.

Gloria tibi Domine:
Qui apparuisti hodie
Cum patre, & sancto spiritu
In sempiterna sęcula. Amen.

In eadem Transfiguratione ad Laudes Hymnus Vigesimus Nonus.

SAncta mater ecclesia postquam tradidit nobis normam qualiter a nobis inquiri, & inueniri possit Christus, qui est lumen indeficiens, & rex gẽtium, Iudæorumque: Immò rex regum, & dominus dominantium, quem etiam au (Apoc.2.) dire a patre præcipimur: Quòd si non audiemus illum, exterminabimur de libro uitæ. Ideò nunc maxima cum humilitate ad ipsum tamquam dulcissimum amorem uertit se, sic eum inuocans: § Amor Iesu dulcissime: Quando cor (Author beatus Ber.) nostrum visitas · Pellis mentis caliginem, Et nos reples dulcedine: § & quæ se quuntur. In quibus, ut præmisimus, sancta Ecclesia orationem dirigit ad il lam incomprehensam bonitaem, nempe ad ipsum Dei filium: Qui est splendor paternæ gloriæ, quiq; dexterę Dei est consors: ut amoris sui abundãtiam præstet nobis. Amor igitur Iesu dulcissimus quidem est; quoniam multas
1 suauitates, & dulcedines nobis attulit. Nam nonne uidetur tibi maxima dul- (Hebr.1.) cedo illa, quam nobis monstrauit, cum omnia nostra peccata sustulit, idest, per tulit super lignum crucis, & liuore eius sanati sumus? Non enim corruptibili- (Sap.7. 1.Pet.1.) bus auro, uel argento redempti sumus de vana nostra conuersatione, sed precioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & incontaminati. Præterea nõ (Col.1.) ne amor Iesus dulcissimus fuit, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorũ in lumine, & eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum fęlici tatis perpetuę? Vide, inquam, quàm dulcis fuit erga nos amor Dei: Ipse nãque amore nostri, & pro redemptione nostra voluit fieri homo, circumcidi, vinculis alligari, flagellis, & opprobrijs vexari, sputis conspicui, spinis coronari, colaphis cędi, arundine percuti, vestibus exui, cruci clauis affigi, inter la-
2 trones deputari, felle, & aceto portari, & lancea vulnerari. Sed tunc cor (Math.17.) nostrum visitat: cum se nobis ostendit, uel manifestat, & aperit gloriam suam nobis: sicut aperuit Petro, Iacobo, & Ioanni, coram quibus suam manifestauit maiestatem, Deitatem, & potestatem: quam nunc exercet in cœlis. Possumus etiam dicere, quòd tunc visitat cor nostrum, quando nos corripit, & cor rigit eo modo, quo corripuit Iob. Vel etiam cum conuertimur ad eum in toto corde nostro, & cum nos impij, & iniqui sumus: viam nostram malam, & cogitationes derelinquimus, & reuertimur ad eum; Tunc enim nostri miseret, (Luc 7.) & dulcedine pfundit amor Iesu: Cũ manifesta nobis, resurrectionis Christi, charitatisque suæ & obedientię suę excellentiæ dignitate ac gloria nos huiusmodi visionis gaudium habemus, sicuti gauisus est Petrus, qui prę auditis incitatus reuelationibus, mundana spernens, & terrena fastidiens: in æternorum desiderium, quodam mentis rapiebatur excessu: & gaudio totius visionis impletus, (Math.17.) ibi cum Iesu optabat habitare, vbi manifesta gloria lætabatur. Vnde ait; Domi ne bonum est nos hic esse, si uis faciamus hic tria tabernacula: tibi vnum, Moysi vnum, & Heliæ vnum. Tunc etiam amor Christi dulcissimus secundum Beatum Ambro. super Luc. 7. cor nostrũ visitat, cum vnicuiq; electorũ per administrationem sancti spiritus, uel terrorem æterni supplicij; uel dulcedinem cœlestis patriæ intrinsecus demonstrat, & quemadmodum a morte, animæ resurgere ualeat, occulta inspiratione edocet. Visitat etiam tunc cor nostrum Dominus

minus noster, cum per internam verbi sui inspirationem ad amorem inuisibiliū illud excitat; cumque mentibus nostris ingerit, quanta sint quæ nobis in cœlo promissa sunt gaudia: Incolumitas sine debilitate, salus sine dolore, vita sine morte, fœlicitas sine impedimento, securitas sine fastidio; vbi electorum omnium societas sancta, solennitas certa, requies secura, pax vera, vita perpetua. { Quàm fœlix est, quem satias Concors paternæ dexteræ: Tu veræ lumen patriæ: Quod omnem sensum superat. } Hic filius Dei dicitur consors paternę dexterę, quia ęqualis, & conscius eius naturę, cuius est pater: quia vna est natura patris, filij, & spiritus sancti: Nam filius Dei particeps est paternę dexterę, idest, glorię patris, & ęternę beatitudinis, ac etiam patris potestatis.

Est etiam pręterea filius Dei, & lumen patrię, idest, lumen patrię cœlestis, & cœli empyrei, in quo est paradisus, & omnia desiderabilia. Videlicet, beata trinitas, quę omnia regit, & disponit. Sicut enim stellę, & Luna lumen accipiunt a Sole; sic filius Dei, qui est sol iustitię, communicat lumen suum omni cœlesti creaturę, Angelis nempe ac omnibus beatis aimabus, ideo dicitur lumen patrię cœlestis, quod omnem superat sensum. Vnde prosequitur sancta Ecclesia petens sui amoris copiam, dicens: { Splendor paternę gloriæ, Incomprehensa bonitas: Amoris tui copiam Da nobis per pręsentiam. } Q. d. fac nos te videre per pręsentiam in paradiso facie ad faciem: Ideo autem, ut hoc assequi possimus, fac ut te ex toto corde diligamus, & amor noster sit totus erga te ô Christe. Est autem filius Dei splendor paternę glorię; quia a patre producitur, & quia per patrem glorificatur; Quomodo autem Christus sit splēdor paternæ gloriæ, & figura, idest similitudo substantiæ patris; iam alias diximus supra in multis locis; præsertim in hymno 2. lib. 2. Christus igitur non solum est splendor gloriæ patris; sed est etiam sensus, quo omnia cogitantur; Est & ipse sapientia, qua cogitata disponuntur; Est & virtus, qua disposita perficiuntur; Verbum verò, quo perfecta nunciantur: lumen quo nunciata clarescunt. Porro dicitur etiam Christus incomprehensa boniaas propter illas rationes, quas supra diximus eodem lib. in 3. hym. quadrag. ibi nempe: { Christe lux uera, bonitas, } &c. quas ibi uide. Christus enim ille est, in quo omnia; opera enim Trinitatis sunt indiuisa; per quem omnia, & ex quo omnia; se enim creaturis summe communicare vòluit; & sui ipsius esse diffusiuum; immò esse omnium esse; non quod illa sint, quod est ipse; sed quia ex ipso, ut diximus, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Cæterum amoris huius filij Dei copiam per præsentiam tunc habebimus: si hic in mundo audientes uerbum Dei hoc est illum ipsum, custodierimus illud: Nam suæ maiestatis essentiam uidebimus; & unusquisque eo perspicacius, quò hic vixerit purius.

Malachi. 4.

FINIS.

MICHAELIS TIMOTHEI GATEENSIS. V. I. D.

IN OMNES FERME ECCLESIASTICOS HYMNOS BREVIS ELVCIDATIO.

Liber Quartus.

In Natiuitate sancti Ioannis Baptistæ ad Vesperas Hymnus Primus.

Concil. Trid. sess. 22. can. 3.



ATER omnium eccl'esia sancta ritè, ac rectè cognoscens, quòd aliter Deo gratum haud offerimus laudis sacrificium; ac aliter Deo vtiliter vota non soluimus; nisi memoriam sanctorum aliquando (in eorum præsertim festis) veneremur: Qui enim membra Christi non honorat, nec Christum (qui caput est) honorare potest: Et qui non honorat filium, non honorat illum, qui misit ipsum: Hodie nos monet, ac incitat, vt honoremus caput in membris, Deum in sanctis suis, in Ioanne potissimum Baptista, vt eius meritis, precibusque polluti nostri labij reatum soluat; vt facilius in eo Christi suique laudes promere valeamus. Et inquit; § Vt queant laxis resonare fibris, Mira gestorum famuli tuorum, Solue polluti labij reatum Sancte Ioannes, § & quæ sequuntur. In quibus (præsenti enim summario intendo etiam complecti, & duorum sequentium hymnorum argumentum, & materiã) prædicantur insignia beati Ioannis Baptistæ præconia; sed in primis petitur ab ecclesia Dei sancta, peccata nostra dissolui, relaxari, ac procul pelli; ea præsertim, quæ oris, & linguæ nostræ vitio à nobis proferuntur; vt eiusdem sancti Ioannis laudes à nobis liberalioribus animi viribus per eius intercessionem personentur. E cœlo deinde eius conceptio denunciata esse narratur. Linguæ paternæ reseratio mirabiliter canitur. In ventre matris exultatio commendatur. In deserto, siue in antro domus eius sibi fuisse dicitur. Item & in victu, & in amictu austeritas magna. Eccellentia eius in prophetia. Christi baptizatio. Virginitatis eius candor. Tolerantia decapitationis, & martyrij. Percumulatum præmium centesimi fructus hic, inquam, vulgatur.

Ioan. 5.

Pau. diaconus author.

Supplicatio deuotissima demum ad ipsum habetur, vt à Deo nobis impetret gratiam in præsenti vita; & gloriam in futura. Secunda ibi: § Nuncius § &c. Tertia ibi; § Ille promissi § &c. Quarta ibi. § Antra deserti: § &c. Quinta ibi; § Præbuit § &c. Sexta ibi. § Cæteri tantum: § &c. Septima ibi. § Tu quidem. § Octaua ibi. § O nimis: § &c. Nona ibi: § Præpotens

potens martyr ; &c. Decima ibi; Serta ter: &c. Vndecima ibi; Nunc potens, &c. Antequam ad altam quidem ac sublimem, multisq; mysterijs refertam textus enodationem transeamus. Operępretium, ac vtile fuisse existimauimus hæc de sanctissimo isto præmittere: videlicet, quomodo quo tempore,& ubi miraculosa præcursoris domini nostri Iesu Christi Io.Baptistæ conceptio contingerit fieri. Secundò vbi, & quo tempore natus fuerit puer iste, & propheta. Tertiò quam in mundo vitam vixerit. Quarto, vbi, & à quo fuerit incarceratus, ac decollatus. Quinto, in qua ciuitate mandatum sit humo eius sanctissimum corpus, & vbi pretiosissimum caput sit humatum. Luc. 1.

Aggrediendo igitur caput primū, dicamus quòd in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidā fuit nomine Zacharias, qui cum in templo Domini decima mensis septimi, idest, septembris sacerdotio fungeretur, venit ad eum à Deo missus Angelus Gabriel; nunciauitq; Zaccharia filium nasciturum; qui pœnitentiam, & fidem prædicando, plebem saluatori præpararet: Zaccharias autem sterilitatem vxoris, & vtriusque senectutem considerans, non credidit, & ob hoc vsque ad diem partus obmutuit: post hoc Elisabeth, concepit, videlicet in vigesimo quarto die mensis septembris, & sexta feria. Hæc de conceptione; sumamus modo tractatum eius natiuitatis, dicentes. Maria cum in Hierusalem in ciuitate Iudæ, idest in regnum Iudæ iret, oppidum, domumq; Zacchariæ penetrauit, vt salutaret Elisabeth, & tunc, ac in illis diebus Ioannes Baptista natus est in eo oppido, in quo dicitur tūc habitasse Zaccharias: oppidum autem Zacchariæ quarto miliario est vltra Hierusalem; sunt enim de Nazareth, vsque ad Hierusalem triginta quatuor milliaria, & ad oppidum Zacchariæ quatuor, vel circa: itaque natiuitas eius fuit octauo Cal. Iulij. i. vigesimo quarto die mensis Iunij, & feria simili modo sexta. Tertium præterea aggredientes de eius vitæ austeritate membrum, dicimus, Matth. dicere, quòd Ioannes Baptista habebat vestimentum de pilis camelorum, zonam pelliceam circa lumbos suos, idest, asperam corrigiam de siccis, & crudis animalium pellibus factam. At domus antrum, & desertum fuit; & sic se ipsum ad omnium patientiam durabat laborum; fluxa delitiarum cum diuitijs despiciens, atque ad omnem seuitæ rigorem coarctans. Fuit etiam propheta omnium maximus, vt hic in litera dicitur; qui in 30. anno cępit prædicare. Exiuit enim de deserto; vbi pęnitentiam prædicare iam auspicatus fuerat; & venit in regionem circa Iordanem; ubi copia aquarum, & loca periculosa erant; baptizans, & prædicans baptismum pęnitentiæ. Incarceratus verò, & decollatus fuit per Herodem Antypam in tempore paschali anno 32. à natiuitate domini, scilicet anno pręcedenti passionem domini, propter quod dicebat Herodi non licet tibi habere Herodiadem vxorem fratris tui. Decollatus autem fuit in castello quodam, quod Macherunta nominant.

(Marginal notes: 1; 2; 3 Matth. 3.; 4 Guiliel. li. 7. cap. 26.; 5 Matth. 14.)

Vltimo loco corpus eius sepelierunt discipuli eius in ciuitate Samariæ; quæ nunc Sebasta nuncupatur. Caput autem eius in Hierusalem humatum est iuxta Herodis habitaculum, & vbi corpus sepultum iacebat, multa Deus miracula operabatur, ubi multitudo Christianorum confluebat. Aduerte tamen, quòd hodiè prædictum caput Beati Ioannis Baptistæ reperitur, & est Romæ in ecclesia sancti Syluestri ad caput: quæ est propè monasterium conuertitarum. Nam dicitur ecclesia S. Syluestri ad caput, ad differentiā aliarum, quæ Romæ sub hoc sunt nomine; vel quia ibi est prædictum caput; quod à Grato episcopo ab Hierusalem

(Marginal notes: Guiliel. de decol. S. Io.; 6)

salem delatum Romam donatum fuit beato Syluestro: quod sanctissimum caput singulis annis bis, ter, quaterque exhibetur, fidelibusq; omnibus ostenditur. De hoc vide legendam in prædicta ecclesia, quæ est propè altare maius dextrorsum, & in tabula lignea scripta. His sic breuiter positis textum modo
Sap. 15. pro viribus nostris enodemus. Animaduertens ergo sancta ecclesia, quòd in ecclesiastico legitur. cap. 15. nempe; Non esse speciosam in ore peccatoris laudem: hinc factum est vt in hoc versiculo peccata nostra, & præsertim, quæ in loquendo commisimus, dissolui, relaxari, & procul pelli petat: Vt sancti Ioannis
7 laudes à nobis liberalioribus animi viribus, & organis personentur: fibrarum siquidem nomine veniunt hic extremitas illa linguæ, & vincula eius, quibus ipsa gutturi alligatur, & ista duo, si constricta fuerint, obstant quidem, & impediunt vocem liberè formari; si verò fuerint enodata, soluta, & laxata; profectò emittēdi vocem largius, & liberius facilitatem, ac facultatem præstant: simili modo si in anima nostra vires eius, mens, videlicet, & voluntas peccatis, quasi habenis, & retinaculis quibusdam fuerint irretitæ, & illaqueatæ, vtique ad rectè Dei, ac sanctorum laudem depromendam, proferendam, atque canendam sunt indispositæ. Vlterius autem indagando hunc versiculum nota, quòd hic ecclesia sancta
Isai. 6. latenter uidetur inferre velle: quod in Isaia cap. 6. legimus. Vt enim lamentabatur apud se Isaias, quòd pollutus labijs esset, & in medio populi polluta labia habentis, habitaret; & ad eum volauit vnus de Seraphim, qui calculo de altari sublato, tetigit os eius dicens: Ecce tetigi hoc labia tua, & aufertur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur, & fuit mundatus. Vnde benè canit ecclesia: Mūda cor meum omnipotens Deus, qui labia Isaiæ prophetæ calculo mundasti igni to; ita nos videmur hic conqueri, quòd labia nostra polluta sint: Idcirco sicut Angelus missus fuit ad purgandum Isaiam, ita per sanctissimum Ioannem Baptistam petimus quoque nos mundari à vitijs, & peccatis commissis. Et bene
8 per intercessionem beati Ioannis petimus solui, & purgari à reatu, culpa, crimi-
Beda. in hom. nariuit. S. Io. Bapt. ne, ac ab omnibus denique peccatis, ore, vel labijs commissis: quoniam sanctus Ioannes Christum manifestauit, per quem gratia, & veritas facta est, & ideo gratia est, Ioannes enim secundum Bedam, interpretatur domini gratia, benè ergo eum rogamus, ut auxilio eius consequamur gratiam, & veniam de peccatis labijs commissis. Itaque sic orantes dicamus. O sancte Ioannes relaxa reatū oris nostri inquinati; non vt causa principalis (quia solius Dei est, peccata dimittere) vt famuli tui resonare, & reboare venis resolutis, ac apertis vocibus, mira, uel miracula factorum tuorum valeant. Habita modo oratione ad sanctissimum Ioānem, conscendimus ad enarrationem conceptionis, ac natiuitatis suæ sic pergētes; { Nuncius celso veniens Olympo, Te patri magnum fore nasciturum: Nomen, & vitæ seriem gerende Ordine promit. } Si hic caput Lucæ primum
Luc. 1. adhibeamus, totam haud dubiè literam rectè cognoscemus: ait enim Lucas, quòd apparuit illi, scilicet, Zachariæ Angelus Gabriel veniens à cœlo empyreo, & igneo (olympus enim hoc loco non pro monte Macedoniæ multum sublimi sumitur, sed pro cœlo empyreo,) & stans à dextris altaris, ait Angelus ad eum: O Zacharia: Vxor tua Elisabeth, pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem, & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt: erit enim magnus coram Domino & vinum, & sinceram non bibet, idest poculum, quod inebriare potest, bi-

biturus non est:(Non enim decet vas cœlesti mancipatum gratiæ sęculi illecebis deseruire) & spiritu sancto replebitur ad huc ex vtero matris suæ. Reliqua tibi obseruanda relinquo apud præmemoratum sanctum Lucam. Ad hæc dixit etiam Angelus Zachariæ, filio tuo nasciturо erit nomen Ioannes Baptista: series item,& ordo, atque modus vitæ eius gerendæ erit:ut ciuium turmas fugiat,& in terra deserta habitet,vt induatur pilis camelorum, vt cingatur corrigia pellicea,vt sit propheta magnus: de quo ait Dominus,nullus inter natos mulie- Matt.11.
rum maior surrexit Ioanne Baptista:vt Christum baptizet:vt demum decolletur,& martyrio coronetur,multisque sit refertus bonis:de quibus in sequentibus hymnis dicitur diffuse. Sed hæc supradicta non credens, nec illis fidem adhibens Zacharias; { Ille promissi dubius superni Perdidit promptę modulos loquelæ. Sed reformasti genitus peremptæ Organa vocis. } Ideo autem 9
perdidit Zacharias modum locutionis;affatum,& articulatam prolationē promptæ loquelæ(amisit enim affatum,& obmutuit usque in diem partus) quia considerans suæ vxoris sterilitatem, & vtriusque etiam senectutem non credidit: Vnde Angelus dixit ei;& ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in Luc.1.
diem quo hæc fiant,& pro eo,quòd non credidisti verbis meis,quæ implebuntur tempore suo:significans quidem,quòd iam adueniente Christo lex,& Prophetæ adimpletæ tacerent.Hinc sanctus Chrysostomus: Ideo Zacharias sacer- Chrysost.
dos Iudęorum obmutuit:quia cessare,& obmutescere oportebat sacrificia eorū quæ pro peccatis populi offerebantur. Per hoc quoque quòd Zacharias du- 10
bitans factus est mutus,significatur,quòd lingua dubitātis in fide facta est muta:quoniam eius oratio non est Deo placita,idest,accepta. Per hoc etiam,quod post reuelationem sibi factam obmutuit,innuitur,quod post reuelationem aliquam,vel visionem debet homo reticere, quasi mutus. Itaque natus Ioannes Ludolphus c.4.
reformauit organa vocis patris. Vnde dicit Lucas:cum in die octauo circumcideretur puer,vocabant eum nomine patris sui Zachariam, sed dicebat mater eius:nequaquam:sed vocabitur Ioannes, & Zacharias nomen filij indicaturus Luc.1.f.
scripsit:Ioannes est nomen eius,& illicò apertum est ōs eius, & sic os, quòd Angelus clauserat promissus ab Angelo filius reserauit. Quod autem aper- 11
tum est os Zachariæ,& resoluta est eius lingua,significatur,quod linguam, quā uinxit incredulitas,soluit fides:Quo facto etiam gratia noui testamenti reserata,& manifestata esse ostenditur: Quo circa Ambrosius ait, vide,quàm bonus Ambros.
Deus est,facilis indulgere peccatis,non solum ablata restituit:sed etiam insperata concedit;ille dudum mutus prophetat: hæc est gratia Dei maxima, quòd eum,qui negauerat,confitetur. Nemo ergo diffidat,nemo veterum conscius delictorum præmia diuina desperet:Nouit Deus mutare sententiam:si tu noueris emendare delictum. Et non solum Ioannes patri nascens reddidit organa vocis,uerum antequam in lucem ederetur,& dum in ventre matris suæ erat, sensit Christum existentem in purissimo alueo matris suæ:quod hic subsequitur Ecclesia,cum ait; { Ventris abstruso positus cubili,Senseras regem thalamo manentem: Hinc parens nati meritis vterque Abdita pandit.}

Abstrusum ex ab præpositione & trudo sub interiecta, & interposita,significat occultatum,& occlusum. Tu ergo sancte Ioannes Baptista existens in occultato,occluso,& tenebroso cubili,idest,tabernaculo,& in carcere ventris matris tuæ:senseras,& salutasti ex vtero in vtero saluatorem, & regem Christum

thalamo

ostensionis suæ ad Israel:& id profecto faciebat, vt ait hic uersus:ne etiam leui famine,idest,verbo otioso, atque sermone, & locutione vitam suam macularet ex conuictu, & quotidiana conuersatione inter populum. Ideo ait author: § Ciuium turmas fugiens. §. Legitur enim in Ecclesiastico:qui picem tetigerit, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo,induet superbiam: & in psalmo: cũ peruerso peruerteris.O sancte Ioannes mirabilis quidem erat scientia tua. Tu enim sciebas,quòd Dominus præcepit Israelitis, ne cum gentibus inirent amicitias,ne essent ipsis in ruinam. Dicebat enim Dominus ad Moysen, caue tibi ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ tibi sint in ruinam,sed & aras eorum destrue,& confringe statuas,lucosque succide. Item tu sciebas,præceptum Domini extare, ne cum gentibus nuberent. Nec vxorem(dicebat Dominus ad Moysen)de filiabus eorum accipies filijs tuis:ne postquam ipsę fuerint fornicatę,fornicari faciant in deos suos filios tuos. Bene item tibi constabat,ob id virum Dei à leone occisum fuisse:quia cum falso propheta ambulauit,& comedit. Nec te etiam prçteribat dixisse Dominum populo Hebræorum:vinum tuum mixtum est aqua. Vnde sicut vinum aqua mixtũ virtutem amittit:ita homo quamuis bonus sit,si cum malis ambulauerit,amittit virtutem, & sensim deficit deuotionis eius feruor. Vltimò,ne Loth periret cum nefandis peccatoribus egressus est eius ciuitatem, & positus est extra mænia. Sciens ergo tu sancte Ioannes hæc omnia in cryptas te abdidisti:vt animã tuam saluam faceres.Et non solum se recepit in obscuram speluncam Ioannes; vt nõ macularet uitam suam: sed etiam,ut exurgentem intrinsecus forte strepitum terrenorum desideriorum premeret, & quoddam sibi cum Domino intra se secretum quæreret; deinde alijs prædicaret. Sed expositione sequentem prosequamur literam:in desertum,inquam,secesit Ioannes, & quibus se tegebat uestibus,ait inquiens. § Præbuit hirtum tegumen camelus Artubus sacris strophium bidentes. Cui latex haustrum sociata pastum,mella locustis.§ Dicit Matthęus de Ioanne:ipse autem Ioannes habebat uestimentum de pilis camelorum,& zonam pelliceam circa lumbos suos. Marcus uerò: & erat Ioannes uestitus pilis cameli,& zona pellicea circa lumbos eius.Habebat ergo hic sanctus circa artus,idest,membra corporis sui tegumen idest, asperum uestimentũ, siue cilicium, & tunicam de duris camelorum pilis contextam. Seruis enim Dei non conuenit habere uestimentum ad speciem,& ad decorem uisionis, nec ad mollitiem,seu delectationem carnis:sed tantum ad nuditatis tegumentum: non enim munditiam uestium;sed cordis à nobis etiam sacerdotibus Deus requirit:& non nitor uestium,sed splendor morum ornat clericum. Vnde ille diues,de quo in Euangelio legitur, nullis alijs ex causis damnatus est, nisi quia quotidiè epulabatur splendidè,& induebatur purpura, & bysso. Itaque sicut Ioannes Baptista errigiam circa lumbos suos, in quibus est sedes luxuriæ, habebat ad carnẽ, uel luxuriã mortificandã,& sicut Ioannes eã crucifixit cum uitijs,& concupiscentijs,quod eorũ esse proprium debet,qui sunt Iesu Christi;sic nos, qui & Dij aliqñ appellamur Deo uiuo,& uero capiti nostro mẽbra nostra pura,& munda,nec nõ & corda sincerissima exhibere,& præbere debeamus,cũ præsertim ad altaris sacrificium,& libamen accedimus. Cæterum ubi ait hirtum:dic hirsutum, horridum,pilosum,atque uillosum. At strophium(omissis alijs eius significationibus)hic pro cingulo, & zona sumitur, quod corpus stringat,

Ecclesiast. 13. Psal. 17. 2 Exod. 34. 3 Reg. 13. Isai. 1. Genes. 19. 3 Matt. 3. 4 Marc. 1. Dist. 41. c. clericus. Luc. 16. Psal 81. Luc. 9. 5 6

Deo in mundum; venit, vt testimonium perhiberet de lumine ; & non erat ille
lux. Vbi nota,quòd vates dicitur à vi mentis,& modo sacerdotem,modo poē 12
tam', & modo prophetam significat, ut hic potest videri . Porrò iubar hic
Christus dicitur:quoniam est lux vera,quæ illuminat omnem hominem venien- Ioan.1.
tem in hunc mundum , & quia est lumen de lumine : de qua luce Dauid etiam Dauid. psal.
ait: exortum est in tenebris lumen rectis corde: misericors , & miserator,& iu- 111.
stus. Nota ibi verbum,indice idest,digito: quod Iulianus apostata post mor- 13
tem Ioannis præcepit ossa per agros spargi,& comburi : Digitus tamen ille, quo
Dominum monstrauit, non potuit vnquam comburi . Vnde factum est tan-
dem , vt voluntate Dei incideret in manus eorum fidelium hospitum ; qui olim
Rhodi; sed hodiè Melitæ equites vocantur : qui diu ipsum in ea insula asserua-
uerunt, venerantes semper eum mirum in modum : postmodum asportauerunt
ipsum in Melitem insulam:ubi hodiè hi illustres equites degunt , & à qua dicti
sunt Melitenses equites . Digitus autem iste sancti Ioan.Baptistæ est in ecclesia
sub eius nomine nuncupata . Et non solum digitus est inibi:verum & mentum: 14
Et nota prout retulit mihi hic Romæ magni magistri religionis illius illustris-
simæ opoarisarius, & multi alij domini Equites) quòd ibi fabricantur multi
anuli , qui si missi fuerint in illum benedictum digitum : extracti postmodum
ab illo,' operantur multa bona ; præsertim ut citius mulieres:si quæ illum in di-
gitis manuum earum habuerint ; pariant filios . Præterea ibi etiam in prædi- 15
cta ecclesia sancti Ioannis Baptistæ Melitę est vnum brachium eiusdem,sed alte-
rum brachium Senis reperitur in ecclesia cathedrali: quod ab Alexandro magno
aliàs à Scander Bego , Turcarum acerrimo hoste fuit à Constantinopoli del-
atum , & ab eo donatum Pio Papæ secundo de Piccolhominibus, qui ipse Se-
nensibus sacerdotibus & dono dedit , & sic hodiè in prædicta reperitur ecclesia.
At reliqua corporis istius sanctissimi viri Ioan.Baptistæ pars hodiè reperitur in
Genua,celeberrima profecto ciuitate,nempe in cathedrali,& metropolitana ec-
clesia,sed in puluere,& cinere redacta est . Et dicitur, illam à mercatoribus Ge-
nuensibus illuc fuisse delatam . Quia sanctus Ioannes nunquam peccauit & in
bonitate perfectus fuit:ideo subsequitur sancta ecclesia . § Non fuit vasti spa-
tium per orbis Sanctior quisquam genitus Ioanne: Qui nefas sæcli meruit lauā-
tem Tingere lymphis. § Sanctus , inquam, est in bonitate, & eo quòd sanctus 16
nunquam peccauit. Vnde perfectus erat homo;& quidem eius gratia tanta com
mendata est:vt Dominus ipse de illo diceret,inter natos mulierum nemo surrexit Matth.11.
maior Ioanne Baptista, loquens de hominibus ex complexu maritali genitis:per
quod, ut fatur Dionysius, Christus ex virgine natus , & ipsa sacratissima Virgo
eius mater excipiuntur:qui & præmissus fuit ; vt Dominum humilem baptiza-
ret . Cur autem Christus baptizari voluit:dixi supra in hymno Epiphaniæ;qui 17
incipit : § Hostis Herodes impie § hic tamen referam nonnulla, quæ docuit me
pater sanctus Augustinus dicens , quòd Dominus voluit baptizari propter hu- Aug.in serm. natiuit.sanct.
militatem:non propter iniquitatem,& inueni (inquit) quare est natus,inuenies Ioan. Bapt.
quare sit baptizatus, ibi quippe inuenies humilitatis viam , quam pede superbo
non capis; quam nisi humili pede calcaueris,ad celsitudinem , quo ducit perue-
nire non poteris: studeamus ergo,fratres præamandi,humilitati,si volumus exal
tari:Baptizatus, inquam,est Christus propter te,qui descendit propter te. Vide
quantus factus sit tantillus . Baptizauit,dico,creatura,creatorem,lucerna solem,

& non se exaltauit baptizator: sed subdidit baptizando. Itaque non fuit vllus sanctior Ioan: Baptista per spatium longi, & largi; & ampli mundi, qui meruit tingere, & baptizare aquis Iordanis Christum purgantem, & lauantem nefas, idest, peccatum sęcli huius. Baptizauit autem Ioannes Christum in Iordane; quia, ut scribit Albertus magnus, in Iordane figura baptismi præcesserat in transitu filiorum Israel per vada Iordanis. ut Iosue 3. & 4. & in diuisione, quando Elisęus diuisit aquas percutiendo eas pallio Eliæ, ut 4. Reg. 2. & quando Naaman ad præceptum Elisęi lotus septies in Iordane, recepit sanitatem, vt 4. Reg. cap. 5.

Alber. mag. in Matth 3. Iosue 3. & 4. 4. Reg. 2. 4. Reg. 5.

In eadem Natiuitate ad Laudes Hymnus Tertius.

ET quoniam (retenta superiori materia) o sancte Ioannes meruisti lymphis tingere Christum, ideo te sanctiorem omnibus, te beatum, te merito celso dignum uocare debemus, dicentes. §O nimis fœlix, meritiq; celsi: Nesciens labem niuei pudoris; Prępotens martyr, eremiq; cultor, Maxime uatum.§ Sic

Idem Auth. qui supra.

1 sanctum lauda Ioannem Baptistam.§ O eremi cultor, ô maxime uatum, ô prępotens martyr, nesciens, & ignorans labem, & sordem peccati; es niuei quidē pudoris, & singularis castitatis; Ite(m)q; meriti es celsi compos, atq; particeps.

O nimis fœli(x): iam enim te dignatus est æterna fœlicitate Deus in regno suo; iam es, inquam; adeptus vitam æternam. O fœlix dico; quia gloria, & honore coronatus es a Domino: Iam obtines præmium prędicationis tuæ; iam in capite coronam geris martyrij. O fœlix, qui contempsisti uitam, & delitias mundi. O fœlix, inquam, qui te elongasti, fugiens, & in solitudine manens inuenisti pennas, sicut columbæ, & modo requiescis: iam enim te in cœlum euexerunt.

Psal. 54.

2 Quare præpotens martyr fuit Ioannes Baptista eo: quia non secundum eum modum, quo cęteri martyres, ille subijt martyrium: Cæteri siquidem martyres passi sunt tormenta, atque martyrium subiere post Christi passionem; quia mortem, quam saluator eorum, ac etiam noster dignatus erat pro illis pati; hanc illi reddebant. Etenim (ut dicitur in cap. in nonnullis. de Iud. & Sarac.) opprobrij illius dissimulare non debebant; qui probra sua, & nostra etiam deleuit: atqui Ioannes non solum, antequàm Christus pro se moreretur, iniurias Dei dissimulare nequiuit, ac noluit; sed etiam prius voluit tolerare martyrium: passus est enim martyrium anno præcedente passionem Dñi. i. anno 32. a natiuitate Dñi. Fuit igitur decollatus (secūdū Matt. 14. & Mar. 6.) ab Herode, cum uno anno, & tribus mensibus prædicasset, & plurimos conuertisset: & quia vno die prædicabat, & dicebat Herodi; qui fratri suo vxorem Herodiadem abstulerat, sibiq; copulauer at illicitè: (cum secūdū legem, quā acceperat, nō liceret sibi habere vxorē fratris sui eo uiuente; circuncisionem acceperat, ut magis Iudęis acceptus esset, & regnare super eos posset, ideo ad legem Moysi tenebatur in hoc, sicut & cęteri) non licet tibi habere vxorem fratris tui: tunc Herodes fecit eū sibi adduci, ligari, ac in carcere detrudi, ac etiam deniq; martyrij coronā (faciendo eum decollari) assequi. Hinc est, q(uod) dicitur, Ioannes natus est decrescentibus diebus. Christus aūt crescentibus: quia Ioannes minuit capite: & Christus in cruce extendit. Vel secundum Bedam, decreuit, ac minoratus est Ioannes: quia qui Christus æstimabatur, q(uod) non Christus ipse, sed Christi pręco esset, apparuit. Creuit quippe Dñs: quoniam

Cap. in nonnullis. de Iud & Sar.

Matth. 14. Mar. 6.

Beda in hom. sancti Ioan. 3 Baptistæ. Aug. in serm. natiuitatis S. Ioā. Baptistæ.

quoniam per totum orbem fidelibus; quòd Christus esset, qui propheta crede batur, innotuit: vel (vt sentit August.) Ioan. natus est in tempore, quo incipiũt decrescere dies, vt humilietur homo; eo die natus est Christus: quo incipiunt crescere dies, vt exaltetur Deus. Cęterum nimis hoc loco sumitur per ualde, sicut etiam in Psal. 47. Magnus Dominus, & laudabilis nimis, & in Psal 138. Mihi aũt nimis honorati sunt amici tui Deus; nimis confortatus est principatus eorum. Itẽ uates hoc loco ꝓ propheta sumitur. aliqñ tñ sumit pro quocunq; diuinatore; inde vaticinator, & vaticinium. Vates enim dicitur quasi vas theu i. dei. Aliquãdo capitur pro poeta. Sequitur modo iterum vates noster & alia Ioan. Baptistæ prodit, & celebrat præconia cũ ait: { Serta ter denis alios coronant, Aucta crementis, duplicata quosdam. Trina centeno cumulata fructu Te sacer ornant } Scire debemus hic; quosdam homines in hoc mundo coniugatos esse; quosdam verò uiduos, quosdam deniq; virgines; Hominibus coniugatis a sacris authoribus serta ter denis aucta crementis sunt assignata, quæ eos coronant: Viduis uerò serta duplicata ter denis crementis sunt accommodata: Virginibus aũt serta trina cumulata centeno fructu sunt tradita, indulta, & data, vt hic assignantur Ioanni Baptistæ. Serta igitur ter denis aucta crementis hic sunt præmia ijs præparata, qui fructũ trigesimũ bonorũ operũ hoc in mundo uiuentes sunt assecuti: & illos coronant, qui vitam coniugalem, legitimè, & castè egerunt. Duplicata uerò serta sunt cęlestis præmij munera ijs elargita; qui cum hanc viuerent vitam sexagesimum fructum consequuti sunt: & illa eos quidem coronant qui vidualem hic integrè illabefactéq; continentiam seruauerunt. Serta verò trina, & centeno percumulata fructu sunt illa cœli præmia: quæ centesimum bonorum operum fructum; iam adeptis duobus; sunt assecuta: & ista vltima coronant, & ornant, qui cum mundanam vitam traducerent, virginalem amauerunt seruare pudorem. Inter quos beatissimus Ioannes Baptista miro coruscat splendore, qui quidem & virgo: & prædicator, & magister fuit. Pauci enim, inquit Greg. 50. dist. c. quia sanctitas, habent hoc priuilegium, vt tri plicem habeant laureolam, sicut Ioannes: Vnde versus. Laureolam virgo, martyr, fideiq; magister: præter communem dicuntur habere coronam. De uirginitate enim dicit Ambr. (32. q. c. nuptiæ:) Nuptiæ replent terram, virginitas paradisum. Quæ autem, & quot priuilegia virginitas habeat, docet Abb. in c. causam, extra de probat. Etenim virginitas sola est potens Deo animas præsentare, ut in auth. de lenon. §. sancimus. col. 3. Vltimo loco ex isto versiculo collige, quòd primi homines, uidelicet coniugati sunt similes semini illi (de quo Luc. c. 8.) ꝙ fructum trigesimum protulit. Secundi, vidui nempe sunt similes illi semini, quod centesimum fructificauit, & fecit fructum. Itaq; sic ordina literã. Serta i. coronæ triginta coronant alios, scilicet coniugatos; qui habent secũ fidẽ trinitatis sanctissimæ, & decem legis præcepta obseruant. At alia serta aucta, augumentata, & duplicata crementis. i. ad duplum crescentia, hoc est in sexagesimum fructum; quosdam coronant, videlicet, continentes & trina deniq; serta cumulata, aggregata ex ter triginta, aucta ẽt per additionem denarij, scilicet per decem: coronant te, ò sancte Ioannes: qui es virgo. Quoniam verò magna sunt apud Deum tua merita, & copiosa quidem, & eximia, o Ioannes beatissime: proinde: { Nunc potens nostri meritis opimis Pectoris duros lapides repelle: Asperũ planans iter, & reflexos Dirige calles. } O sancte Ioannes tuis, inquã, opimis, abũ

Psal 47. Psal 138. 4 5 6 7 Greg. dist. 50. cap. quia. Ambr. 32. q. 1. nuptiæ. Abb. in c. causam. extra de probat. 8 Authen. de lenon. §. sancimus. col. 3. Math. 13. Luc. 8. 9

Q dantibus,

dantibus,pinguibus,& magnificis,atq; opulentissimis meritis nostri pectoris,&
cordis repelle duros lapides:& aufer a nobis cor lapideũ,& durum:& ad intelle-
ctũ Dei quasi insensibile:uel ẽt incredulitates:ut non similes illis gẽtibus simus,
quæ idola de lapidibus facta colebant:sed da nobis,& tu Deus cor carneum,&
Ezechiel. 11. molle,sicut populo Israel per Ezechielem daturus pollicitus es:dicens; Dabo ei
cor carneũ,& spiritum nouũ tribuam in uisceribus eorũ:& auferã cor lapideũ.
& dabo eis cor carneũ,vt in præceptis ambulent: Quoniam non secũdũ carnem
tantũ;sed tantũ fidei imitatione filij Abrahæ esse volumus. Vel per duros la-
pides:quos Ioan.Baptista digito demonstrauit,& ostendit filijs Iacob, qui duo-
Iosue 4. decim erant,quos Iosue per duodecim duces tribuũ Israel de medio, & fundo
Iordanis in aridam transportari pręcepit:qui ẽt totidem in eodẽ alueo e terra re
poni fecit:intelligere possumus.Per primos liquidẽ lapides ariditatem, & exicca
tionẽ Iudæorũ significauit,ac figurauit Iosue:per secundos verò fidem gentiũ
per baptismum significauit:vel per primos emersionẽ,& exitũ gentiũ in luce fi-
dei:per secundos submersionẽ Iudæorum in infidelitate demonstrauit. Nos
igitur hic petimus auferri a nobis illos duros lapides:ariditatem,uel submersio
nem Iudæorũ in infidelitate figurantes:& de duris, & peccatoribus fieri deuo-
10 tos:Quod vtinam in me dignẽt Deus ostendere. Cęterũ vbi ait § Asperũ planãs
Isai. 40. iter,& reflexos Dirige calles:videt uates hic alludere ad illud Isaiæ 40.& latenter
Luc. 3. inferre velle. Quod ẽt Luc.3. euangelizauit:& beatus Greg.huiusmodi Isaię,&
Gregorius. Lucę verba nẽpe;& erũt praua in directa,& aspera in vias planas:exponens dicit
sic:Aspera in vias planas immutant;cũ immites,atq; iracundę mentes per infu-
sionẽ gratiæ ad lenitatẽ mansuetudinis redeunt;& praua in derecta fiunt,cũ ma-
lorũ corda,per iniustitiã detorta,ad iustitiæ regulam dirigunt. § Asperũ planans
iter,& reflexos, Dirige calles § sancte Ioãnes,idest,nostras superbas,& elatas mẽ
Ioan. 1. tes,atq; immites,& asperas per verbũ veritatis(tu.n.manifestasti: ꝑ quẽ gratia,
& veritas facta est,& verbi vox es) fac humiles,& mansuetas ad suscipiendũ ver
bũ veritatis,& Dei ipsius. & reflexos.i.detortos,& curuos in peccatis nos dirige
ad spiritualem,& perpetuam viuendi normam,tuis scilicet opulentissimis meri-
tis;quæ profectò & cõgrui,ac digni,nec nõ & condigni semꝑ merita fuere:In te
enim oĩa merita(ideò sancta Ecclesia plurali vsa est numero) cõspecta sunt. Tri-
plex.n.distinguit meritũ;scilicet cõgrui;digni & cõdigni; Meritũ cõgrui est per
quod disponit subiectũ,ut possit recipere gratiã secũdũ rõnem diuinæ iustitiæ:
vnde & secundũ hoc meritum possumus dicere,ꝙ se disposuit ad gratiam reci-
piendam Maria Magdalena;de cuius merito infra dicit: § Per peccatricis meritũ
Peccati solue debitum. § Meritũ verò digni dicit idoneitatẽ operantis ad asse-
quendũ id,quod meret. At meritũ cõdigni dicit æqualitatẽ meriti ad remunera
tionẽ:dico aũt æqualitatẽ nõ arithmeticã;sed geometricã.i.nõ quãtitatis,sed pro
portionis. § Vt pius mũdi sator, & redẽptor. Mentibus pulsa luuione puris,Ri
11 tè dignẽ veniens sacratos Ponere gressus. § Deprecamur hic vnà cũ sancta ma-
tre Ecclesia: vt ipse mundi sator,creator,conditor,atq; factor Deus, & redẽptor
humani generis ad nos venire, & in mentibus nostris:ac a peccatis expiatis, &
purgatis:maiestatis suæ vestigia,pedesq; figere dignẽt sicut diligentibus se pro-
Ioan. 14. misit,ꝙ,scilicet,ad eos ueniet: ut per Io.14.& mansionẽ apud eos faciet. Pul
sa ergo luuione,& abiecta omni sorde vitiorum,atq; omni peccati nigrore, di-
gnẽt ueniens Deus in mentibus nostris sacratos gressus, idest, sua sanctissima
præcepta:

præcepta:(quæ secũdum eius voluntatem gradiendi viam demonstrant, ac præbent,ac ẽt suam sanctissimam legem,quæ mẽtibus & pedibus, sinè affectibus no stris sit velut lucerna:rectam nobis uiam ad benè,beateq; uiuendum demõstrãs) ponere,figere,atq; immittere.quod pro sua bonitate amator hominis Deus benedictus in sæcula mihi,omnibusq; affluenter præstet. Vt sicut, § Laudibus ciues celebrant superni Te Deus simplex, pariterq; trine: Supplices, & nos veniã precamur: Parce redemptis.§ Amen. Ita & nos pari modo possimus te cãtibus,& laudibus Dñe promere,& celebrare. Te.n.Dñe superni, ac beati in patria,& cœlestes Angeli laudant:& celebrant laudibus,O Deus simplex in substãtia s. & trine in personis.Nos verò in non solum cupimus te laudare: sed humiles precamur veniam a te de nostris peccatis,& indulgẽtiam. Præterea aduerte, ꝙ aliter laudamus Deum nos hic in mundo(ut prænotauimus supra lib.2 in hymno sextæ feriæ ad matutinum)vel hic in uia;aliter in patria a beatis laudaĩ, celebraturq;. Etenim Deũ nos laudamus in uia, in creaturis,siue per creaturas: eo ꝙ lucet in eis. In patria verò beati,& ciues superni laudant,ac celebrant Deũ in se magis perfecti,quia ẽt perfectius cognoscunt, & diligunt, eo quod vident per essentiam,& omnia in eo. Itaq; o Dñe parce,& dimitte nobis tuis redemptis peccata nostra:quia redemisti nos in sanguine tuo.Tantus ergo sanguis, & labor non sit cassus. Amen. Vltimò refert Durandus,ꝙ Paulus historiographus Romanæ Ecclesiæ diaconus Longobardus, Cassinensis Monachus: quadam die cum uellet paschalem cæreum consecrare, ita raucæ factæ sunt fauces eius:cum prius essent vocales,vt firmo cantu,ac illis sex vocibus musicis;Vt,nempe, Re,Mi,Fa,Sol,La uti non posset ad consecrationẽ huiusmodi cerei faciẽdã: Ideo vt uox sibi restitueretur,inuocauit sanctum Ioannem:hymnumq; prædictũ in honorem illius cõposuit;in cuius principio,videlicet,ibi, § Vt queant laxis resonare fibris.§ Petit vocis restitutionem:& pristinã sex illarum vocum efformationem, ac prolationem, quam obtinuit: sicut, & merito sancti Ioannis restituta est Zachariæ.

Apoc.5.

Guliel.lib.7. cap.14.

In Festo sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli ad Vesperas Hymnus Quartus.

SAncta mater Ecclesia cum non nullas in honorem,& memoriam sancti Ioannis Baptistæ persoluerit huc usq; laudes,& præconia:Modo uertit se etiã ad sanctorum Petri,& Pauli victorias concinendas:qui mundum eorum sapientia, & doctrina,atq; prædicatione perfuderunt:& inquit. § Aurea luce, & decore roseo:Lux lucis omne perfudisti sæculum: Decorans celos inclyto martyrio, Hac sacra die,quę dat reis veniam:§ & reliqua. Vbi diuina laudaĩ bonitas:qđ beatorum Apostolorum Petri, & Pauli gloria, ac splendore totum terrarum orbẽ illustrauerit. Secundò ipsorum pręconia,nunc simul, & coniunctim: ut in secundo versiculo,enarratur. Tertiò ob tantorum uirorum splendorem, ac merita almæ Vrbis Romæ fęlicitas,& excellentia,atq; pulchritudo magnificatur,celebratur,& prædicatur. Igitur ad intelligentam præauditi versiculi; dicimus 1
sanctissimos Apostolos oẽs (sicut nullum hominẽ pręterire hoc credo) doctrinæ euangelicæ maximos fuisse prædicatores;Paulũ potissimũ;nec non etiã eorũ

Pelagius dist. 21. c. quãuis. Anacletus dist. 22. c. sacrosancta. Ambr. 2. q. 7. beati. Nicolaus de elect. in 6. ca fundamenta. Chrys. in homil. cõmemorationis beati Pauli.

multos corona martyrij fuisse coronatos: Petrum maximè, & Paulum; qui vno tempore, una eademq; die, & vno percussore in vrbe Romana decimo Neronis imperij anno fuerunt occisi: crucifixus Petrus, & Paulus decollatus, ac gloriosissima morte coronati. Pelagio dist. 21. quamuis, Anacleto dist. 22. sacrosancta. Ambrosio, 2. q. 7. Beati, Nicolao, fundamenta. de electione in 6. & Ioan. Chryso. testibus. Qui Chrysost. de Petro ait, & ad magistri quidem similitudinem volui sti crucifigi, non recta quidem figura: ut Christus Dominus: sed capite in terrã uerso, tamquam, qui a terra in cœlum iter faceres. Idem, gaudeas & tu beate Paule; cui caput fuit ense amputatum: cuius virtutes nullis uerbis explicari possunt. Iccirco cantat Ecclesia, quod aurea luce, & decore roseo terra, & sęculum perfunditur: nempe istorum tantorum virorum Petri, & Pauli. Dicamus itaque sic: Aurea luce, idest, clara, & fulgida luce prædicationis, & doctrinæ Apostolicæ: & roseo decore, idest, rubeo martyrio, & sanguine, atq; uenustate martyrij istorum duorum luminum ecclesiæ: Tu ô Christe lux lucis perfudisti, & replesti sę

2 culum, & totum mundum: sanctum quoq; Romanam Ecclesiam sanguine eorũ consecrasti tibi Domine Iesu Christe: Ipsos verò Apostolos iam diu cœlo destinatos insigni martyrij corona adornasti in vna, & eadem die, & festiuitate, quę hodiè recolit, ac peccatoribus veniam, & indulgentiam dat plenam. Et sic hic apparet: ꝙ per cœlos, Apostolos intelligimus. Vel dicamus, quod doctrina, &

3 prædicatione Apostolorum, & eorum cruore decorauit Deus sęculũ: per martyrium uerò, ꝙ ipsi subierunt, ornauit Deus cœlos ipsos: quia statim atq; ipsi passi sunt, cęlos ingressi sunt: quos modo ipsi decorant, & illustrãt. Vel ꝙ ornant cœlestes creaturas. Cæterùm lux lucis hic dicit̃ Christus. i. filius Dei, qui est lux superintellectualis & supersubstantialis; oẽm superans lucem, cum corporalem, tum spiritualem. Itẽ roseo decore hic dicit̃. quia rosa ob colorem sanguineũ;

4 quem præfert; martyribus ascribi solet, ut virginibus ascribitur lilium ob candorem. Demum cœlorum nomine Apostolos (ut diximus) intelligere possu-

5 mus: quòd ita cęteris hominibus dignitate præcellunt, sicut cœlum terræ superest, & supereminet, & est ea præstantius. Quando igitur in Psal. 18. & 96. legit̃: Cœli enarrant gloriam Dei: & annunciauerunt cęli iustitiam eius: utrumque Apostolis attribuitur. Quare habita ad filium Dei oratione: uertit se modo ad Apostolorum principem primo, ac secundo ad vas electionis Paulum videlicet, sic incipiens eos laudibus extollere; ⸗ Ianitor cęli; doctor orbis pariter. Iudices sęcli vera mundi lumina; Per crucem alter, alter esse triumphans: Vitæ senatum laureati possident. ⸗ Hic ianitor cœli, & ostiarius est beatus Petrus Apostorum princeps; Nam ipse (ut per Matthæum 16.) a Deo accepit claues regni cęlorum, idest, iudicis potestatem. Sanè Petrus accepit claues regni cęlorum: In vna etenim Deus dedit scientiam discernendi inter peccatum, & peccatum: in altera verò dedit ei potestatem eijciendi aliquos ab Ecclesia, uel recipiendi, ut legitur apud doctores, & præsertim in dist. 20. c. decretales. & 34. q. 1. quodcunq; quod cognosci potest, quando uadis ad sancti Petri templum: vbi vides super altare suum eius simulacrum, duas habens claues: alteram quidem auream, & alteram argenteam. Potest autem argentea clauis significare iurisdictionem temporalem; Quod Petrus exerceat eam in ouium, idest, fidelium sibi iam commissorum corpora.

Psal. 18. Psal. 96. Matth. 16. Claues ordinis, & iurisdictionis. Dist 20. c. decretalis & 34. q. 1. c. quodcunque.

Aurea uerò spiritualem dignitatem, ac iurisdictionem: quòd eam exerceat

pro

pro animabus fideliū m. Hinc est, ꝙ aurea stat altior, quàm argentea. Vel dicamus, ꝙ aurea clauis charitatem, & dilectionem significat; argentea verò scientiam, sapientiam, & doctrinam: quas quidem uirtutes debet habere quilibet prelatus, Papa, & Christi Vicarius præsertim; qui ter Dño respondit interrogatus, an eum amet, Tu, inquit Petrus, scis; quia amo te; quo designatur charitas, & Ioan 21.
dilectio, atq; amor; Dixitq; ei Christus ter; pasce oues meas, quo sapientia, doctrina, eruditio, atq; institutio erga subditos suos signatur. Quòd autem per 6
aurum charitas designetur: per argentum uerò, scientia, patet, & expresse per sacrorum ecclesiæ doctorū doctrinas & in tali sensu accipit in c. legimus. dist. 36. & apud Greg. in lib. Moral. 4 c. 35. & lib. 34. c. 7. Porrò quod Petrus, & Pau- 7
lus, ac cęteri subsequenter Apostoli sint huius sæculi iudices; ipsemet Deus per Matth. 19. testatur dicens: Amen dico uobis, ꝙ uos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ: sedebitis & vos sup sedes duodecim, iudicantes duodecim tribu Israel. & Paulus de se (cū ad Cor. 1. scribit) ait; nescitis, quoniam Angelos iudicabimus. Quod deniq; Apostoli uera mundi sint lumina; ex verbis Dñi constat, quibus per Matth. 5. dicit ad illos: Vos estis lux mundi, &c Hinc est, ꝙ uitæ senatum laureati etiam possidēt, 8
idest lauro coronati, & uictrice æternæ gloriæ corona exornati possident uitæ senatum, ac principatum uitæ æternæ: ascripti enim sunt illi senatoribus regni cęlestis, & facti sunt assessores regni cęlestis: vt ad instar senatorum temporaliū; qui soli in senatu sententiam dicere possunt. ut l. fi. de senator. sententiam in die iudicij ipsi quoq; ferrent. Et sicut a sententia senatus, & a sententia capituli hodie non appellatur, ut in l. 1. ff. a quib. appell. non licet, & c. 1. de his quę a maior. Ita nec a sententia sacri senatus cęli datur appellatio. Est autem senatus ipsorum senatorum cętus, consensusque. Senatores uerò sunt illi centum viri, qui olim a Romulo; sunt instituti, quos ob honorem patres, ob ætatem senatores a senio appellauit; ab his uerò geniti patritij dicti sunt. Deinde Tarquinius priscus alios centum equestris ordinis adscribi in senatores operam dedit: Patresque conscripti tunc primum cępti nominari, ueluti in nouum senatum lecti, atque conscripti. Et nota, quòd Ecclesia habet ipsa quoque senatum. 16. q. 1. Ecclesia, cuius senatores sunt Cardinales; qui ecclesiæ sunt (ut c. mysterium, de offic. Archipresb.) cardines, atque columnæ. sed consistorium propriè est locus, ubi sedet princeps, vel Papa, At tribunal est locus, ubi Sedet iudex ordinarius in audiendo, & iudicando: ut not. de Appellat. & infra. §. ad hęc. in authen. Cæterum istorum duorum Apostolorum alter triumphat per crucem in cœlis, scilicet archiapostolus Petrus, qui apposite dicitur crucifixus capite in terram uerso, ut tamquam, qui a terra in cęlum iter faceret cum Christo; qui omnes ascendit cęlos, ubi nunc sedet ad dexteram patris triumphans, & regnans per omnia sęcula sæculorum. ipse quoque triumpharet: & certè cum Christo Petrus triumphat. Nam Dominus petenti Petro: Quò uadis Dñe, respondit Romam iterum crucifigi: Petrus autem dixit ei: Dñe reuertar, & sequar te. Vnde & cum martyrio secutus sit dominum, & triumpho etiam secum dignum fecisse eum Dominus creditur; Petrus namque cum a Nerone in vincula coniectus, suadentibus Christianis fratribus clanculū discedisset liber à Cęsare; iam portam vrbis (ubi hodie sacellum quoddam paruum cernit, quod ibi ob huiusmodi apparitionem, miraculum, & uisionem, constructum est) egressurus

Dist. 36. ca. legimus, & ca. principium. dist. 2. de pen.
Matth. 19.
1. Cor. 6.
Matth. 5.
9
L. fin. de sen.
L. 1. à quibus app. nō licet.
c. 1. de his quę fiunt a maio.
L. fi. C. de pet. hæred.
10
16. q. 1. Eccle sia. c. ministerium. de offic. Arch.
Auth de app. & infra §. ad hæc.
Chrysosto. in sermo. festi Apost. Pet. & Pauli.
Iudocus Clitouæus. i pro sam san. Pet.

rus Christum vidit sibi occurrentem,& adorans eum ait, Domine,quo vadis? Cui respondit Dominus.. Venio Romam iterum crucifixi. Tum Petrus ad illum,Domine iterum crucifigeris? Et ait illi Dominus; & iterum crucifigar. Petrus autem dixit ei, Domine reuertar, & sequar te, & his dictis, Christus ascendit in cœlum. Quem Petrus sublatis in æthera luminibus dulcissimis lacrymis prosecutus est;ac in se ipsum reuersus intellexit hoc Domini verbum de
11 sua dictum esse passione:& continuo regressus cum gaudio in vrbem,& carcerẽ, narrauit hæc fratribus:agonemque suum gloriosè compleuit, & Romæ (vt insinuauerat dominus) crucifixus est;ibi népè, vbi hodiè constructa est Ecclesia sancti Petri in Montorio:in qua ad huc est etiam de ligno crucis:in qua ipse Petrus archiapostolus fuit crucifixus:in ea etiam Ecclesia est de corporibus istorũ duorum luminum, & Apostolorum Petri, & Pauli. Alter vero triumphat
12 per ensem; Quia Paulo gladio,& ense caput amputatum fuit:vt sicut propter Christum patiebatur;etiam propter Christum triumpharet in cœlis; locus autem vbi fuit decollatus sanctus Paulus multum distat à loco,vbi crucifixus fuit Beatus Petrus:Nam Beatus Paulus extra vrbem passus est,videlicet propè ecclesiam sanctorum Vincentij; & Anastasij;qui locus hodiè appellatur vulgari sermone le tre fontane: eoquòd sanctissimũ eius caput postquam abscissum, & à
13 corpore fuit seiunctum,tres fecit saltus super terram: per quos saltus statim generati sunt(miraculũ magnum dico)tres exuberantissimi aquarum fontes: qui adhuc hodiè cernuntur, suntque etiam aquarum refertissimi: quotidièque ab hominibus fidelibus deuotè visitantur:immo pauci sunt dies:quibus illos ego miser peccator cum illa humilitate,& reuerentia,qua fieri potuit, reuisi.In ec-
14 clesia autem prædicta circa altare maius ad cornu sinistrum est columna, super qua fuit decollatus Beatus Paulus. Quia verò isti duo Apostoli,& mundi lumina, ac etiam vitæ senatum possident:Ideo; { O,felix Roma, quæ tantorum principum Es purpurata pretioso sanguine. Excellis omnem mundi pulchritudinem. Non laude tua; sed sanctorum meritis.} Roma fælix primò est,
15 quia purpurata, decorata, adornataque est pretioso sanguine tam magnorum principum: videlicet, Petri,& Pauli; Color enim purpureus sanguineo colori propemodum vicinus est, & propinquus;& purpura martyrum est. Et sic fęlix Roma facta est cruore istorum principum scilicet Apostolorum,qui principes populorum sunt super omnem terram:& rursum;principes populorũ congregati sunt cum Deo Abraam:quia cum obtineret principatum prius,& caput nationum;& caput superstitionis in ea prius esset:nunc facta est caput sanctitatis,& pietatis:& vbi gentilium principes, illic Ecclesiarum principes morantur. Est,inquam,fęlix Roma ob id,quòd lumen illud fidei nostræ, & oculus catholicę Ecclesię,& tuba spiritus sancti Paulus erga illam dum viueret, adeò fuit beneuolus,adeoque illam adamauit,& coram disseruit, quòd postremò apud eam finiuit vitam. Fælix,inquam, est Roma, quia tantorum virorum sanctissima corpora ipsa possidet:quibus illa modo honestata,insignita,illustrata,& decorata facta esse videtur. Nam si iam(vt præmisimus,erroribus, plena,& obexcata
16 fuit, nunc facta duobus stellantibus oculis, Petro nimirum, & Paulo ornata. Medietas enim Apostolorum Petri, & Pauli est in Ecclesia sancti Petri Romę; Altera medietas est in basilica sancti Pauli extra vrbem. At eorum capita sunt in aula sancti Ioannis Lateranensis. De Romæ autem fœlicitate per pulchre

Psal.44.
Psal.46.

chre scribit Angelus Pientinus à Corsiniano:& inquit,Roma vsque adeò digna
est, atque præclara vt ciuitatum omnium regina (vnde & vrbis nomine anto-
nomasia quadam appellatur) orbis caput, mundi domina; quippè quæ totius
mundi diu potita fuerit imperio:immo perpulchra totius mundi epitome cen-
seatur. Omitto,inquit,quæ de diuitiarum omnium copia de regionis amęnita-
te,de agrorum fertilitate,de Tyberis nauigatione,de maris propinquitate, deq;
mira eius pulchritudine dici possent, qua non ab vltimis Hispaniarũ, Gallia-
rumque finibus modò, sed etiam ab extremis mundi partibus homines ad sui
contemplationem trahit. Præterea nulla potest in mundo ciuitas inueniri, in
qua magis viguerit,florueritque religio,quàm Romæ,&c & paulo post inquit.
Porro huius præstantioris religionis euidens signum est, maxima illa religioso-
rum,clericorumque multitudo. Ibi enim tot, ac tales inuenias sacerdotes; vt
nullibi plures pios, & doctos sacerdotes inũeniri non dubitanter affirmet, qui
non magis verbo,quam exemplo doceant, & fulgentes, quasi splendor firma-
menti,ad iustitiam,erudiant multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Ad
hæc pergit dicens. Cum enim ex Hierosolymis,& ex quauis alia mundi regio-
ne penè sacra omnia,quæ ad Christianam religionem attinent, Romá allata sint,
nimirum Christi præsepium,in quo natus est,panni,quibus inuolutus, cunæ,in
quibus iacuit, inconsutilis vestis,qua tegebatur,purpura, qua passionis tempo-
re fuit indutus,columna, cui alligatus flagris vapulauit, spineum diadema, quo
fuit coronatus,claui, quibus fuit confossus, lanceæ cuspis, qua sacrum eius pe-
ctus fuit vulneratum,pars crucis,qua fuit suspensus, nec non titulus, quo cui-
que transeunti fuit proditus. Rursus cum Romæ plura quiescant Aposto-
lorum,martyrum,ac sanctarum virginum corpora, plures sanctorum reliquiæ,
atque basilicę sint quàm alibi:nemo dubitare poterit,quin Roma sanctissima sit, Ang. cap. 8.
& fœlicissima. Hæc Angelus, & multo plura, & pulchriora dicit in tractatu lib. 2.
suo omnium pulcherrimo de sacro iubileo.Cum Papa ergo Innocent.IIII.can-
temus. Niteris incassum nauem submergere Petri. Fluctuat, & nunquam
desinet esse ratis. Demum aduerte hic,quod Roma fęlix appellatur ab autho-
re:non autem fælicissima: vt fieri ab omnibus scriptoribus solet: Quia huius-
modi superlatiuum carmini eius aptum non fuisset. Quòd autem Roma sæ-
pius nuncupetur fęlicissima, quàm fęlix: patet in auth. de lenon. in princ.& de Aut. de leno.
Tabell.in princ.§.nos autem credimus. & de Eccl.re.Immo.al.§.fin. Aliquan- Aut.de Tabel.
do verò Roma florentissima, maxima. Aliquando sacratissima. Aliquando §.nos autem.
splendidissima.Aliquando regia. Aliquando inclyta. Aliquando æterna. De Aut.de Eccl.
Roma vide multa notatu digna in Authen. Vt Ecclesia Rom.cent.ann.ibi in 20.
prin. § Sit trinitati sempiterna gloria. Honor potestas, atque iubilatio: In Imò.al.§. fin.
vnitate,cui manet imperium, Et nunc,& modò per æterna sæcula. § Amen. Auten.vt Ec-
Quoniam autem de sanctissima trinitate supradictum est in hymno sextę feriæ clesia Rom.
ad matutinum:ac etiam quotuplex sit, ideo require ibi, & nihil aliud est tri- cen.an.
nitas:nisi Deus,& vt credamus patris, & filij, & spiritus sancti vnam Deita- 17
tem, sub pari maiestate, idest potentia,& sub pia trinitate : & dicitur Trini- l.1.C.de sum.
nitas quasi triũm vnitas. Ideo etiam scilicet trinitati gloria conuenit sempi- Trinit.
terna : quia sicut, scilicet, Trinitas sempiterna est; ita etiam ab æterno il- de consecr.
lam in se ipsa habet in quantum infinitè se ipsa fruitur, & summe beatificatur. dis.3. omnes.
Præterea honor,potestas, atque iubilatio,nec non & imperium verè ipsam san- 18

ctiſsimam decet trinitatē:quia tria habuit, quæ illā reddebant dignam honore, poteſtate,& imperio. Primò enim fuit ſpecioſa, ideſt habuit ſanctitatem vitę: quia non fuit reprehenſibilis in vita. Secundo fuit grata in loquendo,& docta, & ſapiens & alios non ſolum per vitam, ſed etiam per doctrinam potuit trahere. Tertio fuit fortis, & potens in factis; & omnes ferè venerati ſunt eam: & timuerunt:& non ſolum in hoc ſæculo, verum per æterna ſæcula imperium ſibi debetur,ideſt,ſine termino,ſine fine, & ſine ſucceſsione,& per ſingula ſæcula,& ætates.

In feſto Sanctorum Petri,& Pauli ad laudes Hymnus Quintus.

SAncta mater Eccleſia ſciens cū Matthęo,quòd Dominus noſter Petro claues tradidit regni cœlorum, dicens ei: quodcunque ligaueris ſuper terram,erit ligatum & in cœlis, & quoducunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutū
Matt.16.c. & in cœlis:& ſimul ſciens cum Apoſtolo, quòd ille in ſpiritu in tertium cœlum
2.Cor.12. atque in paradiſum raptus fuit:Ideo in laudem,& honorem eorum cantat hunc præſentem hymnum, nempe: { Iam bone paſtor Petre clemens accipe Vota precantum, & peccati vincula Reſolue tibi poteſtate tradita: Qua cunctis cœlum verbo claudis aperis { &c. In quibus precamur Petrum clauigerum:vt
1 noſtri peccati vincula ſoluat:quoniam ligationis, & ſolutionis facultatem habet à Deo. Secundo loco Paulum:vt correctis erroribus per eum, & eius ſalubrem doctrinam nos ſic bene inſtructos ad paradiſum ſubuehere dignetur. Itaque has in primis diſcurramus quinque voces,ac dictiones videlicet,Iam:Bone:Paſtor: Petre:& clemens: quia hic non ſunt poſitæ abſque magna emphaſi. Primò ergo(habentes reſpectum ad opera per ipſum archiapoſtolum facta, &
Matt.16. ad hunc diem, in quo canitur iſte hymnus)primam vocem ventilemus: Ipſa namque tempus reſpicit.q.d. ſancta mater Eccleſia ad ſuum paſtorem: Non amplius pſeudopropheta, aut pſeudoapoſtolus: non amplius Sathan; & filius
Matth 4. Ioannis vocaris, aut reputaris:non amplius ruſticus;non amplius obſcurus in plebe diceris;ſed hodiè verus propheta, veruſque Apoſtolus hodiè videris; verus item Chriſti confeſſor hodiè appares: non amplius ruſticus, & ignobilis; ſed nobilis,& præclarus Chriſti vicarius hodiè manifeſtè videris conſtitutus:atque reuera es, cui peculialiter cura Eccleſię à Chriſto commiſſa eſt: Dedit enim tibi Dominus claues regni cœlorum, & dixit tibi: Quodcunque ligaueris ſuper terram; erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Bonus item es,& diceris,O, Petre ſancte,&
2 hodiè verè cognoſceris, qui nobis te communicaſti, ac tua ſancta doctrina nobis frugi verè fuiſti: qui curam omnium noſtrorum in humeris tuis à Chri-
Matt.16. ſto ſuſcepiſti;qui docuiſti nos in Chriſtum Dei filium fideli cōfeſsione ſignari: Quam bonus fuiſti, o, Petre, qui ea die, qua credentium numerum promiſ-
Act.2. ſi Sancti ſpiritus repleuit aduentus: trium millium pupulum communicatione tuę doctrinæ, ac prædicatione conuerſum ad Deum lauacro baptiſmatis conſecraſti;quique,& Iudæam ad fidē Chriſti conuertiſti,& poſt te traxiſti:qui-
Act.3. que, inquam,virum ex vtero matris ſuæ claudum tua bonitate ſanaſti,& feciſti ſurgere, & ambulare:tua demum humanitatę, ac bonitatę Aeneam feciſti ſurgere,

gere,ac stare:ac Tabitham discipulam nomine, orans, à morte reuocasti! O Act.11.23.
verè igitur bonus es, o, Petre. Verè inquam & pastor bonus diceris, qui q.8.c.Petrus.
post Christi ad cœlos ascensionem remansisti suæ sanctæ Ecclesiæ institutor, 3
sacramentorum administrator: pontificum ordinator: curatorum gubernator;
fidei collapsæ restitutor, ac denique regni Christi incæpti restaurator; Nam
& illud ipsum pollicitus es ter domino pascere. Cæterum bonusque est pa- Ioan.21.
stor ille,qui(vt testatur Dominus)ponit animam suam pro ouibus suis, & ouiũ
semper saluti inuigilat:vt fecit Christus,qui pro ouibus suis animam suam po-
suit:qui in sacramento nostro corpus suum,& sanguinem vertit, & oues, idest, Ioan.10.
fideles,quas redemit,carnis suæ alimento satiat. Vbi exhortantur prælati, vt
oues suas ipsi quoque alant, & pro illis animam suam ponant. Pascere enim 4
illas debent instructionis verbo.43.dis.Ephes.& 8.q.1.audacter. Conuersa- Dis.43. Ephes.& 8.
tionis exemplo 11.q.3.precipue. Eucharistiæ sacramento. Temporali sub- q.1. Auda-
sidio 16.q.1.Nulli Episcoporum:etenim ordinatum dominium, & recta præ- cter.
latio, nõ ad proprium commodum,seu honorem,sed ad subditorum vtilitatem De con.dis.2.
refertur:idcirco prælationes,& dignitates Ecclesiasticæ seruitutes vocantur, & nõ prohibeat
ipsi,qui præsunt,seruos se veraciter reputant eorum:qui suæ gubernationi com- 16.q.1. Nul-
missi sunt: Vnde & pontifex summus appellat se seruorum seruum. Quare li Episcopo-
exemplo igitur Christi ac archiapostoli Petri tempore oportuno animam suã rum.
pro ouibus suis(Ioan.12.teste)ponere debent. Quo circa qui:(inquit scri- 5
ptura) Episcopatum desiderat,bonum opus desiderat:hoc est, qui Episcopari, Ioan. 12. 1.
idest præesse cupit,vt prosit, non vt præsit tantum:bonum opus desiderat; vt Tim.3 8.q.1.
quod abiectum erat, reducat,quod perierat,requirat: quod contractum, alliget, qui Episcopa
& infirmum consolidet:& quod ægrotum sanet: & sic ad instar beati Petri, & tum.
Dei bonorum pastorum pascat oues suas. Si enim (inquit Deus)non annun- Ezechiel. c.
ciaueris eis;vt impius auertatur à uia sua mala: & si in sua iniquitate moriatur: 34.
sanguinem,idest animam eius de manu tua, requiram,quemadmodum enim fi- Ezechiel. 3.c.
delium,diligentium,ac exemplarium præsidentium copiosissima erit fœlicitas,
& præmium inæstimabiliter gloriosum: sic grauissima est negligentium, carna-
liumque pastorum damnatio;Pascat,inquam,& etiam subsidio temporali: Quis- Ambr.dis.86
quis.n.(inquit Ambrosius dis.86.)pascẽdo hominem seruare poteras, fame oc- secundo.
cidisti. Promptius similiter est adiuuanda corporis debilitas.Melius est deni- 6
que vt ipse subuenias tuis, quibus est pudor ab alijs sumptum deposcere. Non de elect.c.fun
tamen ut illi ditiores fieri velint ex eis; siquidem tanquam pauperibus dare de- damẽta in 6.
bes secundum Abbatem:& statutum est in conc.Trident.& nota, & tene men- sess.5.c.1.
ti:qui melius est subuenire pauperibus, quàm ecclesijs sumptuosis vestibus, & Abb. in c.si-
ornamentis ornatis. Et ideo dicimus,quòd pauperum bona furantur;qui vltra gnificasti de
sibi necessaria retinent:sola e.im paupertas non facit quem ignobilem l.humi- off ord.
lẽ C.de iniust.nupt. Deus enim per mittit quãdoque aliquẽ esse pauperẽ, vt per c. aurũ habet
patiẽtiã coronetur: & adde,quòd magis est credẽdũ vni pauperi, quã vsurario Ecclesia & c.
diuiti,vel ei,qui malè bona acquisiuit: Cynus in l.bonę fidei C.de iur.iur.Sed,ut gloria Episco
ad rem redeam:Petrus item vocaris:o Sancte Petre,& ideo,quia(ut fatur Ludol- pi, & c. mul-
phus) fuisti firmus in fide, sicut petra: uel quia (& melius) petra à Chri- ti 12.q.2.c.
sto dictus,idest, cõfessor verę petræ qui est Christus: ac fide fortis, & doctrina sicut hi, dis.
stabilis, & meritò propter fidei fortitudinem, & fidelem Christi confessionem 47.c.hospita-
hoc nomen Petri accepisti; quia in petram Christum credidisti. Restat lium dis. 42.
c sicut hi 47.
dist.
Ludol. lib.1.
de cõf. Petri.

modò

modo ut dispiciamus ex quibus apparuerit Petri clementia: & quidem sanctus Clemens testis est in suis (quos iussu sancti Petri scripsit) recognitionum libris: quanta fuerit clementia erga Simonis sequaces. Redeuntes modo ad rem nostram, dicimus, quòd ideo Petrus peculiariter claues regni cœlorum, & principatum vicariæ potestatis accepit; vt quicunque ab vnitate, & societate fidei secesserint, tales intelligat vinculis peccatorum, nec absolui, nec ianuam regni cœlestis posse se ingredi. At cum nos o Petre tales nonnunquam fuimus: Ideo peccati uincula, idest, carnis concupiscentias, & oculorum, & vitæ, superbiam, ludos, risus, dissolutiones, oscula, amplexus, comessationes, potationes, lasciuosque contactus, cupiditates, auaritias, & curiositates: quæ omnia ad oculos pertinet: Item ambitionem seculi, desideria prælationis, appetitus excellentiæ, ac famæ, laudis honoris, inordinatamque reputationis affectionem ad superbiam vitæ pertinentem: quibus omnibus tanquam vinculis vincimur; resolue, inquam, ó S. Petre potestate tibi tradita; quia tu cunctis verbo scilicet ferente, uel condemnatoriam, vel absolutoriam sententiam cœlum claudis, & aperis: Postquam de Petro cecinit sancta ecclesia, modo accipit tractatum de sancto Paulo, & ait; {Doctor egregie Paule mores instrue; Et mente polum nos transferre satage, Donec perfectum largiatur plenius: Euacuato, quod ex parte gerimus.} Planè si quæritur hic cur in alijs sanctorum, martyrum scilicet, cõfessorum, aut Prophetarum, vel virginum hymnis obticeantur eorum nomina, nec (quando cantatur alicuius sancti hymnus) dicimus o sancte Stephane, aut o sancte Line, aut o sancte Syluester, vel o sancta Martina? respondebimus quòd non sine causa sic nominatim hic appellamus hos sanctissimos Apostolos: o sancte Petre, & o sancte Paule: & ratio potest esse, quoniam hoc à Christó didicimus, cum dixit, dicite discipulis eius, & Petro, &c. cum enim cæteros præcellat: fuit dignus speciali nomenclatura: similiter cùm ad Ananiam dixit: Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus & filijs Israel. Vnde Abachuc ait de Christo; qui ascendis super equos tuos, idest, Apostolos, per quos delatus, & portatus, atque prædicatus fuit vbique Christus: quoniam ergo omnis Christi actio, est nostra instructio; idcirco eos proprio nomine nominauimus in hoc præsenti hymno: diximus enim supra, o bone pastor Petre, hic itidem dicimus: o doctor egregie Paule: delectus enim (vt diximus) à Christo ex aliorum numero ad prædicandum Christi euangelium: Nam ita (dum vixit) nobiscum, & plus omnibus laborauit in precando: ac sategit sua nos doctrina, ac omnes alios ad fidem, veritatem, & Christi iustitiam conuertere, vt neque tyrannorum timor, neque sanna gentilium, aut scandalum Iudæorũ ab huiusmodi sancto, ac salubri prædicationis officio subtrahere, vel parum deterrere potuerint. Quare o sancte Paule prædicator veritatis, quemadmodum tu raptus es spiritu in tertium cœlum, atque etiam in paradisum, & audisti ibi arcana Dei: quæ non licet homini loqui; & sicut fuisti diligens circa nostram (in hoc mundo) salutem; sic satage elabora, atque effice, ac nos famulos tuos animo in cœlum extolle, & porta, & fac nos mente cœlestia desiderare, donec plenius perfectum tribuatur nobis in futuro, euacuato penitus, & dimisso, quod ex parte gerimus, idest, eliminata mortalitate, quam in hoc mortali corpore gerimus, ut in futuro gloriemur plenius, & perfectius, ac incorrupti summo bono perfruamur. Cæterũ hæc supradicta verba respondent illi beati Pauli sententiæ:

Clemen. recognit.

Hæc ad carnis concupiscentiam spectant.

8

Marc.c.17.

Act 6.

Abachuc.3.

Euaristus. 2. q 1.

Euaristus 2. q. 1. Deus omnipotens.

1.Cor. 13.

tentiæ i. ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus, cum autem uenerit, quod perfectum eſt, euacuabitur, quod ex parte eſt. Nunc cognoſcimus ex parte, tunc autem cognoſcam, ſicut cognitus ſum. Demum, § Sit trinitati ſalus indiuidua, Honor, poteſtas, atque iubilatio. In vnitate cui manet imperiũ: Ex nunc, & modo per æterna ſæcula. § Amen. Ex ſanctiſsima ergo trinitate ſit nobis miſeris peccatoribus ſalus indiuidua & inſeparabilis: quia ab indiuidua, & ſancta trinitate: qui eſt vnus Deus. & gentium ſalus, emanat etiam indiuidua ſalus: ſed honor, atque laudatio ſit trinitati, ideſt, tribus perſonis, in vnitate, hoc eſt, in vno Deo exiſtentibus: Cui ſanctæ trinitati ab exordio mun 9
di etiam in præſenti per omnia ſequentia ſęcula manet, & eſt imperium; Quia cœlo, terræ, & mari imperat. Nam adueniente Chriſto, ceſſauit imperium Babylonis: ceſſauit imperium Perſarum, & Medorum: ceſſauit imperium Græcorum: ceſſauit imperium Romanorum; & omne imperium cœpit eſſe Chriſti. Daniel. 2.
Ipſe enim eſt lapis ille abſciſſus de monte ſine manibus complectentiũ, qui tantum creuit, vt mons magnus fieret, & impleret vniuerſam faciem ter. ę: cuiuſque regnum; & imperium non diſsipabitur.

In feſto Cathedræ ſancti Petri ad veſperas Hymnus ſextus.

1
CHriſtus Dominus noſter, cuius prouidentia in ſui diſpoſitione non fallitur, Matth. 5.
qui non venit ſoluere legem, ſed adimplere: uolens in remediũ ſchiſmatis, Exo. 28. & 31.
& ad tollenda omnia ſchiſmata, ſummum conſtituere in mundo Pontificem: ſicut, & Aaron primum in lege veteri inunxit Pontificem; ad ſe Petrum archiapoſtolum vocauit; cui primo omnium Pontificum ſedem Apoſtolicam tradidit; vt eam ipſe moderaretur poſt eius ad cœlos aſcenſionem, & benè fecit Chriſtus tra dens illam Petro; cognouit namque Deus, quòd ipſe iam populos, qui ex circumciſione crediderant, erudierat, quod iam Anthiochenam eccleſiam, vbi primum 2
Chriſtiani nominis dignitas eſt orta, fundauerat; quod iam pontum Galatiam, Ioan. 21.
Cappadociam, Aſiam, atque Bithyniam legibus euangelicę prædicationis impleuerat; cognouitque demum illum ab omni macula eſſe omnino purgatum: nam reſpondens Chriſto ter; tu ſcis, quia amo te; hac trina eius confeſsione vinculis: quæ illum ter negando ligauerant, tunc abſolutus eſt, in hoc enim, quòd ter negauit & ter confeſſus eſt, ſe amare ſignificat: quòd ſecundum quantitatem delicti ſatisfecerat ipſe Petrus. Cum itaque eius ſolertiam circa erudiendas plebes; ac erga propriam ſalutem bene agnouerit Chriſtus, meritò dixit ei Ieſus: Beatus es Simon Bariona: quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi; ſed pater meus, qui in cœlis eſt, & ego dico tibi: quia tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam: & dabo tibi claues re Matth. 16.
gni cœlorum, § Quodcunque vinclis ſuper terram ſtrinxeris: Erit in aſtris religatum fortiter. Et quod reſoluis in terris arbitrio: Erit ſolutum ſuper cœli radium. In fine mundi iudex eris ſæculi, § &c. Et ſic illum poſuit pontificem 3 Platina de
in cathedra, in qua ſedit vigintiquinq; annos paſcẽs ſemper, prout ei dixerat Chri beato Petro.
ſtus, oues eius, ac credentes Chriſto, ne à fide deficerent, confirmans, ſemperque uerbo, doctrina, exemplo, ac ſacramentorum adminiſtratione neceſſaria ſuis ple

bibus

Beda in hom. vigiliæ ſancto rum Petri, & Pauli.

bibus miniſtrauit; & terrena etiam ſubſidia ſubditis ſuis prouidit, & ſi quos, inquit Beda, aut ſpiritualibus, aut etiam communibus eorum commodis aduerſantes deprehendebat: horum violentiæ, quantum valebat, obſiſtebat, aduerſanteſque in miſericordia corripiebat, & increpabat: nec oleo noxiæ contentionis eorum corda demulcebat, & eos, quibus præerat, non quaſi ſuos proprios; ſed vt Domini ſui gregem tractare ſemper meminit. Literam modo ſub breuita

4 te diſcurramus, in primis dicentes, quod apposite quidem hic breuis hymnus po nitur in feſto cathedræ ſancti Petri, vt cantetur: ſiquidē hanc ſententiam ſcilicet, quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunque reſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis, nulli alteri, niſi habenti auctoritatem, ſedendi in cathedra pro tribunali, licet pronunciare: (Nam non ne & hodiè etiam videmus quòd ſacerdotes, qui habent authoritatem ligandi, atque ſoluendi, & audiendi confeſsiones, ſemper pro tribunali ſedent in cathedris ſuis ad imitationem Petri: dum aliquem vel abſoluere, vel ligare voluerint,) Vnde cum Petrus hodiè ſedeat in cathedra; meritò dicitur ei ſoli ſubſequenter à Chriſto: quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis: merito aſſequitur facultatem ligandi, atque ſoluendi: pro eo, quòd ſic ſedet pro tribunali, & pro eo, quod dictū eſt ei quodcunque &c. meritoque etiam in cathedra ſancti Petri canitur hym-

Matth. 16.

5 nus iſte. Quare ſic dicamus cum Chriſto, & ſenſum verborum eliciamus: o Petre quodcunqne vinclis, ſiue condemnatorijs ſententijs tuis condemnaueris, vel anathematis mucrone anathematizaueris ſuper terram, hoc eſt, dum uixeris tu ſuper terram: erit ligatum in aſtris, ideſt, in cœlis; hoc eſt, ipſa cœleſtis curia, ēt i ſum approbabit, & fortiter confirmabit: & ſimiliter quodcunque in terris, hoc e t, in hoc mundo tuo arbitrio, & iudicio reſolueris; erit ſolutum ſuper cœli radium; hoc eſt quemcunque indignum remiſsione iudicaueris, dum viuit, indignus apud Deum etiam iudicabitur, & quemcunque ſoluendum iudicaueris, dum viuit remiſsionem etiam ſuper cœli radium, hoc eſt à Deo conſequetur profectò talis. Immo non ſolum in terris volo te eſſe iudicem meum delegatum, inquit Chriſtus: Verum & in fine mundi eris, & iudex totius humani generis: tunc nempè, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis, & vos mei diſcipuli, ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael, quia ſicut ſecuti eſtis me in tribulationibus mūdi: ita in cœleſti regno eritis me-

2.Cor. 1.

cum, & ſi ſocij paſsionum fuiſtis: ſitis etiam ſocij, & participes gloriæ regni cœleſtis. ¶ Gloria Deo per immenſa ſęcula, Sit tibi nate decus; & imperium. Honor poteſtas, ſanctoque ſpiritui: Sit trinitati ſalus indiuidua, Per infinita ſęculorum ſęcula. ¶ Amen. Deo, ſcilicet patri per immenſa ſęcula ſit gloria, hoc eſt gloria, & ſine menſura, & immenſa ſit, & detur, ac tribuatur patri. Sed nato, ideſt, filio Dei ſit decus, & omne ornamentum, ſicut in mundo opprobria ei illata fuere: atque etiam omne ei ſit imperium, & dominium; quo imperet liberis, & dominetur ſeruis. habet enim Chriſtus & auctoritatem, & dominium in omnes tam ſeruos, quàm liberos. Præterea ſpiritui ſancto ſit honor, atq; po-

6 teſtas: honor, quo honoretur: poteſtas, ſiue auctoritas, ut alios ſeruet, alios perdat, ſcilicet bonos, & malos. At ſanctæ indiuiduæ trinitati, hoc eſt, & ex ſanctiſsima trinitate, patre, ſcilicet, filio, & ſpiritu ſancto detur nobis ſalus indiuidua, & inſeparabilis, vt ſicut ſanctiſsima trinitas eſt indiuidua; ſic etiam in nobis eius ſalus

salus maneat indiuidua, & inseparabilis, & nunquam à nobis talis salus separetur. Amen.

In festo sanctæ Mariæ Magdalenæ ad vesperas Hymnus septimus.

CVM fecisset in cœlo Deus duo luminaria magna; vnum diem: Alterum illuminans noctem: sic duas etiam mulieres, nempè Virginem Mariam, & Mariam Magdalenam creauit: tanquam duo fulgentissima luminaria mundi, ut sicut ex sole, & luna omnia animantia spiritus, & creaturæ lucem, & uitam sumunt: ita lucem, gratiam, ac rectam viuendi normam homines possent ex istis beatissimis mulieribus, veluti ex sole, & luna accipere. Et sicut sol illuminat diem, & luna noctem: ita virgo Maria illuminat, & conseruat charos Deo, iustos: Maria verò Magdalena illuminat noctem, idest, peccatores in tenebris peccatorum ambulantes: trahens exemplo eius eos ad lumen indeficiens, scilicet Deum. Quare ob id sancta nostra mater ecclesia nunc in honorem sanctæ Mariæ Magdalenæ hunc præsentem hymnum cantandum hodiè nobis proponit, hac dicendi videlicet forma: § Lauda mater ecclesia, Lauda Christi clementiam: Qui septem purgat vitia Per septiformem gratiam, § &c. In quibus quatuor principalia fiunt. Nam primo laudamus cum sancta nostra matre ecclesia Christi clementiam; qui per septenariam; seu septemplicem gratiam, idest, per septem dona spiritus sancti, non solum Mariam Magdalenam; verum omnes ad se confluentes à vitijs purgat, & emendat. Secundo ponitur ipsius Mariæ Magdalenæ à septem vitijs, & peccatis plena expiatio: fit enim ipsa ex lebete phiala. Psal. 35.

Tertiò ponitur cursus eius ad medicum, postquam se vidit vulneratam à peccatorum sagittis, vt curetur à maximo illo medico Deo. Quartò dicitur, ipsam fuisse missam nunciam (fuit enim ad tantam delata, & euecta dignitatem post curationem vulnerum per Christum, vt hoc meritò mereretur) dominicæ resurrectionis Apostolis. fuit enim omnium prima, quorum euangelistæ meminerunt, ipsum Dominum rediuiuum videre: quæ meruit etiam notas audire, & reddere voces. Secunda pars, ibi: § Maria. § Tertia ibi. § Aegra. § Quarta, & vltima ibi. § Surgentem cum victoria. § Vt igitur rem nostram pertractemus; dicendum fore in primis existimaui aliquid de ecclesia, præsertim quid illa sit: Vnde originem sumpsit: quot modis dicatur; & cur mater ecclesia appelletur. Est autem ecclesia congregatio filiorum Dei in Christo Iesu per spiritum sanctum conciliata vno verbo, & eisdem sacramentis vtens; vna fide; spe, & charitate; alijsque donis spiritus pollens: Nam quemadmodum humanum corpus constat multis membris, eaque ab vna anima aluntur: quæ oculis visum, auribus auditum, & alijs sensibus diuersas vires subministrat: ita corpus Christi mysticum: quod est ecclesia ex multis filijs, idest fidelibus compositum est. 1

Et tūc ipsa sumpsit exordium: cum Christus naturā humanā sumpsit, & euāgelium exortum fuit: Etenim ipsam Chistus tūc sibi vniuit: Vnde sanctus Hieronymus etiam vocauit ecclesiam corpus Christi, & hæc ecclesia in primo homine præfigurata est: Nam sicut ex Adæ latere fabricata est Eua; ita & Christi corpore, & vulnere redempta ipsa ecclesia etiam. Præterea ecclesia dicitur aliquando 2 26.q.2.sed illud. 3

quando vna, vocatur autem vna tantum hominum multitudo, quæ tam longè
Ephes.1. lateque diffusa est ob eas causas; quæ ab Apostolo ad ephesios scriptæ sunt.
Vnum enim Dominum, vnam fidem, vnum baptisma tantum esse prædicat;
vnus etiam est eius rector, ac gubernator inuisibilis quidem Christus; quem
4 æternus pater dedit caput super omnem ecclesiam, quæ est corpus eius. Item
dicitur sancta, quòd veluti corpus cum sancto capite, Christo Domino totius
sanctitatis fonti coniungitur, à quo spiritus sancti charismata, & diuinæ bonita-
5 tis diuitiæ diffunduntur. Item ecclesia dicitur catholica, nempe vniuersalis;
Rom.; catechis. quoniam à solis ortu vsque ad occasum vnius fidei splendore diffunditur, & qui
salutem æternam consequi cupiunt, eam tenere, & amplecti debent, non secus ac,
qui arcam, ne in diluuio perirent, ingressi sunt. Item dicitur Apostolica quo-
6 niam spiritus sanctus, qui ecclesiæ præsidet, non per aliud genus ministrorum
7 quàm per Apostolicum gubernat. Interdum etiam ecclesia designat episco-
8 pum, quandoque viros ecclesiasticos. Appellatur denique mater ecclesia, ut
hic, quia est omnium credentium mater; quæ natos ad mortem, regenerat per
Psal 44. sacrosancta sacramenta eius ad salutem, & quia ipsa tanquam bona mater vni-
cum, & dilectissimum Deo populum, sæculo senescente, progenuit: Et hæc
9 ecclesia est illa regina, de qua ad Dominum dicitur. Astitit regina à dextris tuis
in vestitu deaurato circumamicta varietate, idest, diuersarum circumdata pretio-
so decore virtutum. Hæc est illa inquam, ecclesia, & regina, quæ uenit à par-
Math.12. tibus Aethiopiæ audire sapientiam Salamonis: quæ modo laudat Christi cle-
mentiam, septem vitia per septiformem gratiam purgantis. Siquidem Maria
Magdalena, de qua habetur hic sermo, fuit liberata, & purgata per septempli-
Luc. 7. cem spiritus sancti, & Dei gratiam à septem Dęmonijs, idest, à septem vitijs,
Mar. 16. & peccatis mortalibus. Et licet secundum materiam subiectam, intelligen-
Gregorius. 7. Lucam. dum sit, q̃ solum Maria Magdalena fuerit emundata à septem vitijs: tamen in
reliquis etiam omnibus, qui ad Deum confugiunt, sicut Maria Magdalena,
quæ tacta (ut infra dicetur) dolore cordis intrinsecus pro peccatis suis, &
de eis plenè, & perfectè contrita; amorisq; Dei igne accensa, cum alabastro
vnguenti perrexit ad locum conuiuij, vbi erat Christus, & inclinata facie, &
oculis in terram demissis ante conuiuas transiens: non quieuit, donec ad Ie-
sum peruenit, & fletibus, & singultibus abundans, cępit largiter Domini pedes
balneare, & lauare: hoc idem intelligi potest. Lauda ergo o pia anima
Christi clementiam, qui hodiè sanauit hanc iam peccatricem: immo, & vni-
uersum genus humanum: lauda (inquam) & exulta, & pleno gaudio gaude
hodiè, o, tu anima fidelis, videns erga nos Christi tantam clementiam, gaude,
10 inquam, hac dei gratia facta per Deum huic mulieri, & cuilibet animæ pęni-
Psal. 30. tenti. gaudeamus, præamandi fratres, de tāta Christi erga nos clementia, qui ve-
rè tota die miseretur, & commodat. Appositè autem dicit hic author. § Lau-
da Christi clementiā: § etenim, quasi dicat, sicut Nabuchodonosor, postquam se,
& eius scelera cognouit, reuersus ad se laudauit, & magnificauit regem cœli,
& terræ: ita nunc ecclesia hic ipsa adhortatur ab ipso authore laudare Christi
11 clementiam in conuersione sanctæ Mariæ Magdalenæ. Et quia considerauit,
Daniel. 4. quòd sicut vidua illa, hoc est, ecclesia magnificauit, & laudauit Dominum, qui
Luc. 7. resuscitauit eius filium: ita nos gaudere debemus; & laudare: quando homi-
nem peccatis mortuum resuscitat ad vitam spiritualem, & de impio facit illum

pium,

pium, & de iniusto iustum. Quæ nam autem esset ista Maria: quæ accessit ad pedes Domini, subiungit ecclesia dicens. § Maria soror Lazari: Quæ tot commisit crimina, Ab ipsa fauce tartari Redit ad vitæ præmia. Et omnino sequi- 12
tur, & approbat hanc sententiam: quòd hæc mulier, Maria, nempè, hic soror Lazari nominata: cuiusque solus meminit Lucas, cum publica pœnitentia, & satisfactione ad dominum conuersa fuerit Maria Magdalena: quæ quanquam dicatur fuisse aliquando in ciuitate peccatrix: Nullo pacto tamē cadit in ipsius Magdalenæ contumeliam, aut ignominiam: sed insigniorem ei parit gloriam, & laudem: etenim ex baratro damnationis, & via perditionis integrè, & sincerè resi- 13
puit: Christi item in carne diuersantis hospita fuit: resurrectionis Domini ad Apostolos nuncia: euangelicæ visitationis etiam apud Massilienses prædicatrix; eremique multa annorum curricula habitatrix, cœlestem vitam in terris iugi Dei contemplatione degit, atque ab Angelicis choris (quorum frequenti fruebatur consortio) sæpius à terra in aerem sublata. Quæ sanè à patre misericordiarū, & authore vitæ hominibus proposita est, tanquam pœnitentiæ speculum insigne: quod intuentes homines à præteritis peccatis pedem reuocent, & ad vberrimū veniæ, ac pietatis fontem recurrant. Itaque ab ipsa fauce tartari, idest, à baratro inferni, & ab ipsa via perditionis, ad quam septem illa dæmonia perduxerant: emergens, & turpitudinis suæ maculas aspiciens, redit ad præmia vitæ, idest ad pœnitentiam peragendam, & satisfactionem; Pœnitentia enim est sufficiens remedium contra peccata, & ad consequendum vitæ æternæ præmia. Ait enim Dominus, si autem impius egerit pœnitentiam, ab omnibus peccatis suis, quæ Ezechiel. 18.
operatus est, & custodierit omnia præcepta mea; vita viuet, & non morietur.

Et sic nota, quod actor pœnitentiæ tria consequitur, sanationē videlicet vulnerū 14
peccatorum suorum; armationem insidiarum dæmonum: & denique regni cœlestis apertionem, & ad uitæ redit præmia, ut rediit sancta Maria Magdalena, quæ hic dicitur soror Lazari non sine causa; quandoquidem ista non solum per sanguinis gradum, sed etiam per peccatorum multitudinem ei propinqua, & coniuncta erat. Non ne & Lazarus fuit quatriduanus, & fœtens ob magna, turpissima, & longa eius peccata? quid enim per quatuor dies, quibus Lazarus in sepulcro mortuus iacuit, nisi quatuor ætates intelligimus; quia fœtens fuit, & in peccati sepulcro mortuus iacuit in pueritia, in adolescentia, in iuuentute, & in senectute. Verè igitur erat soror Lazari, & quo ad consanguinitatem, & quo ad peccatorum contagiem, & turpitudem: Sed clementissimus Iesus Christus, qui diligit Martham, & sororem eius Mariam, & Lazarum, hoc est, actiuam uitam, & contemplatiuam, & peccatores ad pœnitentiam conuersos; sanauit, & resuscitauit Lazarum, & Mariam hodiè Magdalenam a vitijs Ioan. 11.
purgat. Et sic, § Post fluxæ carnis scandala: Fit ex lebete phiala. In vas translata gloriæ: De vase contumeliæ. § Scandalum latinè offendiculum, rui- 15
nam, vel impactionem signat, cum inter ambulandum pes impactus lapidi, aut obuio cuiuspis solido corpori, ruinam ex offensione ambulanti infert. Per translationem autem scandalum dicitur occasio ruinæ in peccatum, dicto uel facto alicui præstita, ut in euangelio: necesse est, ut veniant scandala: Matth. 18.
Veruntamen uæ homini, per quem scandalum uenit, & ita accipi potest hoc loco. Lebes uerò lebetis, uas est æneum, in quo carnes bulliunt, feruenteque 16
aqua decoquuntur, quod & olla, & cacabus, & caldaria interdum etiam nominatur.

tur. Phiala autem uasculum est vini, aut aquæ ex auro, crystallo, aut vitro cō-
17 flatum: est ergo & longè pretiosius, & tersius lebete: atque ad digniorem vsum
ampliatum. Vides modo vti præsens sermo, apta uelatus metaphora, est signi-
ficatiuus, quòd Maria prius sordida, ac vitijs atra, feruensque carnalibus deside-
rijs, ac concupiscentijs, & tanquā lebes sordidissimus, fit phiala mūdissima, idest
ex impia fit pia, & ex iniusta fit iusta. Nā in vas gloriæ ex vase contumeliæ transla-
Timot. 2. ta est. Vnde Paulus: in magna autem domo non solum sunt vasa aurea, & ar-
gentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quędam verò in
contumeliam: si quis ergo emundauerit se ab illis, erit vas in honorem, sanctifica-
tum, & vtile Domino ad omne opus bonum paratum. Sed d um hæc mulier
multum esset immersa, & obruta in peccatis, maximè cōpuncta, & cordis dolo-
re affecta ob molem huiusmodi vitiorum statim prius se, & statum eius sordi-
dum respiciens: § Aegra currit ad medicum: Vas ferens aromaticum. Et à
verbo multiplici: Verbo curatur medici. § Hæc, inquam mulier vitijs, & luxuū
18 spurcitijs plena, currit lauanda, ac curanda ad medicum, fontem misericordiæ
Deum. Non secus, ac fecit rex Nabuchdonosor, qui delicta, ac eius facinora
Daniel 4. agnoscens, oculos suos ad cœlum leuauit, & sensus eius redditus est sibi, & altis-
simo benedixit: & virtutem in sempiternum laudauit; & glorificauit; sensusque
eius reuersus est ad eum; & ad honorem regni ei us peruenit, & in regno suo re-
stitutus est, & magnificentia amplior addita est ei. Et quia ipsa peccatorum suo-
rum putredine iam fętabat; ideo uas ferebat aromaticum, hoc est vnguentum
sibi pro odore suæ carnis adhibuit, cum ad Deum ipsa perrexit; vt verbo eius,
Dei scilicet curaretur. Sed mysticè, quid per vas aromaticum, quod ferebat
Maria melius intelligere possumus, inquit Eusebius Emisenus, quam pectus, &
Euseb. emis. in feria 5. post Iudica. cordis secretarium, plenum fide, & charitate? Tale enim vas aromaticum hu-
iusmodi vnguentum seruare consueuit. Id ipsum enim significauit & regina
Austri; quæ veniens à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, pretiosissima
ei aromata secum attulit; Nullum autem vnguentum, nulla aromatica sic Do-
mino redolent, sicut fides, & charitas, & cæterę virtutes. Quam verò dignita-
Euseb. in homil. feriæ. 5. Dem. pass. tem assequuta fuerit, cum curata fuit verbo medici: dicit Ecclesia, nempe, quod
fuit digna videre Deum rediuiuū, & Apostolis e us resurrectionem eius denū-
ciare; Vnde ait, § Surgentem cum victoria Iesum videt ab inferis. Prima me-
retur gaudia: Quæ plus ardebat cæteris. § Videre, inquam, digna fuit Chri-
19 stum resurgentem, ac redeuntem ab inferis hæc sanctissima mulier; & hoc verbū
surgentem consonum est cum verbo Euangelico Marci dicentis: surgens autem
Iesus manè prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat
septem demonia. Præterea quòd plus cæteris arderet Maria in amādo Chri-
Mar. 16. stum, manifesto elucescit testimonio Beati Gregorij dicentis: Maria autem sta-
20 bat ad monumentum foris plorans: Qua in re pensandum est huius mulieris
Greg. super Euan, Ioan. 20. mentem quanta uis accenderat: Quæ à monumento Domini etiam discipulis
recedentibus non recedebat: exquirebat, quem non inuenerat, flebat inquiren-
do, & amoris igne succensa eius, quem sublatum credidit, ardebat desiderio.
Prima ergo meretur gaudia: quia Dominus noster Iesus Christus surgens manè
prima sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenę, de qua eiecerat septem dæ-
monia. Quare. § Soli Deo sit gloria Pro multiplici gratia. Qui culpes, &
suplicia remittit: & dat præmia. § Amen.

In

In eodem Festo ad matutinum Hymnus Octauus.

CVm Dominus noster Iesus Christus rogatus fuisset a quodam pharisæo nomine Simone; vt manducaret cum illo:& cum domum pharisæi fuisset Luc.7.
ingressus & discubuisset,ecce mulier:quę in ciuitate peccatrix erat : vt cognouit, quòd Iesus accubuit in domo pharisæi:attulit alabastrum vnguenti:& stans retro secus pedes eius,lacrymis cæpit rigare pedes eius,& capillis capitis sui tergebat; & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Hæc ergo cum sancto Luca optimè sciens sancta mater ecclesia hunc in honorem,& laudem Beatæ Mariæ Magdalenæ hodie hymnum cantat:dicens : § Nardi Maria pistici 1
Sumpsit libram mox optimi: Vnxit beatos Domini pedes rigando lachrymis.
Litera hæc breuis,quoad constructionem non multo indiget labore. Cognosce tamen quòd nardus est frutex grati, & iucundi odoris; ex quo vnguentum conficitur, quod nardinum vocatur. Vnde in canticis legimus: dum esset rex in accubito suo, nardus mea dedit odorem suum. Dicitur autem nardus pisticus, aut à loco, in quo crescit, secundum Augustinum: aut à qualitate, & conditione,quia sincerum est, & purum : neque aliarum specierum admixtione adulteratum,ac falsificatum. Maria igitur, quæ Magdalena à Magdalo castello describitur, e suis vitijs emergens,ac de peccatrice se deuotam præbens,& iustam mox,ut vidit Iesum in domum Simonis; sumpsit libram vnguenti nardi pistici pretiosi, idest iustitiam secum assumpsit (ideo libra fuit)pistici pretiosi,idest,pretiosæ fidei:pistis enim fidem signat, item pisticum fidele.& accessit ad pedes Domini. Vel libram sumpsit,idest lumen pistici nardi,idest fidei. Accessit,inquam,ad pedes, inquit Augustinus,non autē ad caput:ut quę diu malè ambulauerat per vestigia Domini in futurum ambulare velit;& fudit lacrymas,& rigauit,& lauit pedes Domini obsequio confessionis;pedes dico Domini(etenim propter itinera squalidi, & lassi erant)vnxit pretioso vnguento ad refrigerium caloris, & mitigationem doloris ex labore itineris.Ex qua re nota huius mulieris magnam contritionem: fleuit enim tantum, vt lachrymæ eius pedes vnius hominis lauare potuerunt:sed mysticè quid per pedes Domini:quos vnxit Maria,aliud intelligere possumus, quàm Christi humanitatem,sicut eius caput ipsius diuinitatem significat, non solum Maria reuerētiam humanitati Christi:sed & diuinitati quoque eius exhibuit; quod nunquàm fecit Pharisæus. Potest tamen & populus gentilis per Mariam intelligi: sicut per Pharisæum intelligebantur Iudęi:vt aduertit Eusebius: Cæterum quod Maria Magdalena lacrymis rignauit pedes domini, non est intelligendum id esse factam in cœna illa,quæ describitur in duodecimo Ioannis capite, & ab alijs tribus Euangelistis. Nam illa ex deuoto mentis affectu vnxisse quidem pedes Domini; & extersisse capillis suis legitur: non autem lacrymis irrigasse; sed(ut præmisimus)in conuiuio illo,cuius mentionem facit Lucas facto in domo Simonis Pharisęi, cui inuitatus afluit Dominus : refertur ipsa non nominatim expressa; sed nomine peccatricis in ciuitate subinsinuata; amaris lacrymis irrigasse pedes domini: eosdem extersisse capillis, & vnxisse vnguento in salu-

Marginal notes: Cant. 1 — In Luc. 7. — 2 — 3 — In homil. Luc. 27. — 4 — Euseb. hom. fer. 5. Dom. pass. — Ioan. 12. — Luc. 7.

tarem pro peccatis suis penitentiã, quorum ipsa(teste totius misericordiæ fonte) ibidem obtinuit remissionem: sed hæc vnctio pedum Domini cum lacrymis alia omninò fuit, & numero, & loco, ac tempora diuersa ab illa vnctione, quę facta est post suscitationem Lazari in cęna; vt bene considerantibus circunstantias loci, & temporis, ex euangelica lectione facilè constat: eadem tamen prorsus fuit mulier, quæ & primo vnxit pedes Domini cum lacrymarum irrigatione in salutarem ab illecebris sęculi conuersionem. Et secundo inunxit etiam pedes Domini sine lacrymis ex affectuosa amoris in Christum deuotione. Quinimmò, & tūc
Matth.26. etiam partem vnguenti effudit super caput Christi discumbentis. Quod aūt
Ioan.11. omnino eadem fuerit mulier; quæ utramque fecit vnctionem, dilucidè ex Ioanne colligitur, qui in principio vndecimi capitis sui euangelij enarraturus suscitationem Lazari, ait Mariam sororem Lazari eam fuisse, quæ vnxit Dominum vnguento: Extersit pedes eius capillis suis, & iam id factum fuisse ab ea testatur
Ioan.12. idem Ioan describens cęnam Dño exhibitam in Bethania; in qua Lazarus iam resuscitatus erat unus ex discumbentibus. rursus refert amatoriam Magdalenã vnxisse pedes Domini, & capillis suis extersisse, domumq; impletam esse ex odo
Ioan.11. re vnguenti. Quare id ipsum, ꝙ Ioannes iam factum dixerat debet intelligi in domo Simonis Pharisæi in ciuitate Hierusalem esse longè ante peractum.

Sed in ore nostro, vt lex Dñi, semper sit subsequens orandi modus; } Honor, nempe, uirtus: imperium Sit trinitati vnicę: Patri, nato, paraclito Per infinita sęcula. } Sicut enim rex omnis temporalis a populo honore maximo afficitur, ob id ꝙ deuicerit hostes, & fuerit tam potens in profligandis illis, & recuperando regnum: cui deinde meritò dominium, & omne imperium traditur a populo: Ita omnis honor, & gloria danda est Christo nostro; qui Diabolum superans principem olim mundi huius recuperauit regnum suum, genus nempe humanum; & quia factus est Dominus populi humani; ideo iure merito habet imperium super populum; potestatem, & iurisdictionem: omnis ergo honor, & imperium sit patri, filio, & spiritui sancto. Amen.

In eodem Festo ad Laudes Hymnus Nonus.

Sicut ille Euangelicus homo, postquam inuenit ouem, quæ perierat: conuo
Luc.15. cat amicos, & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quæ perierat: & quemadmodum ille similiter Euangelicus pater filium suū prodigum(postquam reuersus est in domum) osculatur, & induit eum stola, anulumq; in manus eius dat, valde gaudens; quia perierat: immò & mortuus erat; & reuixit: sic etiam hodie sancta ecclesia gaudet, & maxima lætatur lætitia: ꝙ Maria Magdalena; quæ perierat, & vsque ad os inferni eam duxerant sua vitia, & peccata, ac sordes corporis sui profluxi, adinuenta, ac reuocata est ad thronum gloriæ: Vnde in honorem ipsius hymnum canit hunc hodie, dicens. } Aeterni patris vnice: Nos pio cultu respice; Qui Magdalenam hodie Vocas ad thronum gloriæ. } & reliqua. In quibus filium primo Dei, qui Mariam Magdalenam assumpsit in cęlum deprecamur: ut oculis suæ benignitatis nos uelit intueri, & tueri. Secundò, ut per eam, ac eius magna merita, ipse Deus, spes vna pęnitentium, soluat nostrorum peccatorum pęnam. Tertiò, & vltimò sermonem dirigimus

gimus ad Beatam Virginem Mariam,ut in hoc mundo,videlicet exilio suis san
ctissimis precibus nos regat,& custodiat. Nota,inquam,ꝙ in isto hymno vna
de tribus parabolis, ouis scilicet, drachmæ, ac filij prodigi : quas sanctus Lucas Luc.15.
edidit; posita est,videlicet drachmæ parabola. Nota secundo, ꝙ æternum tri 1
pliciter sumitur in scriptura:Primò in quantum est sine termino, & sine fine : &
successione:quia est tota simul,& perfecta possessio vitæ interminabilis:& sic so
li Deo conuenit;quia nihil est æternum nisi Deus . Secundò æternum idem
est,quod coæuum,dicens totam ætatem alicuius;& sic dicimus,ꝙ uir est æternus
vxori;quia quãdiu vixerit,est alligatus vxori per totam ætatem,& vitam:& e con
uerso. Tertio modo dicitur æternum;cui nullũ aliud tale succedit; & isto mo
do lex Moysi,aut circumcisio non fuit æterna:quia lex successit & aliud sacramẽ
tum;lex namq; euangelica,& sacerdotium Christi est æternũ, quia nulla alia lex,
nec sacrificium succedet. Quare sic orando dicito,o unice fili Dei,qui ab ęter
no genitus es ab æterno patre,quiq; ei vnicus es:nobis verò Dñs,iuxta quod ca
nit Ecclesia cum ait ; Credo & in Iesum Christum filium eius vnicum,Dñm no
strum:respice nos pio uultu,conferendo nobis gratiam, & septem dona gratia
rum,sicut contulisti beatæ Mariæ Magdalenæ, quam hodie vocas ad thronum
gloriæ,& sedem,siue cathedram ; vbi existit ecclesia triumphans, ibiq; soliũ glo
riæ cum cæteris ipsa tenet. Interdum uerò throni in numero plurali non pro
sedibus,uel cathedris;sed pro virtutibus aliquibus in cęlestibus:in quibus Deus
semper sedet,quasi in quadriga sua ponatur. Sed hæc sancta mulier statim,at
que assumpta fuit in cœlum : {In thesauro reposita Regis est drachma perdita,
Gemmaq; luce inclyta, De luce luci reddita.} Drachma perdita hoc loco cer- 2
tè non est nummus certę quantitatis ualens decem denarios usuales: habens in
se regis imaginem,& insuper scriptionem: quem nummum nos debemus offer
re Deo,scilicet nosmetipsos, in quibus est imago regis: sicut benè elicitur ex se
cunda parabola ; quam ponit euangelista Lucas:sed hic drachma per metapho- Luc.15.
ram quamdam significata est sancta Maria Magdalena , quę ob eius plurima ui
tia,atq; peccata, & sordes erat perdita,& in statu gratiæ multum separata ; quia
cum ipsa ad imaginem quidem Dei fuerit condita : peccãdo a similitudine sui
conditoris Dei ipsa recessit,& ideo perdita erat,& in ipso damnationis,& perdi
tionis statu: sed mulier,idest misericordia Dei,ac ipse Deus (parit enim nos cũ
dolore) accendit lucernam,quęrens eam, eam inuenit, & multum gaudens po-
nit eam in thesauro regis,idest in numero,ac cætu beatarum animarum, ac bea
torum spirituum,qui sunt thesaurus Dei in cœlis quidem viuis ex lapidibus con
structus. Reddita est ẽt hęc sancta mulier,eruta de luto peccatorum, ipsi luci 3
per gemmam inclytam,& gloriosam lucem (per appositionem.n.hic versus in-
telligendus est).i.per imaginem regis,& Dei,quę imago regis,ut gẽma est scul-
pta in drachma illa.s.Maria Magdalena,immò & in omnibus nobis:sicut sculpta,
& posita est gemma in drachma materiali,& anulo. Vel dicamus , ꝙ gemma
Mariam signet,ut gemma,& pretiosa margarita,aduenta, & de luto eruinta,red
dita sit luci,idest ęternę claritati per inclytam,& gloriosam lucem . Post factã
filij Dei inuocationem;cuius gloriosa luce Maria Magdalena reddita, ac addita
est luci indeficienti: Dirigit sermonem suum ecclesia iterum ad Iesum , sic per-
gens: {Iesu dulce refrigerium; Spes vna pęnitentium, Per peccatricis meritum Matt.11.
Peccati solue debitum.} Est ergo Iesus dulce refrigerium , & subleuatio quę- 4

dam,& quasi recreatio mentis. Vnde canit Ecclesia § Dulcis hospes animæ, Dul
ce refrigerium: § & ipse de se Iesus dicit; Venite ad me omnes, qui laboratis, &
5 onerati estis, & ego reficiam vos. Præterea est etiam spes una omnium pęni-
Act.4. tentium; Vnde archiapostolus ait: & non est in aliquo alio salus. Nec enim aliud
Eccle.24. nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri; & Ec-
clesiasticus ait: In me gratia omnis viæ: & veritatis: in me omnis spes vitæ, & uir-
Hierem.17. tutis: & Hieremias: non sis mihi tu formidini, spes mea tu in die afflictionis.
Sic ergo dicas, ò Iesu dulce refrigerium, & omnium, qui ad te conuertentur,
vnica spes, peccatricis Mariæ (quondam peccatricem fuisse Mariā intellige, quia
hodie beatā esse firmiter creditur: aliàs frustra rogaremus, ut meritis suis Deus
solueret nostra debita: Cum.n. indignus ad intercedendū mittitur, irati iudicis
Greg. in Pastorall. animus ad deteriora prouocatur) meritis magnificis quidem, & opimis: (lacry-
Luc.7. mis.n. Christi pedes rigauit, capillis suis tersit, osculata est pedes eius, unxit pe-
des eius: propter hæc multa meretur: dilexit.n. multum, ideoq; ipsa multum me
retur; Ideoq; dicit per meritum:) solue, remitte ac omnino relaxa peccatorum
nostrorum debitum, siue pęnas, quas pro illis ipsi meremur. Cæterum quid
debiti appellatione hic intelligatur, uel possit intelligi. Vide supra in hymno ter
tio aduentus Dñi: & infra in hymno confes. non Pon. Et tu uia errantiū, &
salus omnium in te sperantium Virgo Maria: § Pia mater, & humilis: Naturæ
memor fragilis: In huius vitæ fluctibus Nos rege tuis precibus. § Rogamus
hic ergo: ut sancta Maria in hac vita nostra: siue peregrinatione, & prolixitate
quadam ad mortem: suo nobis præsto sit patrocinio. Quòd autem Maria Vir
go pia sit, senti ecclesiam canentem. § Quis non possit contristari, Piam mater
Luc.1. contemplari Dolentem cum filio: § & illud, o clemens, o pia, o dulcis virgo Ma
6 ria. Mater est etiam Dei pietate plenissima, mater & orphanorum. Item
humilem fuisse attestatus est Lucas, dicens, Respexit humilitatem ancillæ suę: &
hanc eximiam Mariæ humilitatem: qua mater Dei electa ancillā se nominat, Au-
August. gustinus his uerbis extollit: O uera humilitas, quæ Deū hominibus peperit, vitā
mortalibus edidit, cœlos innouauit, mundum purificauit. Facta est Mariæ humi
7 litas scala cęlestis: qua Deus descendit ad terras. Porrò, quod natura humana,
Isa.64. sit fragilis, elucescit in multis profectò locis: Nam legitur apud Isaiam: & nunc
Dñe pater noster es tu: nos uerò lutum, & fictor noster es tu, & opera manuū
Psal.10. tuarum omnes nos. Atqui quoniam corpus nostrum ex sui natura est fragi-
le, & est facile ad lapsum in peccata protrahens: Ideo o pia mater in hac vita flu-
ctuanti rege nos tuis precibus. Et hic sancta ecclesia videt alludere ad id, qđ
in psalmo legimus de Apostolis; Qui cū descendissent mare in nauibus, & pisca-
torū munus exercentes in aquis maris. Quia tunc dixit Dñs, & surrexit procella
(facta est.n. inquit tempestas uenti magna, & fluctus irruebant in nauem: ita ut
Math.8. operirentur) ascendunt vsq; ad cœlos: & descendunt vsq; ad abyssos, idest, tolle-
bantē modo quasi in cœlos; modo quasi ad ima descendebant, & anima eorū in
malis tabescebat, & in timore, ac in periculis defecerat: ita ut omnis remigandi pe
ritia defecerat. Atqui uerò, quia ad Dñm clamauerunt: ex omni timore, & pe-
riculo liberauit eos Dñs; Mandauit.n. procellæ Deus, & stetit ipsa in arā, & pla-
cidā, & tranquillā inspirationem. Sic nos quoq;, qui sumus quotidiè exagitati
in huius vitæ fluctibus, modo ex insidijs, & tempestatibus Diaboli, mundi, & car
nis; modo a prauis concupiscentijs, ac tentationibus, ad te clamamus sanctissima
mater

mater Dei; & vnigenitum filium tuum Dominum nostrum ores, & ad ipsum pro nobis clames, ut nos protegere, liberare, & defendere dignetur ab omnibus insidijs inimicorũ nostrorũ uisibiliũ, & inuisibilium, nunc, & in perpetuũ. Amẽ.

In festo sancti Petri ad Vincula ad vesperas Hymnus Decimus.

SAncta mater Ecclesia sciens cum beato Luca, quòd beatissimus Petrus Apo stolorum princeps, mirabiliter, ac miraculosè catenas: quibus alligatus, & in nexus fuit: dum ab impio rege Herode Aristoboli filio coniectus in carcerem, & uinctus fuit: Angelo dissoluente, authore, & duce dissoluit, rupitq;: Iccirco ho die in memoriam tanti miraculi, quod operatus est Petrus in honorem Beati Petri cantat hunc breuem hymnum, videlicet. Petrus beatus catenarũ laqueos, Christo iubente, rupit mirabiliter: Custos ouilis, & doctor ecclesiæ, Pastorque gregis, conseruator ouium Arceat luporum tuculentam rabiem. § Quòd autẽ Petrus dormiẽs inter duos milites uinctus catenis duabus, & custoditus ab illis liberatus fuerit, a ac carcere eductus: constat ex actis Apostolorum, ac ex eorum nota historia. Porrò pastor gregis hic appellatur Petrus: quia tertiò, ei a Domino cura commissa est, agnos suos, oues q; pascendi: Cũ dixit ei ter pasce, pasce, pasce oues meas, idest, fideles christianos meos: sicut refert plenè Ioannes. Act. 12. 1 Act. 12. 2 Ioan. 21.

Deniq; Petrus arceat luporũ tuculentã rabiem: & sæuitiẽ: ubi aduertendũ est nobis, ꝙ luporũ significatione, qui ouili insidiant, intelligẽdi sunt Dęmones, vel heretici: sicut lupus pro Diabolo accipit in parabola illa Domini, de pastore, & mercenario. Vbi Ioannes dicit: Mercenarius aũt videt lupũ uenientẽ, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues: alium.n.ad luxuriã trahit, alium in auaritiã accẽdit, aliũ in superbiã erigit, alium per iracundiã diuidit, hunc inuidia stimulat, illũ fallacia supplantat. Quare apparet, ꝙ multiplex est laqueus Diaboli, ideo miser homo cadit multipliciter in peccatum. Est aũt laqueus Diaboli propriè ille, quo aliquis ligatur delectatione carnis: Vnde Dauid: laqueus contritus est, & nos liberati sumus: laqueus item est doctrinę hereticorum, iuxta illud propheticum: pluet super peccatores laqueos: laqueus item est idem, quod fraus. Vnde Dauid. Narrauerunt, ut absconderent laqueos, idest, fraudes. Demum laqueus idẽ est, ꝙ affectus terrenorum. Vnde similiter Dauid. In laqueo isto, quem abscon derunt, comprehensus est pes: &c. Quare Beatus Petrus rupit laqueos catenarum: & ceciderunt (inquit Lucas) catenæ de manibus eius, per Angelum nũ ciantem; iubente Christo; & custos ouilis, & doctor fidelis ecclesiæ, pastorq; gregis Christiani, & conseruator fidelium repellens crudelem rabiem Dęmonum, siue hereticorum, omnino arcet, & cohibet illam. Nota ꝙ isti laquei, siue catenæ, quas beatus Petrus; quando illis uinctus erat in carceribus, rupit; sunt Romæ in Ecclesia sancti Petri ad Vincula in sacrario repositæ: & cum omni reuerentia custoditæ. § Gloria patri per immensa sęcula, Sit tibi nate decus, & imperium. Honor, potestas, sanctoque spiritui. Sit trinitati salus indiuidua, Per infinita sęculorum sęcula. § Amen. Hoc est Deo patri, sit laus cum fama: Filio uerò decus, & imperium; & bene dicimus filio attribui imperium, & decus: quoniam abstulit Dęmonio imperium, dum Ioan. 10. 3 Ioan. 11. 4 Psal. 123. Psal. 10. Psal. 63. Act. Luc. 12. 5

passus est pro nobis: Idcirco benè ei imperium cōuenit,& consequenter ipsum decet decus: spiritui verò sancto honor,& potestas; quoniam post adeptum imperium debet ab omnibus honorari,quia habet imperandi potestatem: Cęlestia
7 enim, terrestria, & inferna moderatur ipse, & ipsis ipse imperat. Cæterum hymnus hic excitat mentes fidelium in amorem sui principis: Decet enim principem à suis subditis potius amari,quàm timeri. Hinc sunt illa epitheta beatus custos ouilis, pastor ecclesiæ, gregis pastor, & ouium conseruator,beneficium ouibus præstitum per ipsum, diuinusque fauor erga ipsum gregem.

In festo sancti Michaelis ad vesperas Hymnus Vndecimus.

Psal. 91. MAter omnium ecclesia sancta magnam pro nobis solicitudinem habere sciens, maximeque erga nos affectos esse Angelos: Nam & illius Deus de nobis,mandauit, vt custodiant nos: scit namque creator noster sapiens, atq; omnipotens infirmitatem, ignorantiam, & malitiam nostram, nimis magnam esse: ob hoc prouidit nobis Angelicam custodiam: vt scilicet per sanctos Angelos subtrahamur ab imminentibus vitijs,à corporalibus quoque periculis,inducamurque ab eisdem ad deplangendum peccata præterita; ad præsentia cōgnoscendum denique ad futura cauendum: Vnde cum regio psalte: in conspe-
Psal. 137. ctu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo, dicente: Canticum hoc hymnicum cantat, ita exordiens. § Tibi Christe splēdor patris, Vita, virtus cordiū: In cōspectu Angelorū Vocis, voce psallimus: Alternantes concrepando Melos damus uocibus: & quæ sequuntur. In quibus collaudatur, & deuotis celebratur laudibus Christi benignitas: qui Angelis suis mandauit de nobis, ut custodiant nos in omnib. vijs nostris:& præcipuè Michaeli Archāgelo principatum dedit,& potestatem coercendi serpentem antiquum à cuius afflatu,& veneno petimus Angelico subsidio
1 liberari; Vnde notandum est nobis (secundum beatum Gregorium post
Greg. in moral. lib. 32 ca. 24 & 25. Dionysium (nouem esse Angelorum ordines, videlicet, Angelos, Archangelos, Virtutes, Potestates, Principatus Dominationes Thronos, Cherubim, atq;
De pœn. dist. 2 principium & in hom. ter tiæ. Domini. post Pente. Seraphim: vt omnes penè sacri eloquij paginæ testantur, atque libri prophetarū etiam loquuntur: Paulus namque quatuor ordinum nomina enumerat dicēs; supra omnem Principatum,& Potestatem,& Virtutē,& Dominationem; & rursus siue Throni, siue Dominationes, siue Principatus, siue Potestates. Item Isaias,
Paul. Ephe. 1. Isai. 6. & volauit ad me, vnus de Seraphim. Dauid quoque testatur, quòd Christus ascendit super Cherubim, & volauit: volauit in cœlum super alas uentorum.
Psal. 17. Ezechiel præterea: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia; & perfectus
Ezechiel. 28. decore in delitijs paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operimentum tuum;
Hos etiam lapides enumerat ! ff de pu. vec. l. interdū. § species. sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus, & onyx, & berillus sapphirus, & carbunculus, & smaragdus: Ecce nouem dixit nomina lapidum: quia profectò nouem ordines Angelorum sunt, quibus nimirum ordinibus ille primus Angelus, ideo ornatus, & opertus extitit: quia dum cunctis agminibus Angelorum prælatus est etiam eorum comparatione clarior fuit.

Ad hæc Angeli lingua græca, nuncij: Archangeli verò summi nuncij uocantur: quo-

tur: quoniam eorum vocabulum nomen est officij, & non naturæ: etenim sancti illi cœlestis patriæ spiritus semper quidem sunt spiritus: sed semper vocari Angeli nequaquam possunt, quia tunc solum sunt Angeli, cum per eos aliqua nunciantur. Vnde propheta dixit: Qui facit Angelos suos spiritus; Psal. 103.
ac si manifeste dixerit: Qui eos, quos semper habet spiritus, etiam cum voluerit, Angelos facit. Item qui minima nunciant, Angeli, qui verò summa Archangeli vocantur: Hinc est, quòd ad Mariam Virginem non quilibet Angelus: sed Gabriel Archangelus mittitur: ad huiusmodi namq; mysterium summum Angelorum venire dignum fuerat: siquidem Gabriel Archangelus fortitudo Dei nominatur: Ideò illum nunciare venit, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est, de quo per psal. dicitur. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis, & potens: Dominus fortis in prælio: Dominus virtutum. Porrò annotandum est etiam, quòd quando ad nos aliqui ministratorij Angeli veniunt, apud nos etiam à ministerijs trahunt nomen: quandoquidem Michael; vt Deus; Gabriel; ut fortitudo Dei; Raphael verò vt medicina: siquidem Michael antiquum hostem debellauit, & à paradiso eum expulit. Gabriel nunciauit fortem illum regem, Christum videlicet, Raphael Thobiæ oculos quasi per officium curationis tetigit, & cæcitatis illius tersit tenebras: dicit etiam Gulielmus Duran. quòd quando unus Angelorum mittitur ad aliquod magnum, & mirabile faciendum; is Michael nuncupatur: quoniam eorum, qui mittuntur, princeps est Michael, qui fuit princeps quoque ecclesiæ Iudæorum, vt habetur in Daniele. Modò autem est princeps ecclesiæ Christianorum.

[Margin: 2 — Psal. 23. — 3 — Apoc. 12. — Thob. 11. — Guliel. lib. 4. ca 33. nu. 19. cum seq. — 4 Daniel. 10.]

5 Aduertendum est demum, quòd in festo sancti Michaelis agitur de Angelis omnibus: sed tantum Michael nominatur; quia ipse præest paradiso, & ad suscipiendas animas est constitutus: & quia hoc festum est commemoratio victoriæ sancti Michaelis, & inde originem sumpsit; quia cum barbari depopularentur Apuliam Christiani, triduano ieiunio indicto, sancti Michaelis auxilium implorauerunt: per cuius visibile patrocinium fugam ter dederunt; & Christiani victoriam habuerunt: & quia denique Michael est, qui fuit missus in Aegyptum, quique fecit illas famosas plagas: qui diuisit mare rubrum, qui eduxit populum per desertum, & induxit in terram promissionis. Nos igitur veneramur in tali festo, immo, & in alijs, & etiam festis solennibus Angelos; nouem psalmos, nouem lectiones; & nouem responsoria, vel loco vltimi, Te Deum, decantantes, vt per cantum istorum ad consortium perueniamus nouem ordinum Angelorum. Vltimo loco aduertit etiã beatus Gregorius, quòd virtutes vocantur illi spiritus, per quos signa, & miracula frequentius fiunt. Potestates verò vocantur ij, qui hoc potentius cæteris in suo ordine perceperunt, vt eorum ditioni virtutes diuersæ subiectæ sint, quorum potestate refrenantur; ne corda hominum tantum tentare valeant, quantum volunt. Principatus vocantur qui ipsis quoque Angelorum spiritibus præsunt, qui sibi subiectis alijs dum quæque sunt agenda disponunt; eisque ad explenda ministeria principantur, & anteponuntur. Dominationes autem vocantur qui Principatus, & Dominationes transcendunt, & superant. Throni verò illa agmina sunt vocata, quæ tanta diuinitatis gratia replentur, ut in eis sedeat semper omnipotens Deus ad exercen-

[Margin: Exo 1. 2. — 6 — Greg. in sancti Michaelis festo, in sermone de Ang.]

dum iudicium; Throni enim dicti sunt ij, qui tanta gratia repleti sunt, ut per eos iudicia Deus decernat. Vnde propheta dicit: qui sedes super per Thronū,
Psal. 9. qui iudicas æquitatem. Cherubim quoquè plenitudo scientiæ dicitur, & idcirco sublimia illa agmina vocata sunt, quia tanto perfectiori scientia plena sunt, quanto claritatem Dei vicinius hæc contemplantur. Seraphim denique vocantur illa sanctorum spirituum agmina, quæ ex singulari propinquitate conditoris sui incorruptibili ardent amore: vocantur enim Seraphim ardentes, & incendentes; quia ita Deo coniuncti sunt; ut inter hæc, & Deum nulli alij spiritus
7 intersint, tanto magis ardent, quanto ipsum vicinius vident. Vnde benè Dionysius tractans de cœlesti hierarchia diuidit totam Angelicam naturam in tres hierarchias: nam prima dicitur supracęlestis, in qua tres sunt ordines, scilicet, Seraphim; Cherubim; & Throni: ideo benè diximus, quòd ij sunt alijs viciniores Deo. Secunda hierarchia dicitur cœlestis, in qua sunt alij tres ordi-
8 nes, scilicet Dominationes: Principatus, & Potestates. Tertia dicitur subcę-
Nota. lestis, in qua sunt alij tres ordines, virtutes, scilicet, Archangeli, & Angeli. Vnde licet omnes istæ tres hierarchiæ incessabili uoce laudent Deum: dicentes; sanctus; sanctus; sanctus; Prima tamen est precipuè dedicata (ut paulo ante tetigimus) ad confessionem, & laudem Dei, secunda ad decorem, & regimen totius vniuersi in generali, tertia verò dedicata ad regimina particularia partium vniuersi: Nam ordo Virtutum est dedicatus ad mouendum cœlos, & elementa, ad resistendum aeris potestatibus, nequid contra moliantur. Archangeli verò sunt dedicati ad custodiam regnorum, & ciuitatum. Angeli autem ad custodiam uniuscuiusque hominis. Cæterum vt ad literam redeamus est hic:
9 animaduertendum, quòd tres Christi denominationes hic ponuntur, nempe
Hebræ. 1. quòd sit splendor patris: uita, & uirtus cordium. Quòd sit splendor patris, patet: cum Apostolus ait: qui cum sit splendor paternæ gloriæ, &cæt. Quòd autem sit uita similiter clarum euadit. Nam in quantum Deus: om-
Ioan. 1. nia per ipsum facta sunt, & ab eo emanant omnia creata, sicut radij solares à sole: Ideo omnia habent ab eo, & in eo uitam, & esse, ac conseruantur in esse. Nam in tantum res sunt, in quantum uerbum influit eis uitam, & esse: Ergo Christus uita omnium. Præterea Christus uirtus est cordium, idest, animarum: locum enim posuit pro locato) quia pro corde animam intelligit, quæ sedem habet in corde, eadem ratione, qua ipse est & uita. Nam omnibus naturale dat esse: specialiter hominibus dat uitam gratiæ, & gloriæ. Ad hæc uersus hic tertio loco positus, desumptus uidetur ex illo Dauidis. In conspectu Angelorum psallam tibi: adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo: Concrepare autem est dulci har-
Psal. 137. monia simul canere, & suaue personare carmen. Alternantes uerò concrepamus; cum diuinas concinendo laudes, alternamus uices, & alternatim cantamus. Potes denique sic orando dicere; o Christe, qui es splendor patris, uita, & uirtus cordium, quia sicut uiuit corpus per animam, ita viuit anima per Christum quemadmodum enim anima uirtus est; atq; etiam uita corporis; ac propter hoc absque ea corpus momento subsistere non possit, sed marcescit, & euanescit, ita animarum, & cordium nostrorum uita, & uirtus Christus est, quo sine haud per momentum uiuere, & sub-
Act. 17. sistere possent: in ipso enim uiuimus; & mouemur; Psallimus tibi in con-

spectu

ſpectu Angelorum votis, ac precibus vel corde, ore, & voce; ſimiliter, & damus tibi vocibus melodias, vocibus alternatis decantantes. Et nos § Collaudamus venerantes Omnes cœli milites : Sed præcipuè primatem Cœleſtis exercitus Michaelem in virtute: Conterentem Zabulon. Quod autem ſanctus Michael ſit primus (ut ab eccleſia vocatur) & princeps cœleſtis exerci- 10 Dauid.10.
tus ; habetur à Domino dicente, nemo eſt adiutor meus, niſi Michael: princeps noſter. Sanè inter eos Angelos, qui miniſtratorij ſunt ſpiritus ad nos, & in miniſterium miſſi; & hæc inferiora gubernant: ipſe Michael primatum obtinet, ut nullus ſit nobis nominatim expreſſus, qui tantum coercen- Apoc. 12.
dæ aduerſæ poteſtatis accepe̊rit virtutem. Item quòd Michael Archangelus inſigni virtute antiquum hoſtem, & draconem contriuerit: clarū eſt in reuelationibus ſancti Ioannis: factum eſt prælium magnum in cœlo: Michael, & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat; & Angeli eius; & non ualuerunt; neque locus inuentus eſt eorum amplius in cœlo.

Cæterùm Zabulon non intelligas hic filium Liæ, ut in Geneſ. ſed hoc loci 11
Zabulon accipitur (ſicut ſæpius etiam in ſacris eloquijs) Dęmon, & Diabo- Geneſ. 30.
lus qui interpretatur fluxus noctis, fluens per inſtabilitatem, & inconſtantiam, atque mutabilitatem in deterius: & noctis habens notam propter ſpirituales tenebras, quibus eſt ipſe circumfuſus : § Quo cuſtode procul pelle Rex Chriſte pijſsime Omne nefas inimici : Mundo corde, & corpore : Paradiſo redde tuo Nos ſola clementia. Duos hic vltimos verſus attende, & dic, quòd ſicut ſola Dei miſericordia eſt, quia non ſumus conſumpti, quemadmodum noſtra peccata exigunt : Ita ſoli diuinæ aſcribendum eſt miſericordię; quòd in cœleſtem gloriam panditur nobis introitus; non autem ex operibus: quamuis etiam ipſa ſint neceſſaria, ſecundum quod ſcribit Matthęus, ſi uis ad Matth.19.
vitam ingredi, ſerua mandata Dei, dicit enim ipſe, quòd hoc apud homines impoſsibile eſt, apud Deum verò omnia poſsibilia. Humili ergo dicamus con- Ad Tit.3.
feſsione cum Apoſtolo, quod non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundum magnam miſericordiam ſuam ſaluos fecit in regno ſuo cœleſti, & ſola miſericordia Dei ſperemus ſaluari, neque fiduciæ operum noſtrorum tamquam baculo arundineo innitamur.

Aduerte in conſtructione penultimæ ſententiæ, quod per inimicum, Diabolum intellige: per cor, & corpus, accipe tam animam quàm corpus.

At demum per paradiſum requiem ſempiternam ſimili modo intellige. Pa- 12
radiſus ſiquidem ſecundum Albertum magnum non ſolum eſt illa terreſtris regio prima noſtrorum immortalium corporum, antequam caderent per pec- Albe.Luc.23
catum : Plantauerat autem Dominus Deus paradiſum voluptatis ab initio; Geneſ. 2.
in quo & cętera. Verùm etiam dicitur paradiſus regio beatorum ſpirituum, deitate præſentialiter fruentium. Hæc autem regio beatorum ſpirituum eſt, in omni loco, vbi ſe deitas ad fruendum exhibet, ſiue in cœlo ſiue in terra, ſiue etiam in limbo patrum, ad quem poſt mortem anima Chriſti deſcendit. Aliquando dicitur Paradiſus delitiæ ſanctæ animæ in con- Eccleſ. 40.
ſolationibus diuinis. Timor Domini, ſicut paradiſus benedictionis.

Aliquando etiam pulchritudo conuerſationis ſanctorum : Gratia ſicut Eccleſ. 41.
paradiſus in benedictionibus. Aliquando dicitur amęnitas habitationis ſanctorum ; Regio Iordanis uniuerſa irrigabitur ſicut paradiſus Domini: Geneſ. 13.

Aliquan-

Aliquando dicitur multiplicitas amænitatis ſcripturarum. Ego ſicut aquæ du-
Eccleſ.24. ctus exiui de paradiſo. Aliquando dicitur paradiſus vbertas cordis pleni ſcien-
Cant.4. tijs,& uirtutibus. Emiſsiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus.

In Feſto ſancti Michaelis Archangeli ad laudes Hymnus Duodecimus.

SAncta mater Eccleſia poſtquam in generali (ſibi primo Chriſtum beneuolum faciens) humilibus eum precibus deprecans omnes cœli milites, & Angelos miris collaudauit præconijs, & laudibus: ſed precipuè Archangelum Michaelem, cœleſtis exercitus primatem, iterum modo ſe præparat ad Chriſtum orandum, & ab eo petens peculialiter ex omnibus ſanctis ſibi propitios, & inter-
1 ceſſores dare tres hos Archangelos in auxilium, & munimen: qui ſunt precipui: & dicitur in litera, Michael, Gabriel, & Raphael: ita demum prorumpens; § Chriſte ſanctorum decus Angelorum, Rector humani generis, & author: Nobis æternum tribuat benignus Scandere cœlum: § & reliqua. In quibus, vt diximus, inuocatur diuina bonitas, vt Angelico præſidio nos muniat, & ab hoſti-
1 libus inſidijs, & ab incurſibus immunes reddat. Primò hic annota, quòd Chriſtus eſt decus ſanctorum Angelorum, non autem malorum: Eccleſia enim ſan-
2 cta facit inuocationes ad omnes, & ſingulos bonos Angelos. Secundo aduer-
Ludol c 44. de electorum conſolat. te, quòd ſecundum quod refert Ludolphus triplex eſt cœlum, Primum eſt aereum: in quo aues volitant; ſecundum eſt ſidereum; in quo ſidera ſtant. Tertium empyreum; in quo Deus, & ſancti habitant. Itaque nos hoc loco iſtud tertiũ cœlum deſideramus, vt faciat, nos aſcendere: vbi regnum Chriſti eſt æternum. Et vt hæc, quæ à te poſcimus nobis concedantur plenè, ac certè. § Angelum pacis Michael ad iſtam Cœlitus mitti rogitamus aulam; Nobis vt crebrò venien-
3 te creſcant Proſpera cuncta. § Aduerte hic, quòd quanquam nomen iſtud Michael in viridi, & trito, atque vulgato vſu declinationem recipiat: tamen hic (quia eius obliquus non fuiſſet aptus carmini) ponitur indeclinabile. Præterea aula, & ſi hiſtoricè regiam, ſiue palatium Regis ſignet; hic tamen Eccleſiam ſignat: in qua Chriſti fideles ita exiſtunt, ſicut in aula regis permanent, & habitãt
4 aulici ad obſequium regis. Quare ſic breuiter literam ordinemus. O Chriſte mitte ad iſtam ſanctam Eccleſiam tuam è cœlo ſanctum Michaelem, pacis Angelum (dicitur enim Michael Angelus pacis eo; quia cœleſtis militiæ, & exercitus exiſtens primus, & princeps: pacem in cœlo poſuit, ac conſtituit: Chriſtum vltra omnes Angelos diligens) ut crebrò, & frequenter ipſe ad nos ſic veniens, creſcant & contingant proſpera cuncta. Et non ſolum mitti ad nos rogitamus Michaelem: ſed etiam. § Angelus fortis Gabriel; vt hoſtem Pellat antiquũ:
5 volitet ab alto: Sæpius templum veniens ad iſtud; Viſere noſtrum. § Alludit hic Eccleſia ad interpretationem huius nominis Gabriel: quod tantumdẽ
Beda. valet, ſicut fortitudo Dei; vt ſupradiximus; & proinde Beda in Euangelio Lucæ primo dicebat, Rarò legimus: quia apparentes hominibus Angeli deſignentur ex nomine. Verùm quotieſcunque fit ideo utique fit: vt etiam nomine ipſo quid miniſtratum veniant, inſinuent: Gabriel nãque fortitudo Dei dicitur, & meritò

tali

-tali nomine præfulget, quoniam nascituro in carne Domino testimonium per- 2
-hibet: illum nanque (vt præmisimus) nunciare venit: quem diuinus psaltes do- 6
-minum fortem, & potentem; Dominum potentem in prælio vocauit. Porrò Psalm. 23.
templum hoc in loco Ecclesiam signat, vt iuxta illud Domini nostri Iesu Chri-
-sti, qui ementes, & vendentes eiecit de templo, idest de Ecclesia, & de consortio fi-
-delium: nam ipsi fideles, vt legitur ex multis, sunt domus Dei, & templum Dei. Ioan. 2. 1. q. 3 ex multis.
Templum ergo Ecclesiam hic significat: ad quod qui non confugiunt: salui fie- Dis. 4. c. in do
-ri non possunt. Refert enim Augustinus, quòd Romulus construxit templum mo.
quod asylum nominauit, & statuit, quòd quicunque fugerent ad illud, essent sal- Augus. de Ci
-ui, & liberi ab omni pœna: sic & Christus dominus noster fundauit sanctam uit. Dei c. 17.
matrem Ecclesiam, & ordinauit, vt quicunque ad illam confugerent, saluarentur.
Vnde in prouer. dicitur. Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit iu- Prouer. 18.
stus, & exaltabitur, & dicitur templum; quasi tectum altum. Aliquando tamē 7
nomine templi sacratissimum Domini corpus in sanctis eloquijs nuncupatur;
quod in eo habitauerit omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, vt in eo loci
in Euangelio: soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, quod uer- Ioan. 2.
-bum Euangelista perhibet dominum dixisse de templo corporis sui: simili mo-
-do intelligitur illud Ezechielis: & conuerti me ad portam domus, & ecce aquæ Ezechiel. 47.
subter limen domus ad orientem: Aquæ autem descendebāt in latus templi, sci-
licet corporis domini, dexterum, & sanabuntur omnia, & viuent ad quæ vene-
rit torrens. Sed ad nos redeamus, dicentes humili prece Volitet, & volet as-
-siduè ab alto, idest, à cœlo Angelus fortis Gabriel à te missus o Christe, vt pellat 1
Diabolum: veniat, inquam, ad hanc Ecclesiam: vt sæpius eam visens à nobis vi-
-deatur, & cognoscatur. Et quia vulnera fortè aliqua in nobis curanda reman-
-serint, quæ animam nostram aggrauant; Ideo. Angelum nobis medicum salu-
-tis Mitte de cœlis Raphael: vt omnes Sanet ægrotos; pariterque nostros Dirigat
actus. Hic duo à Deo per Raphaelem Angelum fieri nobis petimus: nem-
-pè quòd quemadmodum exhibuit medicinam Thobiæ, & filium Thobiam iu- Thob. 11. & 8.
-niorem nomine, duxit in regionem Medorum; sic oculis nostris lubricis: & lasci
-uijs forte affectis, medeatur. pariterque in futurum illos ad bonum cœleste op-
-tandum, ad volendum: & non solum oculos; verum & omnes nostras operatio-
-nes dirigat. Quod autem Archangelus Raphael medicus vocetur, ex sacra 8
Thobiæ historia constat. Vbi inuenimus Thobiam iuniorem repetum fuisse Thob. 6. & 8
per Raphaelem Archangelum ab immanis piscis deuoratione: & ipsum etiam 11.
Angelorum compescuisse, & confregisse dæmonium: quod septem Sacræ mari-
-tos strangulauerat; Denique iecore eiusdem piscis super carbonibus posito, fel-
-le illius immanis piscis oculis Thobiæ senioris posito per filium, visum patri suo
extemplo restituit: & hoc ideo factū fuit; quia Angelus iussit Thobię, qui comi-
-tem habuit, dum iuit in ciuitatem Medorum. Hinc nostri Dei genitrix Maria:
Totus, & nobis chorus Angelorū Semper assistat; simul & beata Concio tota.
Quod Virgo Maria Theotocos, idest, Deipara, Deique genitrix sit dicenda con- 9
-tra Nestorianos, optimè disputans affirmat Beatus Ioan. Damascenus, dum in- Ioā Damasc.
-quit: Deiparam Dei genitricem, Deique parentem. & propriè, & verè sanctam lib. 3. de or-
Virginem celebramus: Nam vt verus Deus est, qui ex ipsa natus est: ita vera Dei thod fid.
genitrix verum Deum ex ipsa Virgine natum genuit. Semper igitur, & om-
-ni tempore nobis omnibus tota concio, & exercitus Angelorum assistat, & isti 10
inter-

10 intercedant pro nobis. Et aduerte hic, quòd concio aliquando locum, suggestumque signat; Vnde ad populum verba fiunt. Aliquando verò ipsam orationem significat, quæ habetur ad populum. Aliquando verò ipsam populi multitudinem conuocatam ad audiendum concionantem, & concionariis dicitur, qui publicam orationem habet. Omnis denique sanctorum chorus concio dicitur, vt hic.
11 Chorus verò (vt notatur apud Iureconsul. varia significata habet, vltra id, quod hic ponitur: nam aliquando ponitur pro numero personarum ad psallendum destinatarum cum instrumento quodam; quandoque pro mensura: quandoque accipitur pro loco & ordine: quandoque pro vento. Vnde dicitur. § Cantat dulce chorus; bacchatur flamine corus, est mensura corus, Locus & ordo, chorus.

l. cum eiusdē ff. de ędil. edic.

In festo omnium Sanctorum ad Vesperas Hymnus Tertius Decimus.

CVm singula idola Romanorum Romę templum habere non possent: Romani vnum templum in honorem Cybeles matris Deorum, & omnium Deorum ipsorum fecerunt; successu verò temporum Bonifacius Papa petijt à Phoca Cęsare Imperatore Constantinopolitano, qui Romanis præerat, templū illud sibi dari: Quo obtento abiectis inde idolis, dicauit illud quarto Idus Maij
1 ad honorem Beatę Marię Virginis; Quod hodie vocatur templum sanctæ Mariæ Rotundæ, & omnium martyrum, & tunc dicebatur festum illud beatę Mariæ ad martyres: Nondum enim fiebant festa de confessoribus: sed solum de martyribus. Statuit ergo idem Papa, vt singulis annis illa die celebraretur festum de martyribus. Verum Gregorius Quartus hunc diem festum martyrum transtulit ad calendas Nouembris: instituens tunc fieri festum non solum Apostolorum, & martyrum, sed etiam trinitatis, & Angelorum, & confessorum, generaliter, & omnium sanctorum, & sanctarum, & etiam electorum: tum propter præmissam templi dedicationem, tum propter omissorum festorum suppletionem; Non enim propter ipsorum multitudinem de omnibus festare specialiter valemus, tum & propter negligentiam in festis, quæ celebramus: Tum demum propter faciliorem orationum nostrarum impetrationem; facilius enim, quod petimus, obtinebimus: si simul omnes intercedant pro nobis; quia impossibile est multitudinem non exaudiri: Vnde in oratione omnium sanctorum dicitur; multiplicatis intercessoribus largiaris: Ideo Ecclesia sancta prosequitur huiusmodi celebrare festum in dies magis, præconiaque sanctorum omnium in hymnis, & canticis idest, cantando confitetur hodiè, & commemorat, dicens: § Christe redemptor omnium, Conserua tuos famulos: Beatæ semper Virginis Placatus sanctis precibus. § & quæ sequuntur. In quibus ad omnes sanctorum ordines dirigitur oratio; ut potè ad Deum, sacrosanctam Dei matrem, Angelicos spiritus; sanctos prophetas; Apostolos; martyres; confessores, & virgines; vt à nobis hostium nostrorum propellant ferociam, atque molestiam, æterniq; regni consortium nobis indulgeant: & suæ gloriæ participationem. Repete igitur hic primo, quod aliàs diximus, nempe. Christum redemptorem omnium appellari, idest, hominum vniuersorum, quantum ex parte ipsius, qui vult omnes ho-

Guliel. lib. 7. cap. 37.

Beatus Amb. author.

nes homines saluos fieri;& ad agnitionem ueritatis uenire;& quia pro omnibus copiosissimè satisfecit: propter quod dicitur redemptor omnium quantum ad sufficientiam:E ectorum verò quantum ad efficientiam: quoniam Dominicę passionis consequuntur finaliter fructum,ac consummatum effectum.Hæc Dionysius.Secundo attende,& intellige,quod qui Christo famulantur, ipsi salutem æternam profectò sperare possunt: eos enim ipse Christus in suam sanctam, & singularem misericordiam,& in sinum misericordiæ suæ, immo & animam, & corpus suscipit,regit,& saluat:omnem enim spem suam,consolationem, omnes angustias,& miserias eorum,& uitam ipsam:immo & finem uitę ipsi commendant,& committunt,tanquam omnium hominum salutis meditatori. At qui Christo non inseruiunt,nec famulantur:quam mercedem habebunt? quam,in quam salutem sperabunt?heu:ecce,qui elongant se à te o Christe peribunt:perdidisti omnes,qui fornicantur a Domino. Nobis ergo inseruire, & adhęrere Deo bonum erit semper,& ponere in Domino Deo spem nostram. Tertio procurare debemus;vt Virginem Mariam meditatricem habeamus;quæ intercedat pro nobis peccatoribus apud Christum eius filium. Nam cum omnes peccatores peccant contra Deum patrem per inobedientiam, & pręuaricantes eius præcepta:ideo per talem culpam occultam,& peccata publica merentur in futuro pœnam æternam:& pœnas æternales in præsenti:de quibus nemo potest liberari,nisi per intercessionem Christi mediatoris:& cum omnes peccatores etiam post baptismum vltra hoc peccatum inobedientiæ contra Deum patrem,peccent etiam grauiter per ingratitudinem contra filium; eo quod eos redemit per suam passionem,& fecit eos suę passionis participes per baptismũ, & ideo pecando post baptismum,videntur contemnere, & despicere passionem Christi;& sic nullus peccator meretur, quòd Christus amplius intercedat pro ipso apud patrem;sine cuius intercessione nemo potest liberari à pœna æterna, nec temporali,nec culpa,quam ipse voluntariè contraxit: Vnde istis sic stantibus propter conseruationem reipublicæ militantis; & ad reparationem reipublicæ triumphantis,& ad complendum numerum electorum,necesse fuit,vt cõstitueret Christus mediatricem Virginem matrem suam inter nos, & ipsum; postquàm eiusdem est tendere in finem,& præparare,& disponere ea, quæ sunt ad finem;vt in similibus casibus intercedat pro nobis inter nos,& ipsum;& mitiget iram eius propter talem ingratitudinem: & vt filius placatus precibus matris intercedat pro nobis apud patrem;|& ideo dicit Beatus Bernardus,quod sicut filius pro nobis semper ostendit patri latus,& vulnera,ita mater filio pectus & vbera;& sic in hac perigrinatione non relinquitur nobis aliud refugium in nostris tribulationibus,& aduersitatibus; nisi recurrere ad Virginem Mariam mediatricem;vt velit placare iram filij;qui permittit nos flagellari propter ingratitudinem. Sed quoniam Angeli quoque, qui tibi Domini iugiter assistunt,ad custodiam nostram instituisti; Ideo eos etiam nunc sic ad scelera nostra per eos pellenda inuocamus. §Beata quoque agmina Cœlestium spirituum Præterita,pręsentia Futura mala pellite. Et dicimus ò domine,tua diuina bonitate præterita mala deleantur, & data facili uenia, aboleantur. Præsentia vero mala nostra fac,vt emendentur in melius, & tollantur per pœnitentiam,& planctum nostrum:futura demum mala ne eueniant nobis,fac Domine per agmina, inquam,beata cœlestium spirituum; neque sinamur in illa prolabi: Nam sicut præteri-

Margin notes (right): Dionys. (beside "nysius.Secundo attende"); 2 (beside "dant,& committunt"); Psal.72. (beside "quam salutem sperabunt"); 3 (beside "Deo bonum erit semper"); 4 (beside "tris intercedat pro nobis").

præteritorum, siue præsentium malorum sine Dei misericordia non possumus remisionem assequi, ita neque futura declinare valemus, aut euitare: nisi diuina nobis virtus animum, uiresque ministret. Sed cum Prophetæ per familiarem doctrinam Angelorum, immo, & Dei locutionem mysterij incarnationis Christi conscij fuerint: Apostoli verò id, quod prophetę in ęnigmate, & figura viderunt, oculis corporis, & mentis, & per effectum, & histo-
Matt. 11. riam viderint: unde saluator, Beati oculi &c. Ideo digni sunt, ut à nobis uocentur, ut suis precibus salutem consequantur: dicamus ergo cum Ecclesia. § Va-
5 tes æterni iudicis. Apostolique Domini: Suppliciter exposcimus Saluari vestris precibus. § Sane per vates, omnes sancti prophetæ accipiuntur: qui unũ
Guliel. lib. 1. cap. primo. peculiarem sanctorum constituunt ordinem: quanquam aliquando etiam secũdum Guliel. sacerdotes, aliquando prophetas aliquando poetam significet va-
6 tes: & dicitur vates à vi mentis. At æterni iudicis vates esse merito dicuntur; quoniam omnes fere de futuro Domini aduentu ad Iudicium perhibuerunt
Psal. 49. testimonium. Vnde Dauid ait, quia venit: quoniam venit iudicare terram, iudicabit orbem terrę in æquitate, & populos in veritate sua: & Ioel prophetauit
Ioel 1. dicens; congregabo omnes gentes, & adducam eos in valle Iosaphat, & disputa-
Sopho. 1. bo cum eis: & Sophonias iuxta est dies Domini magnus, iuxta est, & velox nimis, vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis; & Aggęus ad huc unum mo-
Agg. 2. dicum est, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam: Inter omnes tamen principatum habet, & primum uendicat locum sacratissimus Ioan-
Matt. 3. nes Baptista, de æterno etiam Iudice contestans: quod eius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum: paleas autem comburet igni inextinguibili. § Martyres Dei inclyti, Confessoresque
7 lucidi est Vris orationibus Nos ferte in cœlestibus. § Martyres inclyti sunt illi, qui pro Christo, pro fide, pro ueritate, pro iustitia, viriliter usque ad mortem certarunt: quorum alij ferro perempti, alij flãmis exusti; alij flagris uerberati, alij uectibus perforati: alij patibulo cruciati; alij pelagi periculo: alij uiui decoriati: alij uinculis mancipati, alij linguis priuati; alij lapidibus obruti: alij frigore afflicti; alij fame cruciati: alij vero truncati manibus, siue cæteris membris cœsi; spectaculum contumeliæ in populis nudi propter nomen Domini portantes: Triumphatores, & amici Dei facti sunt: qui (inquam) contemnentes sceleratorum iussa principum: modo coronantur, & accipiunt palmas laborum
Heb. 12. quia (dum præliabantur) fundati erat supra firmam petram: idest, Christum: de quibus Apostolus mente compunctus ingemiscens ait: sancti ludibria: & verbera experti, insuper, & vincula, & carceres, lapidati sunt: secti sunt: tentati sunt: in occisione gladij mortui sunt, circumierunt in melotis, in pellibus caprinis: egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus & reliqua: & Beatus Pa-
Greg. pa Gregorius in expositione cuiusdam Euangelij de istius modi bellatoribus querimoniã faciendo: ecce, inquit, electi carnẽ domant; spiritum roborãt, Demonibus imperãt, virtutibus coruscãt, præsentia despiciũt, æternã patriã uocibus, moribus prædicãt, eã etiã moriẽdo diligũt, atque ad illã per tormenta pertingũt: occidi possunt, & flecti nequeunt, etsi corã hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est: in paucis uexati, in multis benè disponuntur: quoniam Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos se, tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit eos. Nec præ-

terea

terea dubites hic, quia beata Dei genitrix semper virgo Maria non veniat martyrum appellatione, si quidem ea magis dolebat realiter in uerberibus, & flagellis, & vulneribus Christi in anima sua, quàm si ipsa passa fuisset illa vulnera, & flagella in carne sua: quia illa passio Christi amati magis penetrabat animam virginis: quam tormenta Laurentij, & Vincentij penetrauerint animas eorum; & ideo dixit Simeon virgini Mariæ; Tuam ipsius animam pertransibit gladius, Luz. 2.
idest, gladius, & dolor passiouis ipsius filij tui pertransibit, & penetrabit, & torquebit animam tuam, & sic patet qualiter virgo Maria fuit passa realiter martyrium in Christo, quod ad animam, ubi realiter, & formaliter est dolor: in corpore verò materialiter tantum: & per consequens in tantum virgo Maria fuit magis, & aliter martyr ꝓ Christo, quãtũ vehemẽtius, & atrocius fuit passa in anima, quàm Laurẽtius, & cęteri martyres in carne, qui quidẽ dolor animæ virginis etiam redundabat in carnẽ: quia spiritus tristis desiccat ossa. Audiuimus ergo martyrũ Christi certamina. Reliquũ est, vt de Christi sacerdotib. atq; doctoribus; 9
siue confessoribus aliquid dicat; & lucidi confessores sunt qui corda fideliũ spiri- Prouer. 17.
tualiter, quasi imbribus irrigant cœlestibus: ut feliciter proferre immarcescibilẽ bonorum operum possint fructum: qui talenta sibi credita non solum reddere; verum etiam cum vsura sine fraude amplificare curauerunt: Quorum mens lucidissima, manus uerò sunt plenę munditia: eo quòd in mensa altaris sacrosancta Christi corporis, & sanguinis mysteria celebrantes, in suis cordis penetralibus hostiam viuam, Deoque placentem, idest, semetipsos sine macula, atque admixtione praui operis, offerre non desistant. Cæterum vbi dicitur, § Nos ferte in cœlestibus, § si rectam linguæ latinæ locutionem consideremus; potius versus iste exigeret hunc textum orationis: § Nos ferte in cœlestia: § At author huius hymni, vt consonantiam in exitu syllabarum seruaret huius carminis cum proximè præcedente: non curauit exactam ipsius latinæ locutionis rationem obseruare. § Chorus sacratus virginum: Monachorumque omnium: Simul cum sanctis omnibus Consortes Christi facite. § Per chorum sacratũ virginum hic intelligere debemus omnes mixtim sanctos, nempè sanctos pro- 10
phetas, beatos Apostolos gloriosos martyres, castas virgines, lucidissimosque confessores, Monachosque omnes, qui sanè omnes, qui cum mulieribus nõ sunt Apoc. 14.
coinquinati, virgines sunt, & chorus virginum. Vnde aduerte quòd chorus quatuor modis sumitur: primo enim modo chorus accipitur pro instrumento musico; est enim chorus instrumentum canendi, ut in psalmo; Laudate eum in Psal. 150.
tympano, & choro. Secundo modo chorus est multitudo in sacris collecta, & tunc chorus dicitur à corona: eo quod inuicem in modum coronæ circa aras stabant psallentes ibi. Tertiò modo chorus dicitur à concordia vocum: Vnde chorus est consona humanarum vocum collectio. Quarto modo chorus dicitur locus cleri in capite ecclesiæ. Quia ergo isti, uel istæ virgines mixti, siue fędati non sunt cum mulieribus, immo semper sequuntur agnum, idest, Christum, eique singulari familiaritate adhærent: quia sine macula sunt ante thronum Dei: ideo rogamus eos, ut Christi, eiusque cęlestis regnĩ comparticipes nos faciant.

Similiter hic ad omnes monachos orationẽ dirigimus, quoniam eorum toto 11
posse mente reclusa, & abstracta ab omnibus caducis, Dominoque cordis puritate uacauerunt, eique semper mancipati, & dicati permanserunt; nulloque vnquàm tempore, aut solo corde, aut corpore apostatæ facti sunt, & nullatenus re-

tro respexerunt: & quia (inquam) & nihil Angelis clarius: nil Deo acceptius, nil homini fructuosius, quàm in suscepta religione persistere: iuraq; obseruantiæ obseruare, & complere: Ideo ad illas tamquam Deo charos, acceptos, recurrimus hic: ut suæ gloriæ participationem nobis condonent: sicut enim aulici regni terrenorum introducunt nos ad regem; quia sunt intimiores externis ipsi regi; ita Monachi Deo amabiles nos ad regem regum introducere quidem queunt. Sed o sancti, ut persoluamus omnes Christo debitas laudes; ¿ Gentem auferte per fidem Credentium de finibus: Vt Christo laudes debitas Per-
12 soluamus alacriter. § Propria perfidi significatio est; qua is dicitur perfidus, qui periurus, qui fidem, & iusiurandum fregit, & qui datam fidem uiolat: & perfidia dicitur esse fidei datę uiolatio. Generali tamen nuncupatione etiam ille perfidus nominatur: qui fidem non profitetur, quam deberet amplecti. Cum igitur Agareni, & Turcę aspernentur, ludibrioq; habeant fidem christianam; ad quam tamen capessendam astringuntur, nam qui non crediderit, condemnabitur, & qui non credit, iam iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei, ideò omnis illorum caterua gens perfida hic dicitur; Quam ut Deus auferat de finibus credentium & maximè Deum orare debemus, ne nobiscum conuersantes ipsis nos redderent similes: cum peruerso enim peruerteris, & qui cõmunicauerit superbo superbiam induet; & qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: Vt ergo diuiuis liberius rebus intendamus, fas est, ut abrogemus gentes perfidas, hoc est, peruersos omnes, & a Christiana religione alienos, vel omnino abolere, vt deficiant (ut poposcit etiam propheta) peccatores a terra, & iniqui ita, ut non sint. vel ita abstergere: ut in omnibus nobis Christi fidelibus conueniāt: quoniam hac præsertim tempestate, videre possimus, Turcas quotidie nos fluctuantes, Vgonotos nimis in nos grassantes, & inualescentes: Sed, § Gloria patri ingenito, Eiusque vnigenito: Vnà cum sancto spiritu In sempiterna sęcula. §
13 Amen. Dicimus hic patrem esse ingenitum, eo, quòd pater a nullo, inquit Athanasius, est factus, nec creatus, nec genitus: nec etiam a se ipso est: quoniam nemo se ipsum generat. At filium vnigenitum appellamus, quia uni soli illi nomen connenit vnigeniti: nam in diuinis non dantur plures patres, vnus filius, & non plures filij.

Ioan. 3. Psal. 17. Ecclesi. 14. In symb.

In Festo Sanctorum omnium ad Laudes Hymnus Quartusdecimus.

IEsu Saluator sęculi: Redemptis ope subueni: Et pia Dei genitrix Salutem posce miseris. § & quæ sequuntur. Hic hymnus omninò similis est formæ cũ præcedente: & idem de vtroque ferendum est iudicium, Amborum itidem est sententia, eademque materia, supplicatio scilicet ad omnes sanctorum gradus: ut orent pro nobis. Circa nomen istud Iesu aduerte, quod proprio nomine Iesus vocatur, cognomine uerò dignitatis Christus dicitur; at hebraicè dicitur Iesus: Græce soter: ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum: Vnde sancta ecclesia orans ipsum, sic dicit, O nomen Iesu, nomen dulce; nomen Iesu nomen delectabile; nomen Iesu, nomen confortans, quid est enim Iesus nisi saluator? Ergo Iesu propter nomen sanctum tuũ, esto mihi Iesus, & salua me.

Marc. 1.

Quòd

Quod autem Iesus Christus sit,& fuerit saluator sęculi,& totibus mundi patet; siquidem solus Iesus Christus,quem colit Christiana religio potuit reparare humanam naturam per gratiam,& gloriam, qui ipsam creauit bonam per naturam : sed Christus est illud verbum æternum,filius Dei patris,per quod verbum facta sunt omnia bona per naturam ; ergo ipse Christus filius Dei potuit; imò de facto reparauit humanam naturam per gratiam, & gloriam : quia cuius est naturam creare bonam , eiusdem est lapsam reparare, & saluare . Vnde vidimus,ꝙ illico in natiuitate sua corruerunt multa idola in Aegypto : & vlularũt idola apud Getas, & Massagetas,& dederunt responsa dicentia vniuersalem Dominum,& regem esse natum; cui venti, & mare obediunt;& Dęmones ipsi fuerunt subiecti,quos eiecit de corporibus obsessis,& multos eorum in porcos misit; qui se in mare præcipitauerunt:similiter Christus subiecit inimicos suos dæmones qñ descendit ad inferos , vbi condẽnauit,& ligauit Diabolum vsque ad iudicium,& expoliauit limbum,& purgatorium,& transtulit inde sanctos patres & omnes, qui in Christi fide vixerant vsque ad illum diem . Quare aduocatũ habuimus,& habemus apud patrem,Iesum Christum,& ipse est propitiatio pro 2
peccatis nostris, non pro nostris autem tantum,idest,non solum Christus propitiatio est pro peccatis eorum,quibus hæc primo scripsit sanctus Ioannes : sed & pro totius mundi,& sæculi peccatis, idest, culpis totius ecclesię toto orbe terrarum diffusę ; Immo pro vitijs uniuersi generis humani sufficienter; quamuis pro solis electis efficaciter passus est Christus;& sic saluator sęculi dicitur, quia saluauit mundũ in tenebris peccatorũ,& in manibus Diaboli existentẽ perditũ; eumq; patri reconciliauit. Itaq; inuocato prius Iesu vertit se deinde ecclesia ad cælicolas Angelos , ac ad choros patriarcharum,& ait: § Cętus omnes Angelici: Patriarcharum cunei:Et prophetarum merita Nobis precentur veniam.§ Hic per oẽs cætus Angelicos oẽs ordines Angelorum,oẽs choros,oẽs legiones,omnesque hierarchias , & omnes superiores ordines cherubim , nempe Seraphim, & Thronos,& medios quoq; ordines;puta Dominationes, principatus,& potestates,atq; inferiores: Virtutes scilicet Archangelos,& Angelos. Sanè patriarcha ex Gręco deductum nomen princeps patrum dicitur,uel pater patrum, uel 3
summus patrum interpretatur; quia primũ,idest,post Apostolicum tenet locũ, & sic eumq; signat,qui inter patres præcipuum sortitur locum,dignitatem, authoritatemq;,& dicitur Patriarcha, quasi pater arcæ.i.ecclesiæ, & qm̃ in ueteri lege Abraã,Isaac,& Iacob fuerunt priores,pręcipuiq;,& primogenitores populi Israelitici; deinde duodecim filij Iacob : ex quibus denominatæ sunt duodecim tribus illius populi;etenim in Deut.dicitur: constituit terminos populorũ iuxta numerum filiorum Isael,& Apoc.inter cæteros primates fuerũt,& primũ meritò stirpis gradũ vẽdicauerunt:ideo optimo iure nomine patriarcharum signantur: & cum cuneo,multitudineq; prophetarũ,peculiarem ac specialẽ sanctorũ ordinẽ cõstituunt: quem nunc ordinẽ sanctorũ nos humiliter rogamus,ut nobis ueniã, & indulgentiã à Deo postulet,& impetret peccatorũ. Itẽ qm̃ Apostoli à Deo consecuti sunt,& ligandi,& soluendi ptãtem;ideo deinde ad illos simili modo cõfugimus,ut à nexu,uel à vinculis peccatorũ,nos soluant;sic deprecãtes eos. § Baptista Christi pręuius: Et clauiger ęthereus Cum cæteris Apostolis: Nos soluãt nexu criminis. § Ideo sanctus Ioãnes Baptista hic pręuius dicitur Christi; qm̃ præcursor eius fuit nascendo,baptizando,moriendo, & ad inferos descendendo; 4

1. Ioan. 2.

C. cleros dist. 21.

Genes. 15. & 29. & 30. Deut. 32. Apocal. 7.

Marc. 6.

queadmodum Angelus dixerat de eo Zachariæ patris;& ipse præcedet eum in spi
ritu,& virtute Heliæ,& Zaccharias de eodem prophetauerat: Et tu puer prophe
5 ta altisſimũ uocaberis : præibis.n.ante faciẽ dñi parare vias eius. Clauiger aũt
Luc.5. æthereus intelligitur S.Petrus,quia ei à dño fuit dictũ;& tibi dabo claues regni
cœlorũ,& quodcunq; ligaueris super terrá,erit ligatũ & in cœlis, & quodcunq;
6 solueris super terrá;erit solutũ & in cœlis.Aduerte tñ, ꝙ ante mortẽ Dñi nostri
Nota. Iesu Christi primo promisit Christus ptãtem ligãdi,& soluẽdi Petro per illa ver
ba; Tu es Petrus,& super hãc petrã,&c.& tibi dabo claues regni cęlorũ:& sic lo-
cutus est per verba futuri tpis: postmodũ uerò ante mortem hanc ptãtem dedit
Matt. 18. oĩbus Apostolis,dũ dixit;quodcunq; ligaueris &c.Post pasſionem aũt,& resurre
ctionẽ oĩbus Apostolis contulit eandẽ ptãtem,per illa verba;accipite spiritũ san-
ctum,quorũ remiseritis peccata &c.Et ad ostendendũ, ꝙ Petro tradebat ut capi
Ioan.20. ti, dixit sibi seorsum; pasce oues meas : In ascensione verò ptãtem prius promis-
Ioan.21. sam,traditã executioni confirmauit:dũ dixit. Ite, & ꝑdicate euangeliũ oĩ creatu-
Math.vlti. ræ.In festo pentecostes quæ prius tradiderat promisſione spiritus sancti confir-
mauit.Ex quo cõcluditur,qđ licet ptãs ligãdi,& soluẽdi sit in eccle.vniuersali, est
tñ apud Papã,tãquàm caput ecclesiæ. At per Apostolos intellige primo illos
7 duodecim discipulos:quos Lucas sanctus enumerat in suo euãgelio ;, & quos ad
Luc.6. ꝑdicandũ misit Christus binos in vniuersũ mundũ.Vnde Apostoli græce, latinè
verò missi dicunt,uel ut inquit famosisſimus doctor Albericus dimissi:ꝙ à Chri
sto Deo dimissi sint; sed de Apostolis in hymno de tpe paschali dicemus.Secũ-
do per Apostolos ẽt oẽs discipulos ad ꝑdicandum missos intelligere possumus;
ꝙ & ipsi quoq; missi sunt : § Chorus sacratus martyrũ:Cõfesſio sacerdotũ,Et
8 virginalis castitas Nos à peccatis abluãt.Hoc loco sanctos martyres,qui amicti
Apoc 7. sunt stolis albis,& qui venerũt de tribulatione magna,& lauerũt stolas suas.i.cor
pora sua;quib.anima vestit;& dealbauerũt eas in sanguine agni,rogamus, & sua
cãdiditate,& cãdore nos abluãt à peccatis;& qm̃ sub ordinib.Apostolorum,pro-
phetarũ,& martyrũ reliqui ordines sanctorũ,& confessorũ , & virginum cõpre-
hẽduntur,qui nõ minus,quàm cæteri Deũ asſiduè laudant, & vident:Ideo simili
mõ hos duos ordines,qui mundisſimi,& purisſimi sunt in cõspectu Dei,ob fide
lisſimã,ac sincerisſimã eius confesſionẽ , atq; ẽt ob eius castitatis pulchritudinẽ;
quæ in oculis altisſimi profectò ambæ gratiosæ factæ sunt,confesſio (inquam)
fidelis sacerdotum : & virginalis castitas;inuocamus,& rogamus : Quandoqui-
dem qui Christum hic confessus est.i.simul corde, & opere, & qui nõ recusauit
mori ꝓ eo,& cõfesſione eius nominis,ac in mãdatis eius vsq; ad mortẽ fideliter,
firmiterq; ꝑsistit,à Christo in diuino iudicio cognoscet,& corã patre suo Chri
stus pro eo attestans, ac ipso affectu remunerationẽ testimonij adijciet, dicens;
Venite benedicti patris mei,percipite regnum . Vnde quem olim venerandi
sacerdotes,cõfessores,& doctores doctrinis sacris,& operib. iustis confesſi sunt
coram hominibus , nunc confitetur eos coram patre suo,& sanctis Angelis eius.
9 Ad hæc quid castitate decorius, quæ de homine Angelum facit ? Vnde nec
Matth.25. dubium est,quin qui casti perseuerant,& virgines Angelis Dei efficiantur æqua-
les . Itaque ergo ô sanctę Virgines vestra munditia, lucidisſimaque casti-
tate, ac pudicitia abluite nos , & nos castos ad thronum Dei vestris pre-
cibus adducite , Cæterum pro intelligentia literæ anuertamus , quod
cum aliquod speciale rerum genus possunt authores : cætera eiusdem sortis
in gene-

in generali quadam ratione conuenientia, per illud etiam speciale genus vo-
lunt intelligi: vt hoc loco per confessionem sacerdotum, etiam cęteros sanctos
confessores, qui sacerdotio non sunt functi, accipere debemus, nempe sacris ini-
tiatos, sacerdotes, & pontifices, ac omnes, qui se obtulerunt Deo hostiam sanctã
viuentem, ac Deo placentem, & corpora sua mortificauerunt per pœnitentiam,
& animas suas immolauerunt creatori, & domino. Et per uirginalem castitatẽ, 10
eam quoq; continentiam, quæ in coniugali, aut uiduali pudicitia Deo exhibet Auth. de non
obsequium: Castè.n. (inquit Iustinianus) uiuit mulier; quæ uirum capit, & legiti elig. secũ. nu-
mè nubit: ac secundum quædam tempora abstinet a coniugio maritali, & ibidem pti. §. cũ igi-
in uersiculo optimum: dicitur, ꝙ mulieres vidualem castitatem ducentes, nõ pro tur.
cul a uirginitate ponunt; quãuis in cœlesti ordine differant. Itaq; per confessio-
nem sacerdotum, sacrũ confessorum ordinem hic insinuari putandũ, & per vir-
ginalem castitatem, candidũ ipsarum virginum, & omnium continentium cho- 11
rum. Et quoniam monachi (inquit Hieronymus) non docentis, sed plangẽtis C. 1. 16. q. 1.
habent officium, qui vel se, vel mundũ lugere debent, & Dñi aduentum pauidi
præstolari: Ideo ad eos, tanquam qui lacrymis, & fletibus suis, atq; rationibus iã
uitæ æternæ pręmiũ assecuti sunt; ut per sua suffragia, siue patrocinia det nobis
Dñs suam pacẽ, & vitam æternam, conuertimus: Quare sic dicimus; § Monacho
rum suffragia, Omnesq; ciues cęlici Annuant votis supplicum: Et vitæ poscant
præmium. § Et aduerte, ꝙ quatuor sunt monachorum genera: Alij.n. sunt cæ- 12
nobitæ, qui videlicet in cõi monasterij regula, & vitæ obedientiæ maiorũ deser- Guiliel.
uiunt: Alij sunt anachoretæ, qui uidelicet ædificant solitudines: & quãuis in com Duran. lib. 2.
muni vita positi sint: priuatæ uitæ tñ contemplationi vacant. Alij sunt eremitæ, de minist. &
qui, videlicet solitarie in desertis degunt. Alij aũt sunt gyrouagi, idest vagabun- or. ecclesiast.
di, circumcelliones; & dicunt monachi idest singulariter degentes; nã monos gręcè dicitur singularis latinè. 23. q. 5. c. 1.
Ad hæc & hic etiam annota, ꝙ cęlici ciues sunt An
geli: & quoniam Angeli nostri semp̃ vident faciẽ patris, & nunciant ei omnia no
stra opera, & orationes, & vota: Idcirco eos rogamus hic, vt nostris orationibus,
& votis annuere, & fauere velint; ac demũ illis per eos Deo præsentatis, nos Deo
coiungere satagant; quod nũc ego infelix peccator Michael suppliciter, & omni
humilitate posco. Cæterum annotent hic monachi nostri tp̃is, ꝙ secundum C. si cupis. 16.
beatum Hieronymum debent multum pro se, & ecclesia Dei orare: nec quotidiè q. 1;
per vicos, & ciuitates vagari. Dicitur.n. monachus ab archos, vel dicit a monos,
idest, vnus, & archos idest, tristis, quia solus morari debet in claustro: Vnde uos,
qui monasticã Deo polliciti estis vitam ducere, bene animaduertite, quoniam se
cundũ Calcedonense Conciliũ claustro vestro contenti esse debetis: etenim sicut 16. q. j placuit.
piscis sine aqua caret vita; ita monachus sine claustro, ac monasterio. Ad hęc
iterũ benè considerate; ꝙ corporalis reclusio nihil, aut parũ sine mentali videtur
prodesse. Quid.n. prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit mentis, & quid
(ait Greg.) prodest corpore cõuersari in claustro, & mẽte vagari in sęculo. Re
cordare demũ o religiose, & regularis, ꝙ ideo religiosus vocaris; quia omnium
maximè religioni inseruire profiteris, ac cogeris. Illud.n. Dauidicũ primò exhor
tamur, cũ ait: uouete, secũdò pręcipit, cũ subdit, & reddite. Psal. 75.
Dicamus ergo (ô pręamandi fratres) cum nostra sancta Apostolica, & catholica matre ecclesia oẽs
humiliter: O pater omnipotens, tibi sit laus, honor, uirtus, gloria, & tibi filio, &
sancto simul paraclito in sempiterna sæcula. fiat, fiat, fiat.

De Communi Apostolorum Hymnus Quintus Decimus.

EXultet cœlum laudibus: Resultet terra gaudijs. Apostolorū gloriam, Sacra
canunt solennia: & quę sequuntur. Vbi nobis aduertendū est, ꝙ quamquā
ecclesia supra de beato tantum Petro archiapostolo, ac pari modo de beato Pau
lo propter priuilegium prædicationis cecinit de his dūtaxat hymnos (sunt. n. bea
ti Petrus, & Paulus ecclesiæ Dei oculi, ideo de ipsis peculiariter dicere, & canta-
re fas fuit) tñ ex quo Christus dixit ēt alijs Apostolis: Ecce ego mitto uos, &c.
proinde quoniā oēs electi sunt a Dño: De eis etiam magnis præconijs intendit
nunc memoriam habere: De beato namq; Ioanne propter priuilegium amoris,
siue uirginitatis: De beato Andrea propter priuilegium crucis: quā ita ardenter
prædicauit, concupiuit, & habuit, & sic de alijs. In isto igit̃ hymno tota fideliū
ecclesia ad celebrandā solennitatē in Apostolorum honorem incitatur: deinde ad
eos sermo, & oratio dirigit̃, eorum explicans dignitatē, & sublimitatē: postulatq;
demū, ut nunc peccatorū nobis impetrent medelam, ac in die aduentus Dñi ad
iudicandum, gloriam sempiternam. Secūda pars ibi: Vos sæcli. Tertia pars
1 ibi: Qui cęlum. Quarta pars ibi: Quorum, cum sequent. Itaq; primū di
scutientes versiculū, dicimus: ꝙ nomine cœli hic Angelica substantia, quæ in cœ-
2 lis uersat̃, & nomine terræ humana intelligitur natura; quæ terram habitat: ac si
diceret. cœlestis curia gaudeat: & terreni homines resultent gaudijs. Vtrique. n.
earum, & nulli aliarum creaturarum conuenit exultare, & iubilare diuinis laudi-
bus in sanctorū solennitate: ꝙ solæ rationales, & intellectu prędictę. Quinim
mò sępius in sacra scriptura cęlū, & terra hoc modo accipiunt̃, & ad inuicem cō-
Isa. 1. iungunt̃: ut Isai. Audite cœli, & auribus percipe terra: & in cantico Moysis circa
Deut. 32. finem Deut. Audite cęli quę loquor, audiat terra uerba oris mei: in Psal. denique
dicit̃, lętentur cęli, & exultet terra: & moueatur mare, & plenitudo eius. Vos sę
cli iusti Iudices, Et uera mundi lumina; Votis precamur cordium. Audite pre-
ces supplicum. Ecclesia hanc facit orationem: ipsa namq; compertum habet
ex Matthęo apostolos iustos esse sęcli iudices: ubi Dñs disciplulis dixisse legitur:
Matth. 19. Amen dico vobis: ꝙ vos, qui secuti estis me, in regeneratione cū sederit filius ho
minis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos sup sedes duodecim iudicātes duo
decim tribus Israel. Et nota, ꝙ Apostoli quoad auctoritatem significantur se
3
Alber. Mag cūdum Albertum magnum in 12. filijs Iacob. In 12. fontibus Helim signifi-
Genes. 25. cantur quoad doctrinæ infusionem. In 12. lapidibus uestis sacerdotalis: quò
Exod. 15. ad exēpli fulgorem. In 12. panibus propositionis. quòad gratiæ uirtutis refe-
Exod. 28. ctionem. Vnde benè dicitur infra; Sanate ęgros moribus: Nos reddētes virtuti-
Leuit. 24. bus. In 12. lapidibus positis in ripa Iordanis quo ad constantię stabilitatem.
Iosue 4.
3 Reg. 7. In 12. bobus, quò ad maturitatem. In 12. stellis, in corona sponsę quò ad cę
Apoc. 12. lestium contēplationē, & lucem: & ideo ēt murus ciuitatis ecclesiasticę habet 12.
Apoc. 12. fundamenta, & 12. portas, & Apostolorum nomina, & agni scripta. Quod ve
4 rò Apostoli sint mundi lumina ex eodem constat euang. in sermone, quem fe-
cit eis Dominus in monte; Vos estis, inquit, lux mundi. Nemo accendit lucer-
nam; & ponit eam sub modio: sed super candelabrum; ut luceat omnibus, qui

in domo

in domo sunt:sic luceat lux vestra coram hominibus; ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cęlis est, sunt, inquam, Apostoli uera mundi lumina; quoniam totus mundus illuminatus est, & adhuc illuminatur eorum prædicatione, & doctrina. Appellantur autem Apostoli lux, siue lumina mundi, idest hominum, qui sunt in mundo propter verbum doctrinæ, qua debent ignorantes de credendis, & faciendis illuminare: sicut enim Sol, & Luna illuminat oculos corporis; sic Apostoli, & doctores illuminant oculos mentis. Deus enim est lux non illuminata, sed illuminans: Apostoli, & Apostolici uiri lux illuminata, & illuminans: Simplices iusti lux non illuminans; sed illuminata. Prima est sicut lux Solis: Secunda sicut lux Lunæ: Tertia sicut lux stellę: Pręterea 5
Apostoli sunt, & lucerna supra candelabrum posita: ut per sanctæ uitæ exempla Luc.11.
luceant tenebrosis: ad hoc enim accenditur lucerna, ut luceat, & cęteros illuminet. Lucerna hodie est Episcopus: lumen gratia spiritus sancti, siue euangelica prædicatio; candelabrum est ecclesia. Sed ego huius terræ, & ecclesiæ, trinū, & vnum Deum timentis, ac Iesu Christi, & ueri Dei, & hominis, salutarem doctrinam in eius ecclesia profitentis; omnesq; cultus, ac sectas, quæ extra Christi doctrinam, & ecclesiam ubiuis gentium reperiuntur; ut est Iudaica, Ethnica, Mahometica, hęretica; damnantis, & detestantis penitus: & in ipsa Christi doctrina firmiter acquiescentis: consors, & particeps ad uos, ô iusti sęcli iudices, & uera mundi lumina, Apostoli, nempe Iesu Christi curuatis genibus me conuerto, & suppliciter exposco precibus cordis mei humilium preces audire nunc, & semp.

Precamur, inquam, uos. { Qui cœlum uerbo clauditis; Serasq; eius soluitis: Nos a peccatis omnibus Soluite iussu, quæsumus. } Vt, qui sermone clauditis cœlum peccatoribus: & bonis soluitis clausuras, absoluatis nos iussu, & præcepto ab omnibus peccatis. Dictū est.n. Apostolis a Dño, Amen dico vobis, quæ- Mar.16.
cunq; ligaueritis super terram erunt ligata, & in cœlo. Idem quoq; quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Idem quoq; expressissimè ipsis indultum est; cum ait: Accipite spiritum sanctū, quorū remiseritis peccata, remit- Ioan.20.
tuntur eis, & quorū retinueritis, retenta sunt. Aduerte tamen ꝙ ante mortem 6
Dñi nostri Iesu Christi, primò promisit Christus potestatem ligandi, & soluendi Petro per illa verba. Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. & tibi dabo claues regni cœlorum: & sic locutus est per verba futuri temporis; postmodū verò ante mortem hanc potestatem dedit omnibus Apostolis dū dixit: Quæcunque Matth.18.
ligaueritis, &c. post passionem aūt, & resurrectionem omnibus Apostolis contulit eandem potestatem per illa verba: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Et ad ostendendum quod Petro tradebat, vt capiti, dixit sibi Ioan.10.
seorsum: pasce oues meas. In ascensione uerò potestatē prius promissam traditā Ioan.21.
executioni confirmauit, dū dixit. Ite, & prædicate Euangeliū omni creaturæ. In Matth.vlti.
festo pentecostes, quæ prius tradiderat promissione spiritus sancti confirmauit. ex quo concluditur, ꝙ licet potestas ligandi, & soluendi sit in ecclesia vniuersali, est tñ apud Papam, tanquam caput ecclesiæ. { Quorum pręcepto subdit Salus, & lāguor omnium: Sanate ægros moribus; Nos reddentes uirtutibus. } O uos 7
Apostoli Domini, quorū præcepto sanitas, & infirmitas omnium hominū subditur; sanate nos ægros, & peccatores prauis cogiaationibus, & voluntate mala peccandi; restituentes nos uirtutibus, fidei nempe, spei & charitati; atque iustitiæ, fortitudini, temperantiæ, & prudentiæ, & consequenter pietati, religioni,

gratiæ, obseruantiæ, & ueritati: Item magnificentiæ, patientiæ, & perseuerãtię. Item continentiæ, clementiæ, & modestiæ: Item intellectui, siue intelligentiæ, rationi, & memoriæ, & tandem bonis nos reddant, & uirtuosis operationibus.

Luc. 9. Cæterum præsens sententia a beato Luca est desumpta: vbi dicit, quòd conuocatis Iesus duodecim Apostolis: dedit eis uirtutem, & potestatem super omnia dæmonia, & ut languores curarent; & misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos, ut cæcos, claudos, & aridos, & illos etiam, quorum infirmitas non erat ad mortem. 8 Aliquando enim datur infirmitas hominibus pro gloria Dei manifestanda: sicut illi cæco nato. & sicut Lazaro; De quo Dominus dixit: Infirmitas hæc non est ad mortem; sed ut glorificetur filius Dei per eam. Non nunquam uerò ad probationem, & uirtutum augmentum, sicut beato Iob. & Thobiæ; qui cum ante flagellum sancti extiterint: sanctiores ex flagello, & probatiores apparuerunt. Datur plerumq; infirmitas ad uirtutum custodiam, sicut beato Paulo Apostolo. Datur præterea infirmitas hominibus, ob delicti castigationem; sicut illi, qui triginta, & octo annis decubuerat lãguẽs: & sicut illi paralytico, cui Dominus dixit: Confide fili, remittuntur tibi peccata. Datur demum reprobis infirmitas, vt hic torqueri incipiant, & per hæc tormenta temporalia transeant ad æterna; quemadmodum contigit Antiocho, & Herodi. 9 Egressi ergo sancti Apostoli circumibant per castella euangelizantes, & curantes ubiq;. similiter ex Marco. Vbi Dominus ad cœlos rediturus ait discipulis suis: signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo Dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt: &, ut nos quoque bene habeamus: rogamus uos o sanctissimi Apostoli, nobis omnibus firmos custodes, & apud Deum in omnibus horis, atque momentis exterius, & interius, pios intercessores existere. ¶ Vt cum iudex aduenerit Christus in fine sæculi: Nos sempiternis gaudij Faciat esse compotes. Amen. ¶ Vltimò nota artificium authoris circa hunc hymnum. Primò enim uocat Apostolos iudices mundi. Vnde quia proprium iudicum audire bene partes; iuxta illud: audi aliam partem: ideò petimus ab eis, ut audire uelint supplices nostras preces. Secundò uocat eos cœli clauigeros: quia eius ianuam aperiunt, & claudunt. Vnde nos eos precamur, ut absoluant nos ab omnibus peccatis.

Ioan. 9. Ioan. 11. Ioan. 5. Matth. 9. Ioan. 5. Matth 9. Hierem. 17. Mar. 16.

Tertiò appellat (ut ita loquar) medicos, & morum, & animarum; quoniã illis subest infirmitatis omnis, ac salutis genus omne: idcirco postulamus, vt nos sanos moribus reddant, præstantes nos uirtutibus sacris.

In eodem communi ad Matutinum Hymnus Sextus Decimus.

Sancta mater Ecclesia in præcedenti hymno dignitatem, sublimitatẽ, ac excellentiam Apostolorum omnium depromere profectò cœpit, explicãs eos esse seculi iudices, vera lumina mundi, ianitores item celi, ac tandem in mũdũ eos missos esse, tãquã omniũ sanitatũ, & infirmitatũ dominos, ac præsidentes: sed quoniam adhuc remanent eorũ alij tituli, prærogatiuę, ac præminentiæ cantandæ: ideò subdit. ¶ Aeterna Christi munera, Apostolorũ gloriã: Laudes canentes

tes debitas:Lætis canamus mentibus:§ & reliqua. In quibus(ut diximus)sanctorũ Apostolorum gloriosi tituli,laudesq; depromunt: Nam eorũ fides, spes, & charitas mundi huius principem superat,& vincit:in ijs quoq; & paterna gloria,& voluntas filij,& in his spiritus sanctus exultat. Nos ergo canentes laudes debitas Christo in honorem Apostolorum: canamus lætis, & iucundis mentibus ad gloriam Apostolorum æterna munera. Cæterum quamquam munus propriè dicatur,quod ab inferiore superiori præsentat: Respexit Dominus ad Abel,& ad munera eius. Donum uerò,quod inferiori a superiore gratis confertur,secundum illud Iacobi uerbum; Omne datum optimũ, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum: Hæc tamen differentia non perpetuò uera est:hic in primo uersu. Nam si hoc esset uerum:posuisset au thor;æterna dona;non autem æterna munera: sed hoc, quoniam parum refert, ideo id omittentes:dicimus,si quæris,quæ sint ista ęterna Christi munera, quæ canimus in honorem Apostolorum,ꝙ utiq; sunt, quę hic in litera enumerant.

1 Genes.4.

Iacob.1.

Siquidem eos fecit Deus christianarum plebium principes,& superintendentes. Fecit eos,inquam,triumphales duces:Fecit eos ẽt milites cœlestis palatij. Fecit eos(dico Apostolos) quoq; vera mundi lumina. Insuper in eis fecit Deus inesse obedientẽ fidem,& exultantẽ. Inuictã itidem in eis spem. Ac demum uerã,& perfectam Christi charitatẽ. Fecit deniq; in illis habitare paternam gloriam,spiritus sancti uoluntatem:filium Dei in illis exultare,& cœlum repleri gaudijs. En tibi mndo ęterna Christi munera, beneficia, & dona suis Apostolis collata,quæ ęterna sunt;quia hęc sacramenta a Deo æterno emanãt; qui ęternus est.i.sine principio,& sine fine,& quia ęternos potuerunt quoq; facere Apostolos. Hodie namq; isti sunt, ut subdit litera: § Ecclesiarũ principes:Belli triumphales duces:Cœlestis aulę milites:Et uera mũdi lumina. § Dictũ est.n.de ipsis Apostolis in Psal.Pro patribus tuis,hoc est, loco parentũ tuorum.o ecclesia,nascentur.i.fient tibi fideles per sacramentum fidei: Constitues eos principes super omnem terram,ut sint hominũ custodes:& in toto terrarũ orbe ecclesiarũ pręsides,ac principes. Et alibi. Mihi valde glorificati sunt amici tui Deus; Valde ẽt pręualuerunt principatus eorum: quia potentiam, ac facultatem aduersus immundos spiritus vnusquisque tuorum Apostolorũ(o Domine) sortitus est: sunt autem Apostoli omnium Christi ecclesiarum Principes hoc est septem ecclesiarum:omnes enim ecclesię Christi, septem dicuntur ecclesię,quamuis multę sint; propter septem spiritus. Vnde beatus Ioan. episcopus inquit;Omnes.n.sancti,in quibus prę cęteris uirtutibus abũdãtior est sapientię uirtus,vna habet ecclesia.Itẽ in quibus prę cęteris uirtutibus abundantior est intellectus,altera dicit ecclesia,& sic per singulos tractans,inuenies ecclesias septẽ. sic ẽt omnes sanctę quinq; virgines prudentes esse dicunt, quãuis sint innumerabiles propter quinq; sensus spirituales,& omnes peccatores quinq; virgines fatuę:quãuis sint innumerabiles ꝑꝑ quinq; sensus carnales. Pręterea ꝙ sanctissimi Apostoli sint duces;clarum euadit ex psal.Cũ de Iuda Deus ait;Tu verò homo unanimis,dux meus,& notus meus,qui,&c.Illum.n.simul cũ alijs Apostolis ducem fidelibus constituerat. Itaq; trinmphales belli, idest mundi duces fuerunt Apostoli contra scribas, & Pharisęos, uolentes nomen Iesu benedictum in sęcula eradere de terra, & penitus abolere: Iuxta illud Ioann. dicentis.ab illo ergo die cogitauerunt, ut interficerent eum. & Hierem. Mittamus lignum

2 Psal.44.

Psal.138.

Beatus Ioannes episc.hom. commem. S. Pauli.

3 Psal.54.

Ioan.11.

Hierem.10.

gnum in panem eius,& eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius ⁚. Fuerunt etiam contra reges terræ, & Principes; qui

Psal. 2. conuenerunt in unum aduersus Dominum, & aduersus Christum, eius, & contra valentius, contra horrendos dęmones: quos suis fanis, & idolis expulerunt: ac toto clamante mundo, inuitisque tenebrarum potestatibus, cultum nominis Christi induxerunt. Et multo sanè insigniore laude digni sunt, quàm Romani duces, & Cæsares omnes, ac honoratiores triumpho ad immarcescibilem gloriam, cœlis inuecti, ornatique caput sacrum victrice corona. Cur insigniores fuerunt laude Apostoli, quàm Romani? quoniam eorum: § Deuota sanctorum fides, Inuicta spes credentium, Profecta Christi charitas ⁚ Mundi triumphat principem. § Certè si nos consideramus deuotá fidem istorum sanctorum Apostolorum, nunquàm satis laudabimus eam. Vbi enim in homine inuenies tantam fidem, quantam inuenit in Apostolis Christus? ad cuius

Matth 4. ferè nutum, ne dicam verbum: (postquàm dixit, venite post me, & faciam uos fieri piscatores hominũ) continuò relictis, retib. isti Apostoli sequuti sunt eum: meritò igitur deuota, & obediens eorum fuit fides: qua quidem nullæ maiores diuitiæ: nulli thesauri, nulli honores, nulla huius mundi maior est substantia; quæ homines peccatores soluat; cæcos illuminet; infirmos curet: catechumenos baptizet: fideles iustificet; pœnitentes reparet; iustos augmentet; martyres ornet; virgines, viduas, & coniugales casto pudore, ac sacerdotes consecret: clericosque ordinet; atque omnes in æterna hæreditate cum sanctis Angelis collocet. At quid de spe eorum inuicta dicemus, & charitate perfecta? certè (inquam) manifestæ sunt in scripturis sacris istæ istorum duæ virtutes ⁚ Triumphat ergo, idest, superat principem mundi, hoc est diabolum, iuxta illud Io.

Ioan. 14. venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam: Vnde & Ambrosius:

Amb. 32. q. 2. Pudor (dicebat) cum coniugij præmium, & gratia nuptiarum partus sit fœminarum: non mediocri in causa est; ut virginitas Mariæ falleret principem mũdi. § In his paterna gloria : In his voluntas filij : Exultat in his spiritus. Cœlum repletur gaudijs. Nomen istud his, tertiò hic repetitum monstrat (ut supra diximus) ipsos Apostolos in hoc hymno celebratos; vel magis monstrat fidem, spem, & charitatem sanctorum (quæ Christi charitas hic dicitur: quia in Christum habetur) nominatas in præcedenti versiculo. In his ergo, idest, in fide, spe, & charitate; paterna verò gloria, voluntas filij, & spiritus insinuantes nobis tres summa diuinitatis personas; ad idem ordinatur verbum exultat; quo deitatis significetur vnitas. ⁏ Te nunc redemptor quæsumus, Vt ipsorum consortio Iungas precantes seruulos In sempiterna sæcula. § Amen.

In communi Apostolorum tempore Paschali ad vesperas, & Matutinum Hymnus Septimus Decimus.

Act. 2. QVoniam sancta mater ecclesia supra dixit, quòd Christus rex quidem fortissimus, mortis confractis viribus, & solutis iam gemitibus, & dolorib. quos sancti patres fuerunt perpessi, victor surrexit de sepulcro; quòd

Angelus clamauit dicens mulieribus: Ite, dicite discipulis eius, & Petro: quòd Mar. 16.
Dominus iam surrexit: Ideo hodiè in præsenti hymno rationem reddit, cur clamauit Angelus ad mulieres: vt nunciarent discipulis & Petro, quòd Dominus surrexit. Nempe quia. § Tristes erant Apostoli De nece sui domini: Quem pœna mortis crudeli Serui damnarunt impij, § &c. In quibus, &c. Apostolorum de nece sui Domini mæstitia, ac tristitia; & resurrectionis Christi ad sanctas mulieres, angelico ministerio annunciatio, & Christi mulieribus, & Apostolis facta apparitio describitur. Itaque Apostoli hic sunt illi, quos sanctus Luc. 6.
Lucas, & glos. enumerant: Et isti Apostoli dicuntur ab apò, quod est de, & Glo. cap. vnic. de reliq. &
stolon, quod est missio: quòd à Deo, vel de cœlo missi fuerint. Marcus enim ven. sanc. li. 6.
ait: & vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem Mar. 6.
spirituum immundorum. Aliàs autem Apostoli maximè in iure ciuili, & pon 1
tificio, sunt quædam literæ dimissoriæ, quæ dandæ sunt ab eo, à quo appellatũ L. 1. ff. de lib. dimiss.
est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est. Porrò infantes Apostoli apud
regium psaltem, & lactentes uocati sunt aliquando; cum ipse cecinit: ex ore in- 2
fantium, & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, & appellat Apo L. dimissoriæ literæ. ff. de
stolos infantes, in quantum fuerunt primitiæ, & infantiæ, & exordium ecclesiæ: uer. significat
& etiam uocat eos infantes; quia docuit eos loqui. Nam in principio nescie- Psal.
bant, nisi linguam mundanam, & grossam, & ideo quando loquebatur eis cæle
stia, non poterant intelligere, nec capere, ut in Ioan. quoniam dixerunt. Durus Ioan. 6.
est hic sermo; & quis potest eum audire? Ideo respondit Iesus: Verba, quæ
ego loquor, spiritus, & uita sunt: & ita dicit, uos adhuc sine intellectu estis, sed Matth. 15.
veniet spiritus ueritatis, & docebit vos omnem veritatem. Item enim non estis Ioan. 14.
vos, qui loquimini; sed spiritus patris vestri; ex quo patet, quòd Christus docuit eos loqui die pentec. quoniam misit eis spiritum sanctum, & dedit dona Matth. 10.
gratiarum: & ideo uocauit eos prius infantes. Item uocat eos lactentes, quia Christus lactauit eos lacte suæ sapientiæ, & prædicationis cum ante essent idiotæ, & ignari. Apostoli denique dicuntur etiam sagittæ, ut psal. sicut sagittæ in 3
manu potentis, ita filij excussorum: nam sicut sagitta mittitur uelociter à sagita- Psal. 126.
tore: ita Apostoli missi sunt à Christo uelociter per uniuersum mundum; & cum eis Christus sagittauit corda hominum, & vulnerauit eos in corda, & occidit in eis peccatum; & suscitauit fidem: & sic Apostoli dicuntur uelut sagittæ in manu Christi potentis; qui eos misit. Cæterum qui fuerint serui impij, qui 4
damnauerunt Dominum pœna crudeli omnes euangelistæ referunt, videlicet, Matth. 26.
quòd Iudæi fuerunt: & alibi cantat ecclesia. § Præses Pilatus proclamat: Nul- Mar. 14.
lam culpam inuenio: Ablutis aqua manibus Christum Iudæis tradidit: § Falla- Luc. 22.
ces Iudæi, & impii, qui latronem petunt uiuere, & Christum accusant grauiter. Ioan. 18.
Crucifigatur, reus est, & Barabbas dimmittatur. Et quoniam (inquam) Apostoli erant tristes de nece sui Domini; Ideo § Sermone blando Angelus Prædixit mulieribus: In Galilæa Dominus: Videndus, est quanto ocyus. §

Vbi notandum est, quòd sententia primi, & secundi versus hic positi, videtur conuenire illis verbis Angeli; & Mar. dicentium. Nolite expauescere, Ie- Mar. 16.
sus, qui surrexit, & quem quæritis, non est hic, sed ecce locus, ubi posuerunt eum, & ideo dicitur; § Sermone blando. Et sententia aliorum duorum versuum congrua similiter uidetur dictis eorumdem ita loquentium. Quia præcedet uos in Galilæam, ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. Sed quænam fue- 5
runt

runt illæ mulieres, quibus prædixit Angelus; quod quantò ocyus Christus in
Galilęa erat videndus? illæ nimirum quæ in euangelio supradicto memorantur,
scilicet, Maria Magdalena,& Maria Iacobi, & Maria Salome. Prima secundum
Euseb. in ho. Eusebium significabat ecclesiam gentium: de qua Dominus septem dęmonia
diei paschatis. eiecit: quæquidem, quoniam dilexit multum, dimissa sunt ei peccata multa.
Secunda, scilicet Maria Iacobi, quæ Christi mater, seu matertera fuit, plebem
Luc. 7. Iudaicam figurabat; de qua secundum humanitatem saluator noster originem
duxit: Tertia demum Maria Salome, quæ interpretatur pacifica, tota ex vtroque
populo sanctorum collecta multitudo intelligitur; In hac igitur vltima tota
ecclesia, in primis duabus ecclesiæ partes figurantur. Possunt tamen hæ tres
mulieres,& tres mundi partes significare: Asiam, videlicet, Africam, & Eu-
6 ropam: In quibus ecclesia tota consistit. Præterea etiam hoc loco notandum
est, quòd Galilęa secundum Bibliæ interpretes, ac etiam euangeliorum, trans-
figuratio, vel transmigratio facta, vel reuelatio dicitur: benè ergo à sanctis mu-
lieribus videndus est subitò dominus: quoniam ille iam de morte ad vitam; de
corruptione ad incorruptionem: de pœna transmigrauerat ad gloriam. § Illæ
dum pergant concitæ Apostolis hoc dicere, Videntes eum viuere Osculantur
pedes Domini. Et istæ sanctæ mulieres, scilicet Maria Magdalena, & altera
7 Maria eiusdem nominis regredientes à monumento; sollicitæ dum eunt nuncia-
re discipulis, quæ ibi compererant, viderunt & Iesum: eiusque pedes, idest, lo-
cum, vbi perfoderant eum perfidi Iudęi, osculatæ sunt: per pedes tamen Domi-
ni humanitatem (ut supra diximus) Christi: sicut per eius caput, diuinitatem
intelligere etiam possumus; ut sit sensus: Non solum istæ mulieres reuerentiam
exhibet diuinitati Christi; sed etiam diligunt eius humanitatem: deosculando
enim eius pedes, pacis,& dilectionis signum dant ipsæ apertè,& osculum quam-
dam vnitatem inter sponsum, & sponsam dicit, & indicat, idest inter Deum, &
Cant. 1. animam fidelem. Vnde sponsa quadruplici osculo petiuit osculari, & vniri, os-
culo nempe incarnationis: secundo osculo euangelicæ doctrinæ, & familiarita-
tis, & conuersationis: Tertiò osculo mysticæ incorporationis, & redemptionis.
Quartò osculo glorificationis. § Quo agnito discipuli In Galilęam propere
Pergunt videre faciem Desideratam Domini. § Sanè quo agnito, & audito,
scilicet: quia Dominus resurrexit: discipuli festinanter pergunt in Galilæam.i.
ad illam transmigrationem Domini de morte ad uitam. Vel ipsi Apostoli suo
Exod. 33. ordine de morte ad uitam transmigrant, ibique Christum uidentes adorant, &
in specie suæ diuinitatis contemplantes vident faciem Domini desideratam: Et
bene dicit desideratam faciem: hanc enim faciem sanctam desiderauit Moyses:
cum ad Dominum dicebat; si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende
mihi faciem tuam, ut sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: hęc est illa
facies sancta, quam Dauid sanctus exquirebat. Faciem tuam requiram Domi-
ne: Ne auertas faciem tuam à me; O beati Apostoli, & discipuli domini, qui
Psal. 26. viderunt desideratam Domini faciem, illam, inquam; sanctam faciem, quæ re-
Matth. 17. splenduit sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Hanc autem
faciem desideratam ostendi & nobis quotidiè petimus: cum dicimus cum san-
cta nostra matre ecclesia ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. § Gloria
tibi Domine; Qui surrexisti à mortuis: Cum patre, & sancto spiritu In sem-
piterna sæcula. § Amen.

In com-

In communi Apostolorum tempore Paschali ad laudes Hymnus Septimus Decimus.

SAncta mater ecclesia, supra nobis exposuit: quòd postquàm sanctæ mulieres annunciauerunt Apostolis; Dominum nostrum Iesum Christum viuere; hoc statim agnito in Galilęam se receperunt, ut ipsum viderent. Nunc verò nobis narrat in pręsenti hymno, ꝙ cum Apostoli cernunt Iesum ob clarum paschale gaudiũ, sol multum splendet; & sic exorditur. § Claro paschali gaudio, Sol mũdo nitet radio: Cum Christum iam Apostoli Visu cernunt corporeo. § & reliqua. Author ignotus.

Vbi dicitur, ꝙ gaudio paschali sol radio mundo, & limpido fulget: deinde ꝙ post vulnera Christi in corpore uisa, Apostoli publica voce confitentur Christũ resurrexisse: Vltimo rogamus Deũ, ut corda nostra regat, & gubernet. Cum igitur sancti Apostoli visu corporeo Iesum cernũt: tũc sol mundo, sereno, rutilo, ac limpido nitet radio: ut gaudiũ Dominicæ resurrectionis ēt sol ipse clariore testetẽ splẽdore: & hoc die solito fulgeat illustrior, si.n. sol obscuratus tpe passionis mæruit, & tristatus est, atq; in luctu fuit; qui suũ conditorẽ luxit; cur illi ad vitã reuerso, lętiore vultu, ac sereniore lumine nõ applaudat, blãdiatur, & arrideat? Cæterum cum Apostoli viderunt Christũ, imò & eius vulnera apertè profitentur cum resurrexisse. Vnde subdit ecclesia. § Ostensa sibi vulnera, In Christi carne fulgida Resurrexisse Dominum Voce fatentur publica. § Apparuit Christus discipulis: dũ abesset Thomas: vt refert.n.Io. Thomas aũt vnus de duodecim, qui dicit Didymus, non erat cum eis, qñ venit Iesus: & ostẽdit manus, & latus: sed Thomas narrantibus illis non credidit. Vnde post dies octo iterum apparuit illis; quibus cum erat Thomas: & dixit Thomæ (ostendens ei sua vulnera) infer digitum tuũ huc, & vide manus meas, & affer manum tuã, & mitte in latus meum, noli esse incredulus. Et ꝙ hoc verũ sit, manifestè elicitur ex eo, quod hodiè adhuc digitus ille beatissimi Thomæ, quẽ & in latus Christi, & eius vulnera iniecit; oculatè cernitur inter reliquias, quæ sunt in ecclesia sanctæ crucis in Hierusalem Romæ: quem quidem, venerandum digitum ego ibi vidi sub die. 14. septembris 1579.

Marginalia: I; Math. 27. Mar. 15. Luc. 23.; 2 Ioan. 20.

Porrò si addideris huic primo uersui præpositionem ob, uel propter, non malè fortè faceres, & sic dices propter Christi ostensa sibi, idest, Apostolis vulnera: vel etiam sic; vulneribus ostensis Apostoli prædicant uoce publica, & manifesta, dominum resurrexisse: uel sic; ostensa vulnera in fulgida Christi carne apertè testabantur Dominum resurrexisse. Ideò scriptum est actuum quarto. Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionionis Iesu Christi Domini nostri. Et sic apparet, quòd hæc ostensio vulnerum, & Christi apparitio est vna ex decem vicibus: quibus Christus apparuit. Decies enim visum post resurrectionem dominum, euangeliorum nobis, & actuum Apostolorum prodit sacra historia. Primo quidem apparuit Mariæ Magdalenæ, flenti ad monumentum. Deinde eidem Mariæ, & alteri eiusdem nominis fœminæ regredientibus à monumento nunciare discipulis, quæ ibi compererant, occurrens apparuit. Tertiò Simoni Petro.

Marginalia: Act. 4.; 3; Ioan. 2. Math. 28.

Quartò Cleophæ, & socio eius: cum quibus ipse gradiens in Emaus, ibidem in panis fractione cognitus est: qui mox reuersi Hierosolymam, inuenerunt discipulos loquentes; quia surrexit verè dominus, & apparuit Simoni. Nam Luc. 2.

plenius

plenius alibi, quando Simoni apparuit, non legitur. Quintò apparuit eis in eodem loco ianuis clausis, vbi non erat Thomas. Sextò post dies octo, quando erat cum eis & Thomas. Septimò piscantibus ad mare Tiberiadis. Octauò in monte Galilææ. Nonò recumbentibus illis vndecim apparuit die, quo ascendit in cœlum. Decimò viderunt eum ipsa die non iam in terra positum; sed eleuatum in aere; cœlosque petentem, dicentibus sibi Angelis: sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Quamobrem o pater noster, qui es in cœlis, & § Rex Christe clementissime, Tu corda nostra posside: Vt tibi laudes debitas Reddamus omni tempore: Amen. § Tu, inquam, Rex regum, & dominus dominantium, qui, & clemens erga nos semper fuisti, qui pro nobis voluisti nasci, circumcidi, a Iudæis reprobari, à Iuda traditore o sculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad uictimam pro nobis adduci, pro nobis crudelem mortem pati voluisti; sed & resurgere etiam pro nobis dignatus, qui infernum spoliasti demonstrans quidē tibi etiam uere datam esse omnem potestatem, cum & cœlos ascendisti, vbi nunc tu viuis, regnas cum patre, & spiritu sancto, per omnia sæcula sæculorum: posside iam nunc nostra etiam corda, qui possides, & moderaris omnia cœlestia, & terestria, & inferna: idest, & rege nos, & guberna, & defende usque in finem nostrum; & fac hoc Domine; vt hic in mūdo, dum viuimus, possimus tibi debitas persoluere laudes ob id, quòd tot, & tanta mirabilia fecisti, & pro nobis tot opprobria in hoc mundo subire voluisti, & ne tantis beneficijs à te receptis, tanquam ingrati obliuiscamur in perpetuum. Amen.

Ioan. 20. Matt. 28. Act. 1. Apoc. 19. Matt. 28.

In communi vnius Martyris ad vesperas Hymnus Decimus Octauus.

SAncta militaris Ecclesia & adhuc currēs in stadio vitæ præsentis sciēs sanctos martyres: qui ob Christi fidem, veritatem, & iustitiam, alij igne læsi, alij ferro cæsi, alij sæuis verberibus maximè affecti: victores in omnibus tormentorum generibus factos esse; cō sequenterque & cohæredes Christo in cœlestibus. Idcirco eorum precibus peccata nostra à Christo dimitti rogat, sic adoriens; § Deus tuorum militum Sors, & corona, & præmium: Laudes canentes martyris Absolue nexu criminis. § & reliqua. Vbi primo inuocatur Deus, ut nos absoluat à laqueo peccatorum. Secundo laus cuiusuis martyris explicatur, quòd contempta mundi pompa, & gloria elegerit Christum sequi in tribulationibus: & persecutionibus tolerandis, atque tormentis. Tertiò nunc pro temporalibus æterna; pro caducis perpetua, & pro terrenis cœlestia obtinet. Quartò supplici prece petimus apud Deum uota nostra promoueri, & ipsi commendari. Secunda pars ibi § Hic nempe. § Tertia ibi: § Pro te. § Quarta ibi: ob hoc: &c. Sanè hic notandum est nobis, quod sancta Ecclesia vocat sanctos martyres milites Dei; & quidem non immeritò. Ad amussim enim videntur habuisse omnes illas conditiones, quas apparebat habere milites imperatorum, & regum antiqui temporis. Quandoquidem enim sex sunt necessaria, ut quis sit miles. Primò ut miles non sit negotiator. Secundo, quod examinetur. Tertio, quòd præstet sacramentum per genium principis, & Deū omni-

Beatus Greg. author. I l. milites. ff. ex quib. cau. ma.

omnipotentem,quòd mortem reip. causa non euitabit. Quarto quod ei ensis cingatur. Quinto stigma,idest,nota publica debet eius brachijs inscribi. Sexto & vltimo quod in numero aliorum debet poni,& scribi. Quantum ergo ad primam conditionem;patet profectò: quod martyres sunt ueri milites: quia negatiores esse nunquam voluerunt: si quidem bona, potius(vt legitur in psalmo)dispergebant,& pauperibus dabant. Quantum ad secundam conditionem: Certè tanquam aurum in fornace probauit eos Dominus, & alibi. Probasti cor meum,& visitasti nocte:igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. Quoad tertiam:Tunc vtique præstarunt sancti martyres, & obseruauerunt sacramentum,cum vsque ad mortem perseuerauerunt pati pro Christi fide,& ueritate. Circa quartam conditionem dicendum est, quòd se ensem cinxerunt martyres more militum temporalium; quoniam refrænatione carnalis concupiscentiæ per continentiam:ieiunia, vigilias,& disciplinam,tanquã ensem acutum secuerunt luxuriam, & libidinum motus,quos qui debellauerit, & vicerit,martyrium uere passus fuisse uidetur. Quo ad quintam:certè stigma,& notam publicam habebant in brachijs: cum se brachijs, & manibus muniebant signo crucis. Quo ad sextam tunc martyres, ut ueri essent milites, discribebantur in numero aliorum: cum coram tyrannis, & omnibus alacriter Christi fidem profitebantur, & corpora sua in mortem tradebant,in numeróque fidelium adscribi clare dicebant: ne seruirent idolis. Reperiuntur etiam, 3
& aliæ species militum; nam quidam sunt, qui mollibus uestiuntur in domibus regum,& sunt hi,qui non cælesti;sed terreno regi militant,& qui pro Deo perpeti aspera fugiant, & solis exterioribus dediti præsentis uitæ mollitiem,& delectationem quærunt.Sed isti milites sollicitent tollere grabatum suum, idest,surgant à mollibus,& ab omnibus sordibus,& carnalibus vitijs; & non existiment in luxu, atque studio pretiosarum nestium peccatum deesse. Sunt præterea, & milites cœlestis militiæ,iuxta quod scribit Lucas, & subito facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis,laudantium Deum & dicentium:Gloria in altissimis Deo,& in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Porrò, & nos sacerdotes sumus milites etiam;quorum arma sunt lacrymę, orationes, & suspiria: 5
Castra uero sunt Ecclesiæ: Vbi offerre Deo sacrificium laudis, & fructum labiorum nostrorum in puritate conscientiæ, & animi deuotione debemus: horas item canonicas dicere, seu psallere, & debitè diurnum & nocturnum officium celebrare horis competentibus. Pari modo aduocati,qui dirimunt ambigua facta causarum,suæque defensionis uiribus sæpe publicis in rebus, ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, milites dicuntur: non enim minus prouident humano generi,quam si prælijs,atque vulneribus patriã parentesque saluarent. Sed & hi uerò sunt etiam milites hodiè, qui se iuramenti uinculo obligant: quod stabunt pro reip.statu, quod in acie non fugient & quod uitæ propriæ vtilitatem communem præhabebunt. Et qui enses, gladios,clypeos,& thoraces recipiunt de altari: sicuti accepit Marcus Antonius Columna omnia arma, & uexillum sanctæ crucis de beati Petri altari,& Papa pio Quinto porrigente:ut profiteantur se filios Ecclesiæ sanctæ esse, atque ad honorem sacerdotij,ad tuitionem pauperum,ad uindictum malefactorum: & ad patriæ liberationem se gladium accepisse; & istorum etiam uerè Deus est sors, siue portio,& pars,vel hæreditas,atque patrimonium. Dicitur autem Deus

Marginalia: Psal. 111. Sap. 3. Psal. 16. Matt. 1. 4 Luc. 2. Dist. 54. nullus. 6 C. de aduoc. diuer. iudic. aduocati. 7 8

esse

esse sanctorum martyrum: (qui inuicti sunt milites Christi : & in stadio huius
vitæ magnum certarunt certamen, in quo mortem passi, uiuentium euaserunt
victores) sors, portio, & pars, cedens, & contingens in præmium: quia se totum
illis Deus communicat perfruendum in mercedem, vt quisque eorum recte
Psal.77. dixerit illud psalmi: Pars mea Deus in æternum. Ita & illud: dixi tu es spes mea:
Psal.141. portio mea in terra viuentium. Corona itidem eorum est; quoniam ipsorum
9 decus est; & insigne ornamentum, quo in æterna vita venustantur: super enim
omnem pulchritudinem, & decorem, quem obtinent sancti in gloria: eminet il-
le ornatus: quo à Deo habitante in eis, & immanente: quinimò, & circumam-
10 biente eos, & circumplectente (sicut corona caput) adornantur. Vltimo eorum
est denique Christus præmium, & merces: nam opera istorum sanctorum mar-
tyrum bona, & ipsa fuere dum in stadio uitæ currebant: Ideo dicit Dominus
Apoc.22. ecce venio citò, & merces mea mecum est, & reddere, siue dare vnicuique secun-
dum opera sua. Vnde dicit martyribus Deus hodie, gaudete, & exultate, quo-
Matt.5. niã merces uestra copiosa in cœlis: & alibi dicitur, o uos, qui tot ludibria, & tor-
menta pro nomine meo passi estis, & erit merces uestra multa. § Hic nempe
mundi gaudia. Et blandimenta noxia: Caduca rite deputans Peruenit ad cœle-
stia. § Hoc loco pronomen, hic, quemuis martyrum insinuat, q.d. hic martyr
11 deputans, iudicans, uel existimans recte gaudia mundi, & blandimenta esse no-
xia, & caduca, peruenit nempe, hoc est, certè ad cœlestia regna: Blanditur enim
hic mundus, ut fallat, arridet: ut decipiat, vultuque applaudit amico, ut præcipi
tet in interitum: Vnde beatus Iacobus dicit, quod amicitia huius mundi inimica
Iacob.4. est Deo, & quicunque vult amicus esse huius mundi, inimicus Dei constitui-
tur: & beatus Ioannes in prima Epistola catholica, si quis, inquit, diligit mun-
1.Ioan.4. dum, non est charitas Dei in illo, & mundus transit, & concupiscentia eius: ex
Iacob.1. quo liquido cognoscuntur eius gaudia, esse caduca, & noxia. Et ex eo itidem
1.Petr.1. quod dicit beatus Iacobus, quod eius gloria, sicut flos fæni transibit, exortus est
enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius
Iacob.4. decidit, & decor vultus eius deperijt: &, ut idem demum perhibet; Vita nostra
uapor est ad modicum parens, & deinde exterminabitur; Hæc itaque iste,
sanctus Dei martyr, verus athleta, & pugil, & miles fortis, & nobilis, rectè co-
gnoscens: ut sempiterna experiretur bona, in nihilo dubitans: § Pœnas cucur-
rit fortiter, Et sustulit viriliter: Pro te effundens sanguinem: Aeterna bona pos-
sidet. § Et uerè dogma illud catholicum, & Euangelicum, nempe quod ex ore
Luc.1. Christi sacro procedit: Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat
crucem suam, & sequatur me: videtur martyr iste sanctus custodisse, qui nobis
exemplum dans, ædificationemque credentibus tradens, & artem belli Christi
militibus demonstrans: sanguinem suum pro Christo suo effudit: mortemque
illam quam saluator noster dignatus est pro nobis pati; hanc iste sanctus reddere
Greg.in lib. voluit. Sed quid: inquit: Greg. in hoc tẽpore vulnera vestra miramini, qui æter-
Mora.13.c.9. na gaudia quærimus hic ad hoc uenimus, ut feriamur. O bone Iesu, qui marty-
res tuos fortes athletas fecisti, semper fac nos, qui tuam sanctissimam fidem fir-
miter, audacterque profitemur; currere constantes, & forti animo (ad instar hu-
ius sancti martyris,) transire tormenta hnius mundi, pœnasque omnes substine-
re; ut demum æterna dona possideamus nos quoque: sicut possidet iste sanctus
martyr: ut ob hoc, quòd pro te sanguinem effudit martyr iste sanctus in hoc
trium-

triumpho,& martyris victoria dimittas culpam omnibus tuis fidelibus seruis; qui(ut hoc agas)humilibus te rogant precibus. Amen.

In communi vnius Martyris ad laudes Hymnus. Decimus Nonus.

SAncta mater ecclesia sciens cum beato Petro archiapostolo,quod Christus passus est pro nobis:qui & nobis,& omnibus reliquit exemplum, ut sequamus uestigia eius:& agnoscens,quod omnes martyres relictis delectationibus, & uanitatibus huius sæculi re uera,& cum effectu bona opera exercentes consequuti sunt Christũ: patientes,& mortẽ(sicuti pro nobis ipse fecit)sustinentes; Ideo in uno laudat alios omnes sic incipiens. § Martyr Dei, qui vnicum Patris sequendo filium,Victis triumpans hostibus: Victor fruens cœlestibus:§ & reliqua. In quibus(ut diximus)supplex dirigitur oratio ad vnum quemuis martyrem Christi;commendans illius constantiam in pasione:qua hostes omnes fidei moriendo superauit, eiusque petens precibus nos ad bonum adiuuari. 1. Pet. 2. Sancta Eccle sia aut.

Verba igitur primi,& secundi uersus considerantes;dicamus, quod hic iste martyr,Dei martyr appellatur ad differentiam martyrum Diaboli, & huius sæculi: sunt enim huius mundi,& Diaboli martyres hæretici omnes qui (ut ait Augustinus)Christo Domino nostro non seruiunt:sed suo uentri, inquit Paulus, & per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium:sunt hypocritæ,& huiusmodi peccatores, & seductores,qui quærunt mundi huius gloriam tantum:pro qua adipiscenda multa sustinent,tolerant,& perferunt;sed nũquam patiuntur pro Christi nomine: qui non sanctorum martyrum consortio iunguntur, sed iam inferno destinati sunt. Dicamus præterea hic,quod Christus vnicus est patris filius:quia secundum diuinitatem unigenitus est Dei patris; Hunc sane sequutus est gloriosus martyr imitatione operum; Vt quemadmodum Christus pro ueritate,& iustitia, acerbisimã passus est mortem:ita & is pro cõfesione ueritatis fidei grauisima sustinuit tormẽta, & denique mortem ipsam:quemadmodum faciendum esse archiapostolus adnonuit dicens. Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum: ut sequamini uestigia eius,& beatus Ioannes idem nobis proponit exemplum dicens: in hoc cognouimus charitatem Dei,quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Sed quoniam martyr sancte tantis bonis tu frueris, ideo § Tu precatus munere Nostrum reatum dilue: Arcens mali contagium, Vitæ remouens tædium. § Et extingue reatum, & peccatum nostrum:arcens insuper mali diaboli contagium; vitæque remouens tædium;ut pote famem,sitim, nuditatem,frigus,& consimilia. Vitæ namque tędium est molestia,& anxietas animi,consurgens ex incommodis, ærumnis,& calamitatibus huius uitæ;ut paupertate,nuditate,orbitate, & huiusmodi afflictionibus,quæ si non æquo animo ferantur, inferunt noxiam sæpe tristitiam,& tantam animæ amaritudinem, ut aliquem interdum præsentis uitę tædeat:Propterea bene dicit Ecclesiasticus;Tristitiam longè expelle à te multos enim occidit tristitia,& non est vtilitas in illa. Animus enim gaudens,ætatem floridam facit: & spiritus tristis exiccat ossa. Huiusmodi ergo tædium repelli à nobis petimus 1 Aug. in hom. octau. omniũ sanctorum. Rom. 16. 1. Pet. 2. 1. Ioan. 3. 2 3 Eccl. 30. Prouer. 17.

mus, aut per sublationem occasionis, & materiæ illius afflictionis, & cruciatus animi, aut per patientiam, quam præsentis vitæ sortem acerbam: si eueniat, leuiter feramus quod utinam & Deus in nobis faciat. Vnde apparet hoc loco de vita naturæ intelligi debere, quæ est animæ & corporis coniunctio, quæ perdurat mediante cibo; & potu. Vita enim tripliciter consideratur; Alia namque est vita naturæ: ut hic. Alia disciplinæ, quæ est modus, & ordo quidam secundum quem quis uiuere debet. Alia est vita gratiæ: cum quis v. g. moritur uitijs, & uiuit Deo per opera bona. ʒ Soluta sunt iam uincula Tui sacrati corporis: Nos solue uinclis sæculi Amore filij Dei. ʒ Huius sancti martyris sacrati corporis uincula, compagesque membrorum sunt soluta, scilicet per mortem temporalem illi inflictam: quæ quidem connexionem illam naturalem, & iuncturas uitæ necessarias dissoluit. Vnde etiam consequenter & anima sacra eius, domicilio corporis soluta tanquam carcere quodam, & ergastulo nunc liberiore vitæ cœlestis aura perfruitur: & ita petimus istius sancti martyris precibus tantum nobis Dei amorem inspirari: ut soluamur à pedicis, & laqueis, nexibusque concupiscentiarum huius mundi: quibus tanquam vinculis alligamur, & implicamur; & liberi feramur in Deum. ʒ Deo patri sit gloria, Eiusque soli filio Cũ spiritu paraclito. Et nunc, & in perpetuum. ʒ Amen.

Verbo ui. Ctus. ff. de uer bo. sig.

In communi Plurimorum Martyrum ad Vesperas Hymnus Vigesimus.

IVstitia, atque sancta mater ecclesia suum profectò vnicuique semper tribuere intendens, deitati nempe cultum, & obedientiam: Humanitati uerò iura, videlicet, maiori reuerentiam, compari concordiam, minori disciplinam: hodie laudes debitas sanctis martyribus, qui mundum cum pompis suis, & cum vitijs, & concupiscentijs suis dimiserunt, & spreuerunt (quare in terra vbique laudantur, & in cœlis honorantur) intendit etiam persoluere: Propterea sic ait. ʒ Sanctorum meritis inclyta gaudia Pangamus socij, gestaque fortia. Nam gliscit animus promere cantibus Victorum genus optimum ʒ & quæ sequuntur. In quibus, ut dixi, intendit sancta Ecclesia egregia sanctorum martyrum præconia celebrare, quod contempto mundi fastu, & flore Christum in tribulationibus secuti sunt, & superatis grauissimis tormentis, uitam adepti sunt perpetuam; in qua coronati, & amplissimis sunt præmijs honorati: ardente ergo affectu gliscit, & cupit sancta Ecclesia efferre laudibus victorum genus. Prӕterea innitamur & nos adcantandum martyrum laudes, cum ait nostra mater Ecclesia. O socij. Secundo narrat tormenta simul, & laudes martyrum, cum ait: Hi sunt, &c. Tertio ineffabilia munera, quæ martyribus præparantur, aperit, cum ait: Quæ vox. Quartò rogat Deum, ut nos famulos suos sanctorum martyrum consortio iungat, cum ait: Te summa. Victores ergo omnium optimi, & præstantissimi sunt martyres: patiendo siquidem uicerunt; non resistẽdo, aut manibus cum hostibus conserendo; moriendo itidem uicerunt: non uictis superueniendo. Anima denique uicerunt, non corporis uiribus, quo nullum uictoriæ genus est prӕstantius. ʒ Hi sunt, quos retinens mundus inhorruit. Ipsum nam sterili flore per aridum Spreuere penitus, teque secuti sunt Rex Christe bone cœlitus. ʒ

S ane

Sanè martyes sancti; Quos uiuentes mundus inhorruit, & odio habuit: quoniam ipsi rectè eum admodum siccum ob flores eius steriles, & infructuosos, existimantes, penitus spreuere; secuti sunt te, O Christe bone rex, diuinitus. & hic aduerte, quòd sententia primi huius uersus desumpta uidetur a libro sapient. cũ ait Salomon. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Sanctos quidem martyres secundum corporis incolatum mundus in se continuit: eos attamen, quantum ad mores, & uitæ institutum, refugit, ac odit: quoniam non magnificabant ea, quæ mundi sunt: sed Christi affectatores; illum præ se ferentem spem quandam pulchri, & boni (multa enim in eo sunt fucis illita) uanum tamen omnino, & emarcidum aspernati sunt. Quemadmodum dixerat discipulis, & omnibus suæ uitæ imitatoribus: si mundus uos odit, scitote quoniam me priorem vobis odio habuit: & rursum ad eosdem: si de mundo fuissetis: mundus utiq; quod suum erat, diligeret: Quia verò de mundo non estis; sed ego elegi uos de mundo: propterea odit uos mũdus. Mundus autem hoc loco pro concupiscentia rerum mundanarum: siuè pro multitudine hominum, sæcularia desideria sectantium sumitur: sicut & sæpisime in sacris literis. Ad hæc aduerbium cęlitus cum verbo secuti sunt, debet (ut præmisimus) ordinari: quoniam non ab hominibus: sed a Deo id eis indultum est, quòd fuerint Dei imitatores: Nemo enim (inquit Dominus) potest venire ad me, nisi pater meus, qui misit me, traxerit eum. § Hi pro te furias, atque ferocia Calcarunt hominum, sæuaque uerbera: Cessit his lacerans fortiter vngula: Nec carpsit penetralia. § Tracti, inquam, sunt sancti martyres per patrem, & hi per te ò Christe, sustituerunt, atque vicerunt infidelium tyrannorum insanias, atque uerbera crudelia, iniusteq; illata: & vngula fortiter, & ultra quæuis tormenta puniens his cessit martyribus: sed intima martyrũ non carpsit, hoc est non fuerunt tracta, siue diuisa eorum viscera: præsertim interiora animi, non quidem corporis: Nam interiora etiam beatorum martyrum viscera potuerunt sæuis vngulis dilacerari, & non nunquam dissecta leguntur, sed non carpsit vngula penetralia, scilicet animi: Non enim potuit virtutem animi, in penitissimo eius sinu reconditam, abditissimisque mentis recessibus, siue solitudine euellere, aut discerpere, neque corda eorum a constantiæ, & fortitudinis suæ sede dimouere: & nota, quòd hæc secundi uersus sententia excerpta videtur a Paulo scribente: Alij verò ludibria, & verbera experti sunt. § Cæduntur gladijs more bidentium. Non murmur resonat: non querimonia: sed corde tacito mens bene conscia Conseruat patientiam. § Pari modo hic primus uersus congruit eiusdem Apostoli dictis: secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Sanè bidentes dicuntur oues, quæ per ætatem duos dentes altiores habent; siquidem ut habet Hyginus: Quæ bidens est hostia, dentes octo habeat oportet: sed ex his duos cæteris altiores. Per quos appareat eam, ex minore ætate, in maiorem transcendisse: Vnde versus. Mactant lectas de more bidentes. Et comparatio occisionis sanctorum martyrum, ad mactationem ouium, ex psalmo etiam desumpta videtur, hanc ipsorum vocem ad Dominum exprimẽte: quoniam propter te mortificamur tota die: facti sumus, uelut oues occisionis, & in hac sine murmuratione, & querela, aut lamentatione, admirabili patientia Christi propemodum facti sunt; de quo ait Isaias: sicut ouis ad occisionem

Margin notes: 1 — Sapien. 5. — Ioan. 15. — 2 — Ioan. 6. — Hebr. 11. — Psal. 43. — Isai. 53.

T

occiſionem ductus: & quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit, & non aperiẽs os ſuum: Quod ex ſacra paſsionis eius hiſtoria omnino completum in ipſo fuiſſe, manifeſtum eſt. Et quoniam hæc omnia ſupradicta iſti fortes, & audaces martyres, ac ſancti pro Chriſti nomine paſſi ſunt: igitur: § Quæ vox, quæ pote
3 rit lingua retexere: Quæ tu tu martyribus munera præperas: Rubri nam flui do ſanguine: laureis Ditantur benè fulgidis. § Certè ineffabilia munera illis in Cœlis præparantur: quandoquidem ip ſi fluente ſanguine facti rubri; coronantur vtique coronis benè fulgidis, ita ut nec lingua hominum ſatis ſit ad explicandum, exprimendumve eorum magna munera illis in cœlis præſtita a Deo.
Greg. in euã. gel. Et nota, quòd ſententia huius primi uerſus deſumpta uidetur ex dictis beati Gregorij ſcribentis; Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere ſufficit
Luc. 14. illa ſuperna ciuitatis quanta ſint gaudia, Angelorum choris intereſſe, cum beatiſsimis ſpiritibus gloriæ conditoris aſsiſtere, præſentem Dei cultum cernere, incircumſcriptum lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis per-
4 petuæ munere lætari. Porrò martyres ipſos laureis in cœlo ditari, atque exornari hic conuenienter dictum eſt: quòd laurus apud antiquos victoriæ erat inſigne: & quis victores euaſerant, lauro coronabantur. Sed dic mihi? qui nam vnquam dabuntur victores his fortiſsimis athletis præcellentiores? ſicut in A-
Apoc. 4. pocalypſi leguntur ſancti martyres ſtolis albis amicti; coronis inſigniti, & palmas manibus geſtantes? Sed ò, § Te ſumma Deitas, vnaque poſcimus: Vt culpas abluas, noxia ſubtrahas. Des pacem famulis: nos quoque gloriam Per cuncta tibi ſæcula. § Amen. Te, inquam, ò ſumma Deitas, humiliter rogamus, ut deleas culpas noſtras, ac peccata, & ſubtrahas a nobis noxia peccata, deſque nobis famulis tuis pacem. At è contra nos etiam, & ſimiliter demus tibi gloriam per cuncta ſęcula. Amen.

In Communi plurimorum Martyrum ad Matutinum Hymnus Vigeſimus primus.

Phil. 4. SAncta mater eccleſia ſciens cum Apoſtolo: quòd cum quid boni exercemus in corpore, aut per corpus, tunc hoſtiam Deo uiuentem dicimur offerre. Quamobrem cum & ſancti etiam, ac fortes Chriſti milites, & in bello ſtrenui; corpora ſua tradentes propter Chriſtum ad ſupplicia, ſe ipſos immolantes, ut
Phil. 4. hoſtias ſacris altaribus; verius & ipſi quoque dicantur corpora ſua Deo exhibuiſſe hoſtiam viuentem, ſanctam, & benè placentem: Proinde iterum ſubdit de iſtis ſanctis, & Chriſti martyribus dicere ab huiuſmodi auſpicando genere dicendi. § Aeterna Chriſti munera, Et martyrum victorias. Laudes canentes debitas: Lætis canamus mentibus, § &c. In quibus martyrum laudes, ac victorias depromimus, nec non eorum inuictam conſtantiam in perferendis pro confeſsione verę fidei tormentis. Reminiſcamur igitur, quòd ſimilem huic primo verſiculo ſupra in hymno de communi Apoſtolorum habemus, ac eiuſdem ſententię: Quare circa hunc non eſt, quòd pluribus utamur verbis, ſolum dicamus alter alteri. Cantantes nos ęterna Chriſti munera, & dona a Chriſto martyribus ipſis collata, & martyrum victorias: hilari animo, lętoque corde laudes debitas eorum canamus. Et bene dico, quòd canamus eorum victorias,

victorias, ac laudes lætis, ac iucundis mentibus: quoniam terrore uicto sęculi: ‡ Pœnisque ſpretis corporis: Mortis ſacræ compendio Vitam beatam poſſident. Si vellemus, præamandi fratres, in medium afferre, quot, & quanti fuerint ſancti, qui non timuerunt ſæculi, hoc eſt, hominum terrorem, aut 1
minas iudicum: & quot pro Ieſu Chriſto ſe vltro terroribus obtulerint, & audacter omnes corporis pœnas aſpernati fuerint: profectò potius nos tempus, quàm copia deſeret. Nam audi beatum Andream, qui adductus ad locum martyrij, cum crucem uidiſſet, longè exclamare cœpit. O bona crux, quæ decorem ex membris Domini ſuſcepiſti, diu deſiderata, ſollicitè amata, ſine intermiſsione quæſita, & aliquando cupienti animo præparata, accipe me ab hominibus, & redde me magiſtro meo: ut per te me recipiat, qui per te me redemit. Quid dicemus de beato Ignatio: qui, inquit, utinam fruar beſtijs, quæ mihi ſunt præparatæ: quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum, & ad ſupplicia, &c. lege etiam de Stephano: Obſerua de Ioan. Baptiſta, & conſidera tormenta beatæ Agathæ. Planè compendium via breuior dicitur, quaſi ad la- 2
tus conſtituta, citiuſque ad terminum ducens, quàm ea, quæ publica, & pertrita eſt. Vt in ſacra legitur ſcriptura Achimaas cucurriſſe per viam compendij, & tranſijſſe Chuſe, qui tamen prior ad curſum ſe cinxerat. Quoniam 2. Reg. 18.
autem mors temporalis, quam pertulerunt ſancti martyres ádmodum breuis eſt in collatione ad uitam ſempiternam, quam per mortem illam ſunt aſſecuti: rectè dicuntur hic poſsidere uitam beatam per ſacræ mortis compendium: quaſi mors illa fuerit via quædam compendiaria ad aſſequendum illum terminum, & 3
metam, ſcilicet, uitam incorruptibilem: & hæc uita, ſecundum Auguſt. quam Aug. homil. S.
iſti ſancti martyres poſsident, uerè & in ſpecie, uerè eſt in æternitate manſionis, verè in requie, verè eſt in patria, verè in mercede contemplationis, uerè Io. Euang.
non amplius cum hoſte pugnat: ſed ſine hoſte regnat, & tanta plenitudine gratiæ abundat, vt ſummo cohæreat bono: Vnde & de iſtis cantat Sapientia: Ecce Sap. 5.
quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.
‡ Traduntur igni martyres: Et beſtiarum dentibus. Armata ſæuit vngulis Tortoris inſani manus. ‡ Traditi quidem ſunt ignibus quamplurimi martyres: Facit §. Pænæ
peculialiter leuita Laurentius, martyr Ignatius, qui Traiano imperatori dice- ſeruus. inſt. t.
bat. Ignis, crux, beſtiæ, confractio oſsium, membrorum diuiſio, & totius quib. mo. ius
corporis contritio, & tota tormenta Diaboli in me ueniant: Tantum Chriſto pat. pot. ſol.
fruar. Similiter Fauſtinus, & Iouita, qui in ignem iniecti a flamma integri, & incolumus ſeruati ſunt. Beſtiarum item dentibus dati ſunt, & multi: præ-
ſertim verò præmemoratus ſanctus Ignatius: ſimiliter ſanctiſsima virgo, & 4
martyr Martina Romana, generiſque nobilitate ſublimis, quippe patre conſu- Martina virgo, & marty.
le nata: quæ leonibus obiecta (nomine enim beſtiarum, leones haud dubiè ac- Rom.
cipere hic poſſumus) virtute diuina euaſit eorum immanitatem: quæ, inquam, & mihi ſponſa eſt, & patrona; in æternumque aduocatam mihi exiſtere poſco nunc, & ſemper apud Deum; quia ingreſſus ſum ſua ſanctæ ſacerdos, & parochus: Porrò Priſca quoque, Euphemia, & Thecla virgines dentibus beſtiarum, ac feris obiectæ fuerunt. Cæterum hæc immania tormenta, quæ hic
referuntur, quæ & martyres ſuſtinuerunt, Paulus ad Hebræos ſcribens ita per- Hebr. 11.
ſtringit: Alij autem diſtenti ſunt, non accipientes redemptionem, ut melio-
rem inuenirent reſurrectionem: Alij verò ludibria, & uerbera experti, inſu-

per, & vincula, & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circumierunt in melotis, & in pellibus caprinis: egen-
5 tes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Insuper vngula dicitur de his animalibus, quæ digitos non habent, sicut vnguis eorum propriè est animalium, quæ digitis sunt prædita. Interdum verò sumitur idem nomen pro instrumento ferreo, vt pectine, aut alio quouis: quo dilacerantur, discerpunturve corpora hominum in equuleo extentorum; & in hac acceptione sumitur hic: sicut & in illo loco hymni plurimorum martyrum superius explicati.

6. Annota ultimò, quòd in hoc loco. tortor significat eum, qui carnificum officium exercet; & sic tortorem accipiamus pro carnifice: Alias autem tortores sunt maligni spiritus, quibus miser homo ad puniendum traditur iuxta illud Matthęi, & iratus Dominus eius tradidit eum tortoribus: De quibus & Poeta diuinus sic fatur. (Matth.18.)

Gl'occhi ha uermigli, & la barba vnt' & atra,
E'l ventre largo, & vnghiate le mani,
Griffia gli spirti, & ingora, & isquatra.

Præterea sic tortoris insani manu sęquente. § Nudata pendent viscera: Sanguis sacratus funditur; Sed permanent immobiles Vitę perennis gratia. §

Sacratus quidem sanguis martyrum funditur, & nihilominus viscera, & corda eorum nudata, & immutabilia existunt, ad sustinendum pro Christi nomine martyrium. Vel viscera eorum nudata, idest, munda, & impolluta sunt ab omni inquinamento, & mundano desiderio: ita ut solum anhelent adipisci vitam ęternam: & hoc diuino quidem suffragio sustinent, & immobiles sic permanent gratia Christi; qui est vita perennis, adiuuante: gratia enim Dei id sum, inquit, Paulus; quod sum: & paulo inferius. laboraui non ego, sed gratia Dei mecum: Vnde isti sancti martyres possunt merito cantare cum Propheta: Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam, & ad instar illorum viginti quatuor seniorum Apocalypsis mittunt coronas suas ante thronum dicentes: Dignus es Domine, &c. Ideò diuino suffulti auxilio omnia toleramus facile, & patienter tormenta: Vnde Psaltes ait: Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur. Sed ô Christe sancte. (1.Cor.15. Rom.8. Psal.113. Apoc.4. Psal.33.)

Te nunc redemptor quęsumus,
Vt Martyrum consortio
Iungas precantes seruulos
In sempiterna sęcula. Amen.

In Communi Plurimorum Martyrum ad Laudes Hymnus Vigesimus Secundus.

Mater omnium sancta Ecclesia cum beato Apostolo agnoscens: Christum primum omnium martyrũ tolerasse, seq; metipsum pro nobis oblationem (Ephes.5.)

nem, & hostiam Deo patri in odorem suauitatis tradidisse: ideo merito Rex gloriosus Martyrum dicitur: propter hoc ipsa sequitur ad huc alia Martyrum merita celebrare: sic dicens: § Rex gloriose Martyrum: Corona confitentium: Qui respuentes terrea Perducis ad cęlestia: § & reliqua. Vbi primo ad Christum fit oratio, ut ob merita, & præclaras martyrum uictorias: nostras preces benignus audiat: peccatorum deinde concedat ueniam: demum æternæ vitæ pręmia. Christus itaque qui rex Martyrum dicitur supremus est, & eminentissimus, ueteres omnes longè magis antecedens, quàm rex subiectum sibi populum. Ipse namque Deus est, & homo: alij homines tantum: Ipse peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: Alij homines dicunt, si dixerimus, quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & uirtus in nobis non est. Ipse item morti non fuit obnoxius; & indebitam mortem sponte suscepit: Alij omnes morti fuerunt debitores, & aliquando debitam mortem spontaneè Deo obtulerunt. Denique ipse pro totius mundi salute oblatus est Deo patri in hostiam, & odorem suauitatis: Alij uerò pro fratribus quidē animas posuerunt: sed peculiaribus tantum: & qui aut intuitu mortis eorum, aut auditu, conuersationis suæ, frugem inde accipere potuerunt: & quia plusquam omnes passus est. Nam reliqui à Deo confortati sunt, ut supra in præcedenti hymno dicitur: cum ait sancta Ecclesia. § Sed permanent immoles Vitę perennis gratia, § ipse non. Corona itidem confitentium, idest confessorum dicitur Christus eorum scilicet, qui uitæ sanctimonia claruerunt: non tamen suū pro Christo sanguinem fuderunt, sed placida morte piè defuncti sunt. Vltimo nota hic, & tene menti, quòd Deus terrea respuentes ad cœlestia perducit: non autem illos: de quibus ait Baruch. Vbi sunt, inquit, Principes gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram: Qui in auibus cœli ludūt, qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt: & nō est finis acquisitionis eorum. Qui argentum fabricāt, & solliciti sunt, nec est inuentio operum suorum. Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt, & alij loco eorum exurrexerunt, nempe respuentes terrea: Vnde & Dominus dixit. Qui non odit patrem suum & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & sorores, & agros, adhuc autem & animam suam, nō potest meus esse discipulus. Vis ergo habere diuitias? Ecce: gloria, & diuitiæ in domo eius. Vis pulchritudinem? En quod tibi dicitur à Domino; quam pulchra es amica mea: oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus latet. Vis habere uitam? Vis habere salutem: en dicit Dominus: ego sum uia, & ueritas, & vita. Vis habere pacem? Senti Apostolum de Christo loquentem: ipse enim est pax nostra & psaltes: Pax multa diligentibus legem tuam domine, & non est illis scandalum. Vis honorem? senti Dauid. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus. Malè ergo dixerunt illi, qui beatum dixerunt populum, cui hæc sunt; scilicet filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Filiæ eorum compositæ: circumornatę, ut similitudo templi; promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud: oues eorum fœtosæ, abūdantes in egressibus suis: boues erunt crassæ. Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in platæis eorum; Beatus est ergo ille populus, cuius Dominus Deus eius. § Aurem benignam protinus Appone nostris vocibus. Trophęa sacra pangimus: Ignosce quod deliquimus. § Litera clara est, solum dico, quod in persona totius Christiani populi hunc ipse recitans uersiculum, te

[Margin notes: Beatus Greg. author. — 1 — 1. Ioan. 1. — 2 — Bar. 3. — Matt. 19. — 3 — Psal. 110. — Cant. 4. — Ioan. 14. — Ephes. 2. — Psal. 118. — Psal. 138. — Psal. 143.]

Christe humiliter precor:ut cum has sacras Martyrum uictorias pangimus:statim uelis aurem tuam benignam nostris apponere uocibus,& statim dimittere, & parcere,quod deliquimus;& post hac suggere nobis uires,animum atque uirtutem: ut mundo, carni, & Diabolo resistamus. Et nunc sicut § Tu uincis in Martyribus parcendo confessoribus, ita Tu uince nostra crimina donando in-
4 dulgentiam. § Cæterum tunc certe rex uincit in militibus,si miles contra tyrannum regni occupatorẽ pugnat pro rege, & uictoriam assequatur profligato tyranno. Nam tunc miles non sibi,sed regi certauit,à quo certandi munus, & potestatem accepit: Martyres autem omnes animosi sunt Christi, & contra aduersas potestates totum ferè genus humanum occupantes, prælia Domini certarunt,& eas antiquis sedibus suis fraude,& dolo occupatis eijcerunt, & uicerunt quidem ipsi,ut ministri,ac satellites: Verius autem Christus in eis uicit; quia pugnandi, & uincendi uires illis suffecit, utque inchoarent pugnam, prosequerentur,& conficerent,animum illis, uirtutemque ministrauit, & Martyres ipsi non ad propriam,& suam ipsorum gloriam:sed soli Christo certarunt, ut suo regi,ac domino:& sic concludo,quod vincere Diabolum, corpus tradere,
Apoc.4. contemnere uitia,tormenta expendere,lassare tortorem, capere de iniurijs glo-
Grego:in li. riam,& de morte vitam, non uirtutis humanę;sed muneris est diuini; quia non
Mora.22.ca. solum datur nobis in ipsum credere:sed pro ipso pati, dicit Sanctus Paulus. Vn-
10. Philip.1. de viginti quatuor illi seniores adorauerunt uiuentem in sæcula sæculorum,mittentes coronas suas ante thronum Domini. Et quid est coronas suas ante
Genes.3. thronũ Domini mittere, inquit Gregorius,nisi certaminum suorum victorias
Maccha.7. non sibi tribuere, sed authori, ut ad illum referant gloriam laudis,à quo se sciũt
5 uires accepisse certaminis. Ex quibus etiam uerbis apparet, quod multis de
Matt.23. causis potest qs Martyr fieri,scilicet pro iustitia,ut Abel.pro lege Dei,aut Mac-
Act 7. chabęi.Pro assertione ueritatis:ut Isaias, & Hieremias,pro argutione peccati, ut
Matt.14. Mar.6. Ioannes Baptista:pro salute populi, ut Christus,pro fide,& nomine Christi, ut
Matt.2. Stephanus. Pro libertate Ecclesiæ,ut Thomas Cantuariensis: pro Christo,seu loco Christi,ut innocentes,& infantes atque pueri.

In communi confessorum Pontificum ad Vesperas Hymnus Vigesimus Tertius.

NOstra,& omnium mater Ecclesia hucusque verba satis abunde de sanctis Christi Martyribus cum profectò egerit:ipsi modo iuri consonum videtur,& de sanctis confessoribus, qui sanè non modica ipsi quoque digni sunt apud Christum remuneratione, ac gratia: mundum enim aspernati sunt, carnem frænarunt: Insidias dęmonum declinauerunt, & ad cœlestia totis semper animi uiribus aspirauerunt, quæ tandem post huius vitæ cursum (ut videmus hunc, cuius festa celebramus, confessorem hodiè cœlestia petere) consecuti sunt: & aliqua laudum eorum carmina promere, atque cantare: quæ sic ait; § Iste confessor Domini sacratus: Festa plebs cuius celebrat per orbem, Hodiè lætus meruit secreta, Scandere cœli; § &c. In quibus cõmemorantur virtutes cuiusuis sancti cõfessoris,cuius festũ celebratur

non mo-

non modo ad vitæ attinētes sanctitatem; sed ad miraculorum ostensionem; quæ diuinæ bonitatis indultu ad eius sepulchrum fiunt. Propter quod præsens fidelium cōgregatio illi sedulo laudem impendit debitam, ut ipsius patrocinio adiuuetur. Itaque circa istum uersiculum solum nota, quòd ob merita, & uirtutes istius confessoris, quas hodie Ecclesia celebrat in toto orbe terrarum, & quæ infra recitantur, uehitur ipse, euolatque ad cœlum hodie, in locoque aliorum sanctorum collocatur. } Qui pius, prudens, humilis pudicus: sobrius, castus, fuit, & quietus: Vita dum præsens vegetauit eius Corporis artus. § Si 1
benè hæc prærecitata uerba consideremus; quæ fere quotidiè nobis sancta mater ecclesia proponit contemplanda, certe quilibet nostri temporis confessor, & Episcopus dicet intra se profectò: si hæc in nobis inesse non curamus: ut pote pietatem, prudentiam, humilitatem, pudicitiam, castitatem, & quietem: secreta cœli non scandemus, uti scandit hodie iste sanctus confessor. Discant hic sacerdotes, discant confessores, discant Episcopi uirtutes horum sanctorum confessorum. Sint igitur pij omnes, se omni creaturæ benignos ostendentes; sed Deum præ alijs, patriam, & parentes, eosque qui loco parentum sunt, iusto amēt cultu: sint, inquam; pij proximo, inquantum est indigens, subuenientes: & in quantum est ad Dei imaginem, & similitudinem creatus. Sint & prudentes non solum literarum peritia: sed etiam negotiorum dispensatione: parati enim 1. Pet. 3.
esse debent reddere rationem omni poscenti satisfactionem de ea fide, & spe, quæ in illis est: sint ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Nam Matt. 10.
& Dominus laudauit villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset. Sint præterea humiles, mites, & spiritu pauperes, idest, non inflati, & nō in superbiam elati: Luc. 16.
neque percussores; sed modesti, non litigiosi; sed humiles: quia Deus respiciet, & approbabit humilitatem eorum: sicut approbauit humilitatem ancillæ suæ. Sint casti in corpore, & anima, atque fatigent carnis iura, hoc est, oblectamēta mollia, & illecebrosa: & has inclinationes, & pronitatem ad carnalia desideria reprimant in se vigore, ac lege spiritus. Quemadmodum beatus Paulus se ipsum omnibus exemplum proponens reprimebat; castigo (inquit) corpus meū 1. Cor. 9.
& in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim ipse reprobus efficiar. Quam autem pudicitia, siue castitas amanda sit, præamandi fratres, ex Ioseph cognoscere clarè possumus: siquidem quamuis ipse esset seruus emptitius, & elegantis formę iuuenis sine vxore: tamen sollicitatus à domina sua recusauit stuprum: & maluit offendere eam, quam perdere castitatem. Præterea dicitur, quod Sichem uiolauit Dinam, ideoque rem fędam operatus est. Vnde si hoc ante legem scriptam, sub lege naturæ talis impudicitia reprehensa est, quanto magis sub lege gratiæ? Sint etiam sobrij: in potuque excessum cohibeant: ut mēsurati dicantur: nam sobrius dicitur quasi in se brius, idest mensuratus: Briar siquidem est mensura: & per oppositum dicitur ebrius, idest extra briara, idest, sine mensura. Non ergo in comessationibus, & ebrietatibus ambulemus: etenim uenter mero æstuans, cito despumat in libidinem, ita ut sic existentes: non essemus ministri Dei: quia ambulans in uia immaculata, hic mihi (inquit Deus (ministrat. Vnde Dominus dixit ad Aaron Leuit. 10. vinum, & omne, quod inebriare potest, non bibes tu, & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum testimonij: ne moriamini. Præterea notent & illud libri Iudic. 9. inter epulas & pocula maledicebant Abimelech. & illud Isai. 28. sacer

Luc. 1. — 2 Genes. 39. — Genes. 34. — Rom. 13. — Psal. 110. — Leuit. 10. — Iudic. 9. — Isai. 28.

dos, & Propheta nescierunt præ ebrietate: absorpti sunt a vino; errauerunt in ebrietate: Omnes enim mensæ repletæ uomitu, sordium q́ue: &c. Sint & quieti, & tranquilli, & non litigiosi, & non dyscoli, ac quasi a schola aliorum sacer
Math 12. dotum diuisi; quia qui non colligit mecum, contra me est: & nota, quòd sen-
Timot. 3. tentia horum quatuor uersuum desumpta uidetur ex Paulo ad Timot. 3. & ad
Tit. 1. Tit. 1. dicente: Episcopum oportet esse prudentem, sobrium, pudicum, &c. Cæterum uegetare, est uiuificare, & in uita conseruare, siue fouere in sanita-
Genes. 9. te, & incolumitate: Vt in Genesi legitur dixisse Dominus. Recordabor fœderis mei uobiscum, & cum omni anima uiuente, quæ carnem ueget. Quamobrem cum uita præsens huius confessoris nutriuit artus, & membra eius, tunc, & pius, prudens, humilis, pudicus, sobrius, & castus, atque quietus fuit. Verum quoniam iam mortuus, & in sepulcro positus est: Idcirco ob huiusmodi uirtutes nunc etiam post mortem multi ægrotantes ad eius tumulum accedentes, sanitatem recuperant, quacunque illi infirmitate sint grauati, quod est, quod subdit, cum inquit. § Ad sacrum cuius tumulum frequenter Membra languentum modò sanitati: Quolibet morbo fuerint grauata, Restituuntur. §

Certè monstratur hoc loco quantæ sanctitatis, ac sanctimoniæ siue authoritatis essent sancti confessores (præsertim iste apud Deum: quia quocunque morbo, & ægritudine laborarent illi, qui ad eorum sepulturam ibant, sanaban-
Math. 19. tur. Verè non tantum Apostolis suis, sed & istis dedit quoque Deus uirtutem, & potestatem super omnia Dæmonia, & ut languores curarent. Quid enim credimus in uita hos confessores fecisse: quando post mortem sunt tantæ uirtutis, atque potestatis erga infirmos? Cæterum quid tumulus sit, hic dicendum est;
3 præterea de quibus membris hic intelligendum sit, fas est etiam dicere: & quidem tumulus dicitur quasi tumens tellus; quoniam homine in terra sepulto, terra aliquantulum eleuatur. Cœmeterium uerò dicitur a cimen, quod est dulce, & sterion, quod est statio: ibi enim dulciter defunctorum ossa quiescunt, & saluatoris aduentum expectant; uel quia ibi sunt cimices, idest, uermes ultra modum fætentes. At sepulcrum dicitur quasi sine pulsu: quia qui ibi sepelitur, pulsu caret. Dormitorium dicitur a dormiendo, quia ibi corpora sanctorum quiescunt, qui in Domino moriuntur. Monumentum dicitur, quia monet mentem cuiuslibet inspicientis, ut recordetur, quòd cinis est, & in ci-
4 Guil. lib. 1. c. 5. nerem reuertetur secundum Guiliel. De quibus autem membris hic sit intel-
Lib. 2. c. ligendum, est animaduertendum, & sciendum, quòd membrorum plura secundum authorem illum in suo Theologicæ ueritatis compendio sunt genera: Nam membra corporis triplicia sunt: quædam siquidem sunt radicalia, ut iecur, cor, cerebrum; genitalia: Inter quæ tria prima sunt ad esse: in quibus sedem habet spiritus naturalis, uitalis, & animalis: sed membra genitalia sunt ad conseruationem speciei, & de istis non est hic intelligendum. Alia sunt membra deseruientia, ut uenæ, arteriæ, & nerui, per quæ uehitur ille triplex spiritus: Nec minus, de istis debemus accipere. Sed alia sunt membra, & officialia, ut manus, pedes, & huiusmodi; de quibus hic potest intelligi. Potest etiam intelligi hic de membris artificialiter ordinatis, quæ mutuò sibi deseruiunt: ut patet in oculis, qui ut superiores inferioribus gubernationem administrant, & contra inferiora mēbra, puta pedes, crura, præbent superioribus supportationem; quia totum pondus aliorum superiorum membrorum sustinent: pari modo, & de medijs po-

test accipi, quæ media membra sunt manus, & brachia, quæ impartiantur vtrisque defensionem,& necessariorum conquisitionem. ¶Vnde nunc noster chorus in honorem Ipsius hymnum canit hunc libenter: Vt pijs eius meritis iuuemur Omne per æuum. Q.d.& propter huiusmodi uirtutes, atque miracula mouetur nunc sancta ecclesia ad canendam in honorem istius confessoris hunc præsentem hymnum, sic laudatorium: sed ad quid sic moueatur canere,subdit,nempe, ut eius patrocinijs, atque orationibus; quæ ei apud Deum maximi sunt meriti,semper,ac sine fine adiuuemur: Quod faxit Deus. ¶Sit salus illi,decus, atque uirtus: Qui supra cœli residens cacumen: Totius mundi machinam gubernat Trinus,& unus. Nota ꝙ Deus sedet super cœlum,& tamen gubernat hunc mundum,idest,fabricam huius mundi, quam ipse condidit.

In Communi Confessorum Pontif. ad Laudes Hymnus Vigesimus Quartus.

NOstra sancta mater ecclesia sanctorum patrum vestigijs inhærendo,atque exemplis:eaque tamquam sancta, ac salutaria ad ea nmiirũ adipiscenda bona, quę homines beant, sequens, ac strictè amplectens,& præclaram eorum uitæ sanctitatem,amore quodam filiali hodie eã nobis inspiciendam,atque semper piè oculis habendam proponit, ac ipsa cantat, hoc modo, præuio Deo, incipiens; ¶Iesu redemptor omnium: Perpes corona præsulum,In hac die clementius, Nostris faueo precibus: ¶ & reliqua. Vbi primò ad Christum habetur oratio: ut huius sancti Confessoris (cuius dies festus agitur) placatus ipse sanctis precibus, nobis,& peccatorum ueniam tribuat: & gratiam imitandi præclaram uitæ eius sanctitatem. Quare isti primi quatuor uersus expositione non indigent. Vti autem Christus fuerit redemptor omnium, aliàs dictum est, præsertim in hymno de natiuitate Domini: Sicut enim; inquit Leo; nullum a reatu liberum reperit Christus; ita pro liberandis omnibus uenit. Corona uerò perpes præsulum Christus est: quoniam ipsorum decus est,& insigne ornamentum, quo in ipsa æterna vita ipsi vndequaque uenustantur. Nota tamen quòd præsules hoc loco interpretari possunt præsidentes, siuè principes; quos Deus eos principes constituit super omnem terram. Erant enim isti pręsules sicut sunt hodie episcopi, qui constituti sunt superintendentes ciuitatum, ac animabus hominum: qui alio etiam uocabulo antistites nuncupantur. Aliquando tamen pręsules apud humanas sanctiones abbates sępe denotant: ut cum Iustinianus ait. Sancimus igitur sacras sequentes regulas, eos, qui singularem conuersationem profitentur: non promptè mox a reuerendissimis præsulibus uenerabilium monasteriorum habitum percipere monachalem: sed &c. rursum,& intra memoratum tempus experiatur huius hominis conuersationem monasterij præsul, idest, abbas.

Leo in serm. nat domini.

1

2

Auth. de Monac. §. sancimus.

Aut. de sanct. epis. §. si quis autem ad monast.

Igitur Iesu perpes corona pręsulum adesto, fauetoque hodie clementius, benigniusque solito nostris precibus, auribusque etiam percipe orationem nostram hac die: ¶ Qua tui sacri nominis Confessor almus claruit: Cuius celebrat annua Deuota plebs solennia. ¶

Sanè

3 Sanè annuum interdum dicitur, quòd toto vnius anni spatio durat: iuxta illud: & nox erat annua nobis. Interdum verò dicitur quod quotannis, & sic singulis annis fit; licet tantum semel, & uno solo die, & festum annuum, & hic annua dicuntur solennia; vel quod datur singulis annis; ut benè scribunt Imperat. Seuerus, & Antoninus Agrippæ, dicentes; si competenti iudici annua legata, uel fideicommissa tibi relicta probaueris, ab initio cuiuscunque anni exigendi ea habes facultatem. Modò verò possumus sic ordinare literam: Adesto, inquam Domine, supplicationibus nostris, & inuocationibus hodierna die; in qua iste sanctus confessor, ac professor tui sacri nominis, potestatis, ac fidei, gloriosum se exhibuit: Cuius sancta ecclesia annua festa celebrat, & frequentat singulo quoq; anno. § Qui ritè mundi gaudia Huius caduca respuens Cum Angelis cœlestibus Lętus potitur præmijs. § O fęlix iste sanctus confessor, qui angustam viã vitæ fortiter certè arripuit; ut ad vitam ingrederetur æternam: Mundana item, & terrena mundi huius gaudia, caduca quidem contemnens; profectò victor meretur adiungi Angelorum consortio; O quam angusta porta, & arcta uia est, quæ ducit ad uitam. O quàm pauci sunt, qui inueniunt eam; & tamen iste adinuenit, qui hodiè lætus cum Angelis cœlestibus vitæ æternæ
1. Ioan. 2. Philip. 3. potitur præmijs. Benè equidem iste sanctus audiuerat in spiritu Ioan. dicentem. Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt: si quis diligit mundum,
Genes. 39. non est charitas patris in eo. O beate, inquam, confessor, qui, ut haberes conuersationem in cœlis; non secus ac Ioseph; qui relicto in manu dominæ suæ pal-
4 lio, fugit, & egressus est: mundana gaudia reliquisti, & omnino contempsisti.

Cæterum ad hoc, vt sciamus quomodo hic sanctus confessor cum Angelis cęlestibus potiatur pręmijs, quibus dignus est, pro eo, quòd contempsit mundum, aduertamus, quòd secundum theologos, decem sunt cœli: Luna enim est in primo cœlo: Mercurius in secundo: Venus in tertio; Sol in quarto; Mars in quinto; Iuppiter in sexto; Saturnus in septimo; & aliæ stellæ in octauo, & super omnes istos cœlos etiam ad huc sunt duo cœli, scilicet crystallinum; sic à luce crystallina appellatum; & vltimò loco est cœlum empyreum, in quo est paradisus cœlestis, & omnia desiderabilia. In vltimo ergo cœlo regnat primò super omnia sanctissima trinitas: Deinde beata Maria; tertio loco nouem Angelorum ordines: Postremò sunt animæ hominum ordinatæ, & præsertim hic sanctus confessor: & fidei Christi professor: cuius hodie solennia celebramus: in ordinem, & gradum suorum meritorum, quæ quidem animæ humanæ reparant nouum chorum Angelorum propter casus dęmonum: & istis ij potiuntur pręmijs: Continue enim laudant Deum, & contemplantur eum, quem videndo amant, amando fruuntur, fruendo tenent: & sic gaudent in Deo; psallũt, laudant, & quiescunt, diuites, bonis omnibus exuberantes, virtute honorati, tuti ab omni formidine, liberi ab omni seruitute, satiati omni dulcedine, clari omni lumine, agiles omni leuitate, subtiles penetratione, impassibiles omni infirmitate: propter huiusmodi ergo cœlestia bona, terrena, præamandi fratres, & mundana omnino spernamus: quæ profectò vana ac caduca sunt; ut catenis, & pęnis æternis erepti post præsentis vitæ cursum ascendere possimus, quo hodiè ascendit sanctus iste confessor, videlicet, sursum, & in cœlum: & ibi Deum videre, uelut fęlices perpetuò, & illic stare: quod mihi, immo omnibus Christigenis præstare dignetur ille, à quo cuncta procedunt, qui uiuit per sæculorum sæcula. Amen.

Et ad

Et ad hoc, ut hæc assequi possimus tuo suffulti diuino nomine: § Huius § benignus annue Nobis sequi vestigia: Huius precatu seruulis Dimitte noxam criminis. § Sanè vestigia vltra ea, quæ hic de contemptu mundi dicuntur; quæ iste sanctus confessor nobis hinc ad cœlū proficiscēs legauit, Petrus Christi vicarius recenset; cum ad Clementem ait archiapostolus: singulos, inquit, (prout potueris) iuua, & singulos releua: iustis ergo nos oportet insistere laborib. prius nempe nosmetipsos ab hoc sęculo immaculatos custodire, mentem, manum, linguam, ac membra corporis cætera ab omni inquinamento culpæ tentantis continere; ac diuinis perpetuò subiugare seruitijs: Deinde etiam proximi necessitatibus iuxta vires occurrere: esurienti cibum, potum sitienti, algenti vestitum ministrando, infirmum visitando, mortuum sepeliendo, eripiendo inopem de manu fortiorū eius, egenum, & pauperem à diripientibus eum: sed & erranti uiam veritatis ostendendo, ac cæteris se mancipando fraternæ dilectionis obsequijs: insuper etiam usque ad mortem pro iustitia certando. Præterea nec te pigeat post Petrum audire Augustinum dicentem: qua propter carissimi, mente integra, fide firma, uirtute robusta, charitate perfecta, parati ad omnem uoluntatem Dei simus, conseruantes fortiter Dei mandata in simplicitate, seruate innocentiam, in charitate concordiam, modestiam in humilitate, diligentiam in administratione; uigilantiam in adiuuandis laborantibus, misericordiam in fouēdis pauperibus, indefessa ueritate constantiam, in disciplinæ seueritate censuram, ne aliquid ad exemplum bonorum factorum in nobis desit. Hæc sunt uestigia, quæ nobis sancti quique reuertentes in patriam reliquerunt: ut illorum semitis inhærentes, sequeremur ad gaudia: Hæc itaque sunt uestigia, quæ nobis testamento legauit & sanctus hic confessor. Vt uerò hæc executioni mandemus, dum in hoc mundo sumus: cum bonis ambulemus hominibus, & cum sapientibus conuersationem habeamus, & quorum coniuncti fuerimus consortio, eorum proficiamus exemplo. Vnde Salomon; Qui cum sapiente graditur, sapiens efficitur; Similiter, qui cum prauis, & stultis prauus, & stultus efficitur, & alibi: Tu peruerteris, si peruersis socieris: Vnde Dauid cum sancto sanctus, &c.

8.q.1.clemēs.

Augu. in sermone omniū sanctorum.

Prouerb. 18. & 22.

Psal. 17.

Sed ò Christe huius sancti confessoris precibus, & interpellationibus tu benignus dimitte nobis debita nostra: ut tibi quotidie dicere sic possimus: § Sit Christe rex pijssime Tibi, patrique gloria, Cum spiritu paraclito In sempiterna sæcula. § Amen.

In communi confessorum non Pont. ad laudes Hymnus Vigesimusquintus.

SAncta mater ecclesia in præcedenti hymno exaltauit, maximisque laudibus præconizauit, affecitque sanctissimos confessores; tamquam summos pontifices, episcopos; ac antistites, atque tanquam cæteris confessoribus simplicibus 1
dumtaxat digniores, & profectò benè: Digniora enim (prout Vlpianus iurecōsultus aduertit) semper sunt præferenda. Nunc uero de minoribus sanctis cōfessoribus, non pontificibus; sed dumtaxat abbatibus, hagiè, siue sanctè canere intendit; hoc in primis dicendi genere utens. § Iesu corona celsior: Et ueritas sublimor: Qui confitenti seruulo Reddis perenne prēmium: § & quæ sequuntur.

L. 1. & 2 ff. de albo scriben.

tur. Vbi petimus à Christo, ut à nexu peccatorum per interpellationē istius sancti confessoris absoluamur. Laudatur deinde hic confessor, qui contemnēs mundana, & inimicum superauit, & dapibus ille supernis nunc potitur: Cuius consortio coniungi suppliciter à Deo exposcimus. Et quamuis hymnus iste peculiariter sancto Benedicto ascriptus annotetur, indifferenter tamen cuique sancto confessori potest attribui: ut etiam ab ecclesia obseruari hic uidemus, & benè, quandoquidē nihil in eo sententiæ exprimitur, quod non alteri ēt cuiusuis

2 de beatorum confessorum numero aptè conueniat. Sed circa literam dicamus; quòd sancta ecclesia vocat sponsum suum Iesum, & coronam, dicit esse celsiorem omni alia corona quorumcunque merentium coronam appellatq; eum veritatem, omni veritate sublimiorem: & profectò bene; quia quanquam sanctissimi Apostoli, sanctique martyres, confessores, ac virgines, ob id, quod passi sunt; secti sunt, ac propter Christi fidem trucidati sunt: Item & Christi fidem, veritatem, & iustitiam excellentiamq; eius, atque potentiam confessi sunt, digni sunt corona; quia passi sunt, & veritatem (inquam) dixerunt, & prædicauerunt: Christo tamen non possunt comparari, qui ipse excessit in omnibus. Vnde dicitur Christi excessus: cæterorum uerò decessus: & quia etiam in actibus nostris: ut nostri sunt, non inuenitur, nisi peccatum. Vnde Augustinus ait: si quid boni agimus: illud non ex nobis tanquam ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est, secundum Apostolum. Est ergo Christus omni corona cuiusuis hominis corona celsior: & omni veritate quorumcunque confessorum sublimior ueritas: quia

Augu∫t.

2.Cor. 3.

3 ipse omnes homines superauit. Porrò hic insuper aduerte, quòd confitens, confessio, & confessor in eo sumuntur significato, quo certum vnum, & propriū sanctorum ordinem, statum, & gradum insinuant: quia ab ecclesia catholica confessores nuncupantur, qui scilicet post Apostolos, euangelistas, & Martyres in confessione sanctæ fidei, & moribus, & vita perstiterunt, & per mundi contemptum, egregiasque virtutes præclari, placida tandem morte in Christo quieuerunt. Quare ò Christe ❡ Da supplicanti cætui Obtentu huius optimi Remissionem criminum: Rumpendo nexum vinculi. Petimus hoc loco nodum, siue ligamen vinculi, scilicet peccatorum, quo constringimur, disrumpi: cum per prauam consuetudinem peccato adijcimus peccatum, & nos ipsos arctius culpis innectimus: Vnde sapiens ait. Funibus iniquitatum suarum constringitur peccator, & psaltes funes peccatorum circumplexi sunt me, & hoc quidem vinculum monet abijci Isaias, cum inquit, si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui, quod non prodest. Sic ordina literam orando: ò Christe; da nobis plebi tuæ supplicanti indulgentiam peccatorum nostrorum: confringendo omnia ligamina prædictorum peccatorum: & hoc amore istius sancti confessoris; ut sic facti sancti cum Dauide sancto nos sacerdotes tui alacri canere possimus animo: Dirupisti, Domine, vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis & nomen Domini inuocabo. Et quoniam potuisset aliquis dicere: & quis est iste; cuius intercessionem quæritis, ac eum apud Deum pro nobis in cœlis deprecatorem esse cupitis? Respon. sancta mater ecclesia quod profectò hic sanctus (cuius interuentu adiuuari postulamus) est tantæ sanctitatis, ꝙ Deus anno superiori eum cœlo dignatus est. Vnde subdit; ❡ Anni recurso tēpore Dies illuxit lumine: Quo sanctus hic de corpore Polum migrauit præpotens. ❡ Anni, uel duodecim mensium tempore, & spatio, dies suo lumine re-

Prouer. 5.
Psal. 118.
Isai. 58.

4

luxit,

luxit,lucemq; emisit,ac edidit:quo idest,cum hic præpotens sanctus migrauit po
lum,idest ad cœlum . Cæterùm præpotens hic sanctus confessor dicitur,idest
quasi præ alijs hominibus potens,& abundans sacris virtutibus ; & benè sic de-
cebat hunc sanctum virtutibus esse præditum . Nam prælati, ut refert glossa, Glos.in c.ma
sunt tanquam signum positi ad sagittam : Vnde inferiores vitam eorum respi- gnæ deuotio
ciunt: quare subiungit ; § Hic vana terræ gaudia, Et luculenta prædia Polluta nis extra de
sorde deputans : Ouans tenet cęlestia . § Luculentum id dicitur,quod excellen- uoto.
tiæ splendorem habet, & eminentiam . Ampla ergo prædia , & quotannis lar- 5
gos referentia fructus,hic luculenta dicuntur . At illa quantumcunq; fuerint,&
quantumuis speciosa;si ad cęlestia,& sincera illa supernæ patriæ bona conferunt;
polluta sunt, & quasi sordida. Qm̃,& de æterna sapientia dicitur:omne aurum in Sapien. 7.
cõparatione illius arena est exigua:Vnde bene ait beatus Gregorius:terrena nāq; Greg.in Luc
substantia (ait) supernæ fęlicitati cõparata pondus est,non subsidium: tempora- 14.
lis vita æternæ vitę cõparata,mors est potius dicenda,quā vita : Et de istis luculē 6
tis, siue lutulentis , & luto plenis prędijs q̃d dicat S. Basilius magnus in diuites Basil.mag.in
auaros,senti,& considera. Dic,quæso,inquit,q̃ vtilitas,digitos vertere lapillis co- serm. 2.tom.
ruscantes,atq; ostentare?quis pulchritudini,tormęq; fingendæ studens vnā vitæ primo.
diem sibi prorogare poterit ? aut cui mors ob diuitias parcit ? Quousque igitur
opes erunt animarū laqueus,mortis hamus,peccati esca ? Quousq; diuitiæ erunt Nota.
belli materia,per quā fabricantur arma,& enses acuuntur? Propter opes (inquā)
propinqui,cognati naturā negant,fratres inter se digladiantur, loca deserta gras-
satoribus referciuntur:mare piratis,ciuitates calumniatoribus cõplentur. Quis
mendacij pater est?Quis falsę accusationis minister? Quis periurij genitor?nõne
diuitiæ,ac circa diuitias studiū?sed vlterius procede;considerans ex sequentibus,
quàm sint vera,quę fatur prędictus S.Basilius:factum est.n.inquit scriptura, iur-
gium pastorū Gerarę aduersus pastores Isaac p̄p possessionē ouium, & armēto- Genes. 13.
rum,& familiæ plurimę : Pręterea substantia Abraā,& Loth erat multa,& nequi- Genes. 14.
bant habitare coiter:Vnde & facta est rixa inter pastores gregum Abraā,& Loth.
Amplius:Nimis,inquit historia regū, inhonesta facta est discordia inter Absalon
ambientē regnū,& Dauid patrē suū:Deniq; Absalon qui eā mouit,suspensus est.

Iste ergo sanctus confessor deputans gaudia terræ & mundi huius esse vana, 2. Reg. 15.&
ut re uera sunt,similiter & existimās luculenta,& ampla p̄dia,hoc est possessiones 18.
opimas,& multos fructus reddentes, esse pollutas, atq; multorum ipsas originē
esse malorum,gaudens,& lætitia gestiens cum effectu nunc possidet cœlestia re-
gna . Sed cur sanctus iste confessor meruit secreta scandere cęli : nempe,quia
pugnauit fortiter contra satellitem,quem quidem pressit: Vnde sic prosequitur;
§ Te Christe rex pijssime , Hic confitendo iugiter : Calcauit hostem fortiter
Superbum ac satellitem . Christus quomodo dicatur rex pijssimus : dictum 7
est supra lib. 1.in hymno primo, in fine : At de hoste uerba fecimus in hymno
completorij : De satellite uerò diximus supra lib. 3. in hymno primo innocen-
tium . Sanè sicut per hostem hoc loco rectè intelligitur Diabolus,qui totius
humani generis antiquus est hostis,& aduersarius ; ita per superbum satellitem
aptè accipitur hic caro nostra , quæ satelles est animæ : quia illi data est in ob-
sequium , & ministerium : sicut ancilla in famulatum dominæ:superbus tamen Gal. 5.
est satelles : quia caro concupiscit aduersus spiritum , & in peccati captiuita-
tem plerumque pertrahit . At nunquam tamen hunc pertraxit in carnis

uitium

vitium confessorem sanctum ; qui, Diabolum fortiter prostrando, carnem suam crucifixit cum vitijs, & concupiscentijs. O sancte, & prudens confessor:
Sap.4. qui,cum hostis tibi mollia suggerebat:intrepidè respōdebas ; Quam pulchra est casta generatio cum claritate . Immortalis est enim memoria illius : quoniam & apud Deum nota est,& apud homines : fieri ne ergo potest , ut per te perdam
Apoc.21. illam?non,non;cum nō intret conquinatū aliquod in ciuitatem sanctam Hierusalem : & sic tali sapientia fortiter calcauit dæmonium iste sanctus confessor, &
9 carnem . De beato autem Benedicto id conuenienter dicitur , quod carnem edomauerit:Nam,ut ieiunia prætermittantur eius quotidiana,& cibi,potusque tenuitas,ac parsimonia:Cum semel incitante antiquo serpente libidinum incendia pullularent in eius carne,se nudum spinis,vrticis , ac vepribus iniecit:ut illorum aculeis sauciatus in corpore prurientes extingueret ipsius voluptates; qua-
Gregor. lib. 2.dialog. rum hoc remedio victor euasit. Vt author est Beatus Gregorius . Vnde ex istis quatuor versibus colligimus,quòd iste Christi regis miles , & confessor multis modis de infernali tyranno triumphauit : primò per confessionis perseuerantiam , hoc est , dono spiritus sancti , & fortitudinis : quia in prosperis, & aduersis semper dedit suo regi Christo Domino laudem, nec vnquam (sicut
Iob.1. alter Iob)peccauit labijs suis:quod non faciunt, qui in prospera fortuna Deum laudant,& confitentur illi : in aduersa verò blasphemant , & illum maledicunt : sed iste iugiter confitendo uia incessit regia , non declinando nec ad dexteram,
Mat.22. nec ad sinistram:Fultus ergo dono illo quarto spiritus sancti, non solum cum perseuerantia,sed etiam cum fortitudine,in Dei,& regis sui seruitio perstitit:Diligebat enim illum ex toto corde,ex tota anima, & ex tota mente,& ex omnibus viribus suis.Et sic ob hoc fortiter hostem,& suum,& regis sui, superbum satellitem (quamuis pro superbo satellite carnem nostram, quæ satelles est animæ
Psal.90. etiam intellexerimus)calcauit,& veluti super aspidem , & basiliscum ambulauit .
10 Iste autem hostis,hoc est Diabolus,superbus,ac satelles hic nominatur:quia val-
Isai.14. de superbijt cum dixit in corde suo: In cœlum ascendam , super astra Dei exaltabo solium meum: Ascendam super altitudinem nubium,&(ò superbe,& peccati inuentor)similis ero altissimo & quia ita sagax est,satagitque ad nos perdē-
1.Pet.5. dum(dicit enim Petrus:Fratres sobrij estote,& vigilate,quia aduersarius vester Diabolus,tanquam leo rugiens circuit,quærens quem deuoret,cui resistite fortes in fide)sicut satagit satelles pro sontibus capiendis : Sed quibus armis pro hoste calcando vsus fuerit iste noster sanctus confessor,dicitur , cum sequimur. § Virtutū actu,& fide:Cōfessionis ordine:Ieiuna mēbra deferēs: Dapes supernas
11 obtinet.§ Vbi sciendū nobis est,quòd rex noster militibus suis quosdam habitus diuinos infundit,veluti arma,quibus vtantur aduersus principes, & potestates, aduersus rectores tenebrarum harum,de quibus loquitur Paulus Christi militi-
Ephes.6. bus dicens: Accipite armaturam Dei , vt possitis resistere in die malo;& in omnibus perfecti stare:state ergo succincti lumbos vestros in ueritate,& induti loricam iustitiæ:& calciati pedes in præparatione Euangelij pacis:in omnibus sumentes scutum fidei:in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite,& gladium spiritus. Et istę sunt virtutes , in quibus actibus sanctus noster victoriam reportauit:videlicet,in uera castitate carnis,& cordis:in perfecta iustitia legis, & euangelij : In omnimodam affectuum mortificationem,doloris, scilicet,& gaudij:timoris,& spei;confidentiæ , & desperationis ;

odij

odij & amoris: Auaritiæ,& prodigalitatis;continentiæ, & vindictę iniuriarum, ex qua perfectam Euangelij pacem obtinemus. Sed cum ijs omnibus habebat sanctam illam fidem, velut scutum, contra tela ignea sathanæ; de qua loquitur Apostolus:corde creditur ad iustitiam,ore autem fit confessio ad salutem:Propterea dicitur in litera, quòd omnes confessorum veræ fidei ordines sequebatur,& amplectebatur. Habebat & spem salutis æternę,quam sicut ancoram habebat firmam,& tutam,penetrantem vsque ad interiora cœlestis velaminis; & tandem in manu gerebat gladium spiritus,nempè verbi Dei amorem;per quem inclinabatur ad diligendum Deum super omnia: & proximum propter Deum, sicut se ipsum. Adde etiam, quòd præter istos habitus animi, fultus etiam erat virtutibus moralibus. Nam bona rationis fulciebatur prudentia: Vnde nec negligentia,nec præcipitatio,nec inconsideratio,nec carnis prudentia, quæ est mors:sed nec astutitia:dolique non vana sollicitudo,quę ipsum à spiritualibus distraherent: quicquam in ipsum poterant;sed in omnibus diligens, consideratus,sibi constans,boni operis semper executor,& ad debitum finem cum omni simplicitate vocis,& cordis diuina adiutus prouidentia, omnes ipsius orationis actus dirigebat.Sic etiam in exterioribus operibus tam erga Deum,quam erga proximum,& etiam erga se ipsum dirigebatur ab ipsa iustitia: sobrie viuens ad se,iuste,ad proximum,piè ad Deum: Iustitia enim talis est virtus inclinans voluntatem humanam ad constanter, fœliciter, & immobiliter reddendum vnicuique quod suum est:sic sanctus confessor sibi peccata attribuebat, humiliter de se sentiebat, & inter omnes se minimum existimabat: vt olim sanctus Paulus de se dicebat,minimus sum Apostolorum;cum nihilominus ex testimonio Domini nostri esset vas electionis:de nullo alio Apostolo dictum est: suum proximum omni honore præueniebat,non malum pro malo reddebat,sed semper malum in bono vincebat:nulli intulit contumeliam, conuitio contristauit, improperio diffamauit:Irrisione erubescere fecit nullum: aliquem non maledixit,alterius famę,& honori non detraxit:non fuit susurro in populo:magnatibus adulari nesciuit: Vi rem alterius non rapuit; nec quenquam fraudulenter decepit; ad vsuram pecuniam non dedit, nec munera super innocentem accepit; sed è conuerso infirmis compatiebatur,afflictos consolabatur, aliorum peccata, quantum iustè fieri poterat,tegebat, & in spiritu lenitatis instruebat: Vacillantes confirmabat,omnibus benedicebat:gaudebat cum gaudentibus;flebat cum flentibus;quantum erat in se cum omnibus hominibus pacem habebat, illamque inter homines diligenter curabat; vitia & præcipuè procerum, tanquam magis nociua arguebat;rem propriam pauperibus liberaliter erogabat, quantum poterat deceptos adiuuabat,& à deceptoribus liberabat: Deo tantũ fœnerabatur, abscondendo eleemosynam in sinu pauperum,& muneribus pauperibus collatis peccata sua redimebat. Ergà Deum fuit religiosus cultu, & honore, amore, & timore:deuotione, & oratione:adoratione,& sacrificij oblatione:votorum redditione:& diuini nominis inuocatione:demum in hymnis,& cãticis,exercitatione:Ab eo semper fuit aliena superstitio, Dei tentatio, periurium, & sacrilegium,tanquam odibiles pestes,puræ, & integræ religionis:voces hęreticę prauitatis,seu Simonię tantum ipso suo sonitu auribus eius horrendę erant: sic abfuit in diuino cultu ab omni specie mali: & sicut his virtutibus regebat omnes actus rationis,& voluntatis,ita reliquis duabus,videlicet temperantia, & fortitu-

Rom 10.
Rom. 1.
2. Cor. 15.
act. 9.
12

fortitudine omnes actus concupiscibilis potentiæ, & irascibilis dirigebat:ut actu virtutum, quod cantatur in hymno verificetur de ipso, quibus præualuit cōtra Sathanam,carnem,& mundum, contra peccatum, mortem, & infernum. Nam hac adiutus virtute,modificauit,ac refrenauit concupiscentiam,actus cibi,& Veneris.expulit etiam tristitiam, quæ carnalibus prędominari solet propter abstinentiam delectabilium. Vnde sanctus noster semper fugit turpitudinem morū, temperantiæ contrariam;& omnem honestatem,& decorem,quæ sunt temperātię pulchritudo,totis viribus prosequutus est.Fuit ergo abstinens ab oī gulę vitio sobrius,castus,pudicus,clemens,mansuetus,modestus, humilis, studiosus; in oīb.actionib.moderatus,siue essent graues,& serię,siue ciuiles vrbanę vel iocosę.

Nec minus contra ardua pericula utebatur fortitudine regendo potentiam irascibilem,cuius uirtutis officium est præcipuum firmare,& cōseruare bonum rationis in ijs,in quibus maximè difficile est firmitatem habere, scilicet in arduis, & grauibus periculis: Et fortitudo ipsa versatur circa timores,& audacias quasi timorum cohibitiua, & audaciarum moderatiua: cuius actus sunt aggredi, & sustinere: & inter hos duos principalius est sustinere,& inter sustinentias omnes martyrium est principalius omnium: Vnde in hoc sustinentes maximè dicuntur fortes: Quod si sancto nostro fuisset datū pro Christo pati, atq; fortissimus fuisset:sicut fuit fortis ad omne opus difficile,factibile tñ ad honorē Dei patiēs, longanimis,in bonis perseuerans;semper abfuit ab illo oīs timiditas,quæ fortitudini contrariatur:similiter præsumptio,ambitio,inanis gloria,& pusillanimitas,q̄ contrariatur liberali, & magnanimo, non tñ imprudenter exposuit se periculis, doloribus, & tristitijs, quando, & pro quibus non oportebat: quia hoc non esset patientia, sed imprudentia: nunquam tamen passus est defectus debitę tolerantię,ut pro minori bono maius dimitteret bonum,sed semper in maiori bono fuit fortis, perseuerans: nec ab aliquo exterius impediente potuit amoueri, quin constaret fortis in fine sibi pro Dei honore præfixo. Hæc sunt virtutum acta,quibus (vt toties diximus)sanctus noster in uita sua se se exercuit, & sathanan calcauit cum reliquis inimicis suis. Sed ne quis crederet hęc oīa sua quasi virtute fecisse,additur aliud verbū nēpe; § Et fide. § Qđ non de fide illa intelligitur, de qua supra locuti sumus, quæ est una theologicarū virtutū,sed de fiducia illa erga Deum,quā S.Iob à Deo petebat dicens:pone me iuxta te,& cuiusuis manus pugnet contra me:quā habebat S.Paulus,qñ de admirando euangelij ministerio loquebatur dicens:fiduciā talem habemus per Christum ad Deum, non q sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, tanquā ex nobis:sed sufficientia nostra ex Deo est,qui & idoneos nos fecit ministros noui testī:hac fiducia de Deo armatus sanctus noster caput cōtriuit serpentis:ita cum S.Paulo dicere pōt:plus oībus laboraui non ego, puta solus; sed gratia Dei mecum: sic sanctus noster.

Iob.17. 2.Cor. 3.

13 § Virtutum actu,& fide: § sed & § confessionis ordine. § Dignū uerbū,& temporibus nostris profectò necessarium;& fiducia quidē, & actu sine ordine confessionis, idest sine patrum doctrina sanctus noster non præualuisset contra Dia
14 bolum, sed in vanum cucurrisset: Nam & Diabolus habet suos martyres, qui habent singularem confessionem,& non illam à patribus traditam. Et ne sanctus Paulus ex talibus esset, & (ut ipse dicit) in uanum curreret, post annos quatuordecim, quibus Christi euangelium prædicauerat per diuinam reuelationem, Hierosolymam ascendit cum suo socio Barnaba, & contulit euangelium,

Gal. 2.

gelium, quod inter gentes prædicabat, tantum valet ordinem confessionis habere, & non ex proprio loqui: Nam qui a semetipso loquitur, iuxta Domini sententiam, gloriam propriam quærit, quod faciunt hæretici: sed sanctus noster non a se locutus est, sed confessionis ordine, propterea Diabolum vicit. Sequitur; Ieiuna membra deferens. Dicit Dominus, est genus Dæmoniorum, quod nō eijcitur nisi in ieiunio, & oratione. Hoc est, & aliud genus armorum, quo vincitur Diabolus, & fortè est præcipuum genus. Nam sicut gula fuit omnium malorum initium, ita ieiunium est omnium bonorum principium: sanctus enim noster beati Pauli sequebatur præceptum: sicut exhibuistis (inquit) membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita & nunc exhibete mēbra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Præterea sicut Adam exhibuit gulam Diabolo, & victus est: propter quod semper esurijt, & oportuit in sudore vultus sui comedere panem suum: Quod attendens noster sanctus exhibuit nō solum gulam ieiunio, sed omnia membra sub lege ieiunij regebat: Ieiunabat oculis, ne viderent vanitatem, auribus audire nolebat otiosa verba, nares a peregrinis odoribus, qui ad libidinem prouocant, cohibebat, lingam a detractoribus abstinebat, manus ab immundis tactibus fugiebat, pedes ne in malum currerent, conseruabat, & sic deferebat corporis sui membra ab omni malo ieiuna. Vnde non est mirum, si dapes supernas obtinet: & non dicit cibos supernos, sed dapes, quę sunt cibi, & opipari apparatus, & in ipso verificatur promissio Dei per sanctum Prophetam Isaiam minantem; Vos qui reliquistis Dominum; qui obliti estis montem sanctum meum, qui ponitis fortunæ mensam, & libatis super eam, vulnerabo uos in gladio, & omnes in cæde corruetis, pro eo, ꝙ vocaui, & non respōdistis mihi, locutus sum, & non audistis, & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui, elegistis: Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce serui mei comedent & uos esurietis; serui mei bibent, & uos sitietis; ecce serui mei lætabuntur, & uos confundemini; ecce serui mei laudabunt præ exultatione cordis, & uos clamabitis prę dolore cordis, & prę contritione spiritus vlulabitis: ex qua sententia clarissima licet considerare, quod impijs maneat: & etiam quales sint dapes, quas sanctus noster possidet, & ne vnquam amittere possit, in perpetuum obtinet hæreditatem. Proinde te pijssime Precamur omnes supplices: Vt huius almi gratia, Nobis remittas debita. Q.d. Ideo quia illum admisisti Domine consortio aliorum sanctorum te incessanter fruentium: Vnde tibi carus multum esse debet, proinde te rex pijssime, nos acclini, & humiles precamur, vt eius gratia atq; fauore nobis remittas, & cōdones debita, quātācunq; grādia, & grauia. Amē.

Ioan. 7.

Mar. 9.

Rom 6.

Isa. 65.

Quid aūt appellatione debiti intelligi debeat hic, & in multis sacræ scripturæ locis: dictum est supra in hymno de aduentu Domini: require ibi.

De Communi Virginum ad Vesperas Hymnus Vigesimus Sextus.

A Spiritu sancto: qui reddit unicuiq; iuxta opera sua, edocta sancta mater ecclesia suum ipsa quoq; vnicuiq; tribuere intendens semper, (post persolutas, & Apostolorum, & martyrum, atq; confessorum laudes) & sacrarum Virginū pręconia celebrare instituit. Virginitatem, n. cum humilitate admiratur sancta ptia. Psal. 61. 32. q. 1. Nu

ecclesia,& continentiam cum castitate, & religionem Deo acceptissimam dicit; Cum & uirginitas repleat paradisum. Quid.n.Deo gratius est virginibus? qui Virginem Mariam ita adamauit, ut digna esset suo in uentre sacratissimo, & castissimo portare, quem cœli capere non poterant, quem cœli, & terra, pontus, æthera colunt, adorant, & prædicant, & et trinam regentem machinam, ut & sic gratissimum Dei templum, & spiritus sancti sacrarium fieret. Cum.n.(inquit) Chrysost.) Beata Maria supra oẽm humanam naturam castitatem seruaret: propterea Christum Dominum in uentre concepit. Cum ergo ita gratæ sint Deo virgines: Ideo meritò de virginibus sancta ecclesia laudans Christum canit dicẽs. §Iesu corona virginum; Quem mater illa concipit. Quæ sola virgo parturit: Hęc vota clemens accipe; & reliqua. In quibus Christus purissimus virginũ spõsus laudatur: Quod sacratissimas Virgines sponsas suas ex hoc mundi ergastulo euexerit ad cœlestem thalamum. Vbi eas gloria, & honore coronauit, & ipsas canticum nouum cantantes semper habet, quocunq; ierit, suorum gressuũ comites.

2 Chrysosto. in serm. de natiuit. beatæ Mariæ Virg.

Beatus Greg. Author.

Sed quęritur hic primò cur Christus concipi, & nasci de virgine voluit: & primo congruum fuit, vt si Deus concipi, uel nasci debuit; non nisi de Virgine cõciperetur, uel nasceretur. Item si Virgo conceptura, uel paritura erat, non nisi Deũ conciperet, uel pareret. Secunda ratio est secundum Damascenum, ut qui in cęlis patrem habet sine matre; in terris haberet matrem sine patre. Tertia secundum Aug. ut figuraret mẽbra sua mystica de Virgine ecclesia. secundum spiritum nascitura. Ideò decuit caput de virgine nasci. Quarta, ut sicut primus Adã de terra virgine: Ita secundus Adam de virgine homo fieret. Quinta, ut sicut per Euam virginem facta fuit humani generis perditio: Ita per Mariam Virginẽ fieret eiusdem reparatio: hæc author ille in Theologicę ueritatis cõpendio. Præterea hic ẽt quæritur de tempore conceptionis Iesu Christi: Vnde clarũ est Christum in sexta ætate esse conceptum. Vbi notandum est, quod numerus senarius (inquit Ludolphus) non vacat a mysterio: unde Christus conceptus est in sexta ætate, quia per ipsum debebant omnia perfici: Numerus senarius perfectus est: Item sexta chiliade. i. millenario, qui est limes omnium numerorum, & Christus est limes, & finis omnium entium. In sexto mense, quia illo mense factus est mundus, qui per ipsum refici debebat, sicut per ipsum factus fuerat. Item sexta feria, quia illa die homo est creatus, & per ipsum recreari debebat iam perditus: & ideò similiter eadem ætate, eodem millenario, eodem mense, & eadem feria passus est reuolutis. 33. annis. De Christi aũt conceptione, ac incarnatione supra lib. 3. in hymno 1. diximus multas præcessisse figuras, de quibus uide ibi, & in principio sequentis hymni. Cæterum dicitur.n. conceptio humana, secundum Henricum, sic perfici, ut primis sex diebus, quasi lactis habeat similitudinem, sequentibus nouem diebus conuertitur in sanguinem, deinde duodecim diebus solidat, reliquis. 18. diebus formatur vsq; ad perfecta lineamenta membrorum. Refert tamen Placentinus tempus animationis in masculo esse spatium dierum quadraginta: In fœmina verò 80. uel circa. Sed sic modo (pia mente) ordinemus literam: ò Iesu corona, decus, insigneque omnium ornamentum Virginum: Quem mater illa, scilicet, iam notissima Virgo, illa ad quam missus est Angelus Gabriel, unus de primis principibus regni Dei: illa, inquam, ad quam dixit Angelus; Aue gratia plena, Dominus tecum, illa, inquam, ad quam spiritu sancto repletã Elisabeth dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus

Lib. 4. c. 5.

3

De concept. Saluatoris c. 5.

4 Henricus in homil. dici Purific. Mar. Virginis.

Placentin. in sum. de abortu.

Luc. 1.

ventris tui : illa, dico, ad quam Angelus ait; Ne timeas Maria : Inueniſti enim Luc.1.
gratiam apud Deum : Ecce concipies in vtero,& paries filium, & vocabis nomē
eius Ieſum. Illa Maria (inquam) quam paſtores tranſeuntes vſq; ad Bethleem,
inuenerunt,& Ioſeph,& infantem poſitum in præſepio:Illa(inquam) iam notiſsi
ma, & generoſiſsima mater, de qua Angelus dixit Ioſeph : Surge,& accipe pue Matth.2.
rum, & matrem eius, & vade in terram Iſrael : Concipit illa (inquam) quæ ſola
mater inter alias Virgo parturit, & ſola poſt partum permanens virgo; has no
ſtras orationes, preces, & vota benignus, & clemens audi, & libenter acci-
pe : tu (dico) ô Chriſte : § Qui paſcis inter lilia Septus choreis virginum:Spon
ſas decorans gloria, Sponſiſque reddens præmia. § Quod autem hic dici-
tur, Chriſtum paſcere inter lilia, hoc ſumptum eſt ex canticis canticorum, Can.2.
vbi ſpiritualis ſponſa de dilecto ſponſo ſuo dicit : Dilectus meus mihi, & ego
illi, qui paſcitur inter lilia. Liliorum autem nomine (virginitatis namque in-
ſignia ſunt) candidiſsimum ſacrarum virginum cætum rectè accipimus; inter
quas paſcitur Dominus, atque diuerſatur, ſpirituali earum tripudio, & dul-
ciſsimę ſocietatis ambitu circumſeptus, tanquam in ipſarum medio conſiſtens.
Agnus enim, qui in medio throni eſt, ideſt inter beatos, & omnium corda Apoc.7.
habitans, regit eas, & deducit ipſas ad uitæ fontes aquarum, ideſt plenitudine
ſapientiæ, & exuberantia gaudiorum, inundantia æternalium diuitiarum eas
ſine fine reficit, & potat ſecundum Carthuſianum : & hæc eſt gloria, qua ſan- Carthuſian in
ctas has Virgines decorat ſponſus, & præmium, quod reddit ſponſis. Et ita Apoc.c.7.
continuè reficiuntur, & ita inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, o Domine :
ita : § Quocumque pergis Virgines Sequuntur, atque laudibus Poſt te canen
tes curſitant : Hymnoſque dulces perſonant. § Et pari modo locus iſte, &
& iſti quatuor verſus deſumpti uidentur ex apocalypſi : Vbi ſe vidiſſe ſcribit Apoc.14.
Ioannes agnum ſtantem ſuper montem Sion, ideſt triumphantem eccleſiam, &
cum eo centum quadraginta quatuor millia; habentes nomen eius, & no-
men patris eius ſcriptum, in frontibus ſuis; & cantabant quaſi canticum no-
uum ante ſedem, & ante quatuor animalia, & ſenioris, hoc eſt, coram qua-
tuor Euangeliſtis, ac cæteris pręcipuis ſanctis Apoſtolis, nempè, patriarchis,
prophetis, atque præfectis; & nemo poterat dicere canticum, niſi illa centum
quadraginta quatuor millia, qui empti ſunt de terra : Hi ſunt, qui cum mulie- 5
ribus non ſunt coinquinati : Virgines enim ſunt, hi ſequuntur agnum quocum-
que ierit, hoc eſt, quadam ſingulari familiaritate ei adhærent, & quocumque
ſe uerterit, quemcumque viſitauerit, ad quodcumque ſe extenderit, ſpeciali
eum proſequuntur affectu, feruore, atque deſiderio : planum enim eſt cum his
deſcribantur præmia illis indulta ob virginalem munditiam, etiam ſimilia cœle-
ſtis gloriæ munera ipſis aſsignari ſacratiſsimis Virginibus, quæ illis centum qua
draginta quatuor millibus iam aſsignata, & ſcripta ſunt. Vt quibus eadem ſunt
uirtutum inſignia, ac merita; merces quoque eadem deputetur : Quinimmò
per uenerandum illum aſtantium cum agno ſupra montem Sion chorum non
ineptè quis dixerit inſinuari candidiſsimum ſacrarum iubilantium Virginum or-
dinem in cœlo, ob cognationem, affinitatemque uirtutum inter has, & illos,
& cœleſtia præmia inibi expreſſa : Virginalem cętumque maximè decentia.

Et quoniam tibi Domine laudes Virgines perſonant in cęlo; ideò nos hic in
terris, § Te deprecamur largius, Noſtris adauge ſenſibus : Neſcire prorſus om

nia, Corruptionis vulnera. } Quamquam sancta mater ecclesia legat hic } Nostris adauge sensibus. } Quidam tamen legunt, } Largire nostris sensibus: } quod & utrumque rectè stare potest. Hic enim largiri nostris sensibus id muneris, & doni petimus: ut sensus nostri peccatorum plagas corruptrices non sentiant, subodorentve, aut sustineant. Illic verò petimus bonum tamquam iam adeptum adaugeri in mentibus nostris: & certè vtrumque nobis est necessariũ, ut scilicet, indulgeatur pro nobis primum hoc cœleste donum, deinde ut
Nota. indultum adaugeatur. Non enim (ait Sapiens) possumus esse continentes, nisi
Sapiens 8. Deus det: neque perstare, aut proficere in cœpta continentia, nisi eodem largiente ualemus.

In communi virginum ad laudes Hymnus Vigesimus Septimus.

Psal. 23. Sancta mater ecclesia, cum Dauide sancto sponsum Christum regem gloriæ, Dominum fortem, Dominum potentem, & regem uirtutum, simulq; eius potentiæ suæ miracula, & victoriam, quam uincendo in martyribus reportauit semper: canere auidè cupiens. hodiè reducit in memoriam nostram unum miraculum: quod nempe inter cætera potentiæ suæ miracula, etiam in sexu fragili uictoriam martyrij contulerit, & fortes etiam muliéres in martyrio ipse fecerit. Et sic primo Deum laudans incipit: Virginis proles, opifexque matris: Virgo quẽ gessit, peperitque Virgo. Virginis festum canimus trophęum: Acci votum: } & reliqua. In quibus Christus de Virgine natus laudatur, quòd eius dono sancta virgo (in cuius pręconium hymnus iste concinitur) & carnem uicerit per uirginitatis puritatem, & mundum per gloriosum, quod pertulit, martyrium. Ad eundem denique dirigitur supplicatio: Quòd huius sacræ Virginis oratione
1 nobis peccatorum remissionem clementer elargiatur. Hic aduertamus, quòd proles Virginis matris est Christus secundum naturam humanam: nam carnis
Ioan. 1. substantiam uerè ab ea accipit. Vnde Ioan. Et uerbum caro factum est. Et ecclesia cantat: Natus est ex Maria Virgine: De qua Christi incarnatione, ac nati-
Genes. 12. uitate multæ figuræ atque prophetę extant. Nam dicitur in Genesi; Abraam
Prouer. 9. descendit in Aegyptum, ut peregrinaretur ibi, & in lib. Prouerb. Sapientia ædi
Ioan. 1. ficauit sibi donum, & excidit columnas septem. & Ionas ait: Nouum faciet Do
Ioel. 3. minus super terram, fœmina circundabit uirum. & Ioel: stillabunt montes dul-
Num. 17. cedinem: & Num. Virga Aaron floret: Sed de istis dictum est supra lib. 3. in
2 hymno primo. Idem quoque opifex, & factor, est virginis matris secundum diuinam naturam; secundum quam cuncta creauit, fecit, & condidit. Adde, quòd diuina sua uirtute effecit Christus, quod ipsa & mater fieret, & Virgo integra permaneret: secundum quam rationem, opifex etiam Virginis matris dici haudi mmeritò posset. Quod autẽ hic dicitur, quòd Virgo peperit. hoc est supra naturam: supra naturam enim illa sunt, quibus non est simile in natura, nec in potentia; sicut est virginem parere. Præterea si supradicta non tibi ad intelligentiam litteræ sufficiunt: dicas orans Deum, sic; O proles, idest, o fili virginis Mariæ, & o opifex, & creator etiam eiusdem Virginis matris tuæ: quem } te scilicet Virgo Maria portauit in uentre; } quemque & peperit,

perit, & parturijt: quoniam nos,& alterius virginis hodie festum canimus, ac trophæum: ideo accipe votum, & orationem nostram. Vel sic secundum quosdam: accipe votum trophęum, idest, pręconium in testimonium victoriæ,in testimonium huius sanctę Virginis dedicatum. Quare autem huic Virgini laudem demus,& festū eius canamus:subdit sancta mater Ecclesia:quoniam nempe: § Hęc tua virgo duplici beata Sorte,dum gestit fragilem domare corporis nexum Domuit cruentum Corpore sæclum. § Et sensus horum quatuor versuum est:hæc sancta Virgo est beata duplici sorte: quoniam uirginitatis integritatem seruauit,& martyrium passa est: Vnde & duplicem deuicit hostem:vt pote carnem per pudicitiam intactam; & mundum per passionem, & tolerantiam mortis: est ergo duplici corona, siue aureola exornata,scilicet virginali,& martyrij. Præterea illud non prætermittendum censeas, quòd in hoc versu non legendum est,gesit, vt legunt quidam,& perperam,sed gestit. Nam gerere nullum habet significatum huic loco conueniens. Gestire verò interdum est cupere,siue affectare:quæ quidem acceptio hic accomodata est,& congrua. Porrò vbi subdit: § domuit cruentum Corpore sæclum. § sic expone: 3
domuit corpore, nempe suo hæc Virgo sæclum cruentum, idest pollutum, & inquinatum mundum pretioso, & virginum, & martyrum sanguine: Multum enim adamarunt mundi huius tyranni effusionem sanguinis, & virginum, & martyrum. Vel dic,& melius:hęc virgo domuit suo corpore cruento sæclum: vt versus legatur: § domuit cruento corpore sæclum. § Nam cruentum non est conueniens epitheton ad sæclum; licet aliqui pro nomine sæclum legant cętum:& per illum intelligant Dęmonem;qui rectè cruentus dicitur, & crudelis; sed ad corpus aptius accomodatur,vt cruento corpore,idest,cruore perfuso, & sanguinolento domuisse mundum dicatur per martyrij agonem. § Vnde nec mortem, nec amica mortis Sęua pœnarum genera pauescens: Sanguine fuso 4
meruit secretum Scandere cœlum. § Q.d. Vnde,quia domuit fragilem sexū, hoc est,corpus suum, & non fuit pauescens,& timens mortem,nec sęua pœnarum genera; quæ mortis sunt amica;ideò consummato martyrio, euolauit in cœlum. Et sic nota,quòd suppliciorum diuersa genera à tyrrannis illata teneris virginibus,dicuntur amica mortis:quoniam nata sunt ad mortem infligendam, & propemodum disponunt ad mortem,habētque cum ea quandam affinitatem: Quibus enim non infert exitium,& interitum iniectio in ignem,aut bullientem aquam, membrorumve in equuleo distentio: nisi diuina virtus adesset protectrix. Et quia hanc sanctam Virginem, iam ad te traxisti Domine in cœlum, & coronasti,quia legitimè in hoc mūdo certauit;ideo: § Huius obtentu Deus almę nostris Parce iam culpis; vitia remittens: Quò tibi puri resonemus almum Pectoris hymnum. § O ergo alme Deus placatus huius sanctę Virginis prece, & oratione, ignosce culpis nostris, condonans nobis vitia;quo, siue vt, puri, & casti tibi resonemus de puro corde emanantem almum hymnum, & canticum, scilicet. § Gloria patri, genitęque proli: Et tibi compar utriusque semper: § &c.

In Festo dedicationis Ecclesiæ ad vesp. & Matuti. Hymnus Vigesimus Octauus.

1 VRbs beata Hierusalem; ⁋ & reliqua. Sancta mater Ecclesia canit hunc hymnum, quotiescunque agit commemorationem alicuius consecrationis Ecclesiæ, quam solennitatem a temporibus sancti Syluestri: siue Fœlicis Papæ III. (vt videntur innuere lectiones de dedicatione ecclesiæ in repurgato, iussu Pij quinti breuiario, & Durandus, ac etiam Gratianus) omni cultu cærimoniarum celebrauit plebs fidelis, & tempore illo omnes ferè sanctorum memoriæ sub titulo consecrationis ecclesiæ anniuersali celebratione uenerabantur. Verũ,

Dis. 1. c. 1. de consecr.

2 & si apud fideles à predicto tempore talia anniuersalia cęperint in veneratione haberi, non fuit tamen nouum inuentum. Nam in lege naturæ, sub lege scripta, & in l. gratiæ consecrationis festum fuit semper magnæ authoritatis: Iacob enim locum Deo dedicauit, & oleo consecrauit. Tulit siquidem Iacob lapidẽ, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum desuper. Similiter Moyses Domino in exodi vltimo capite præcipiente fecit templum, & sacrauit illud cum mensa, & altari eius, & æreis vasis, & vtensilibus ad diuinum cultũ explendum, & non solum diuinis precibus ea sacrauit, verum etiam sancti

Genes. 28.

Exod. vltimo.

3 olei vnctione Domino iubente liniuit. Item in Euangelio Ioannis fit memoria consecrationis templi: dum dicit. facta sunt encænia in Hierosolymis, id est, festiuitas dedicationis tẽpli. Magna ergo deuotione debent fideles huiusmodi anniuersalia agere. Et vt ad hanc piam religionem seruandam sancta ecclesia

Ioan. 10.

4 fideles inducat: in primis vesperis in auribus ipsarum hunc sacrum hymnum cantat. ⁋ Vrbs beata Hierusalem. ⁋ In quo describitur ciuitas superna Hie-
5 rusalem in regno cœlesti triumphans, & miro decore ornata, atque spirituali fabrica splendide extructa. Et in isto hymno sunt fere tot sacramenta, quot verba, quæ & si res materiales sonant: vt vrbs, lapides, plateę, muri, aurum, portæ, margaritæ, lapides expoliti, artifex, ædificia, sunt nihilminus pulcherrimè transsumpta à rebus spiritualibus ad res sensibus humanis subiectas, vt per talia cognita, quæ multæ æstimationis apud nos sunt, ad incognita spiritualia, quæ per ignorantiam nostram parum æstimamus, ascendere possimus: & illa amare, amando concupiscere, concupiscendo quærere, quærẽdo inuenire, inuenta amplecti, amplectendo per perseuerantiam amplius non
6 ammittere. Consideremus ergo singula uerba: Quæ igitur sit vrbs: ferè omnes sciunt: & si per excellentiam Romam significat, tamen quælibet hominũm congregatio sub vno principe, sub eisdem legibus, & moribus libere concordans, vniti ad inuicem fide, & amore, fossa, & męnibus vallati, vrbs dici potest ab orbe, seu vrno aratri curuatura: quo antiqui iunctis bobus in con-
7 dendis vrbibus sulcum agebant. Et ne hæc descriptio superflua videatur, cum attentione aduertantur positæ vrbis conditiones, & luce clarius cognoscentur hęretici, ab hac vrbe, ita descripta, exclusi. Non enim sunt sub principe: quia eius personam impugnant, nec eisdem tenentur legibus, & moribus: quando, quod illis libet, licet: & si aliquid faciunt, non libere concordant; sed coactè: ne cogniti desertores expellantur: nec inter eos vinus est, quàm amor, & charitas: siquidem ita sunt diuisi; ut quot capita,

tot

tot opiniones de fide: propter quas illorum diuersitates odijs intestinis usque ad mortem se se prosequuntur: tantum abest ab illis, ut se ament, & non solum non habent, nec fossas, nec mœnia, quibus se tutentur; sed repagulis omnibus ablatis, sunt omnibus in direptionem,& quia non crediderunt ueritati, ut salui fierent,traditi sunt in operationem erroris,ut credant mendacium. In hac verò urbe sunt soli catholici, qui gaudent bonis illis positis in urbis descriptione: 8
reguntur enim à Domino nostro Iesu Christo,custodiuntur legibus diuinis, & paternis traditionibus,nullam dantes occasionem in libertatem carnis, per charitatem spiritus sancti; sibi inuicem seruientes,viuunt in confessione eiusdem fidei, se inuicem amantes,sicut illorum princeps Christus Dominus amauit; tuti, & defensi,& fossis humilitatis,& mœnibus Angelicę protectionis. Beata profectò hæc vrbs non est in terra nostra ista, quam habitamus sub concauo orbis Lunę; Nam hic non est,nisi bellum, & afflictio spiritus; tantum abest, ut sit hic beatitudo,quæ nihil aliud est, nisi summa omnium bonorum, ergo vrbs beata de qua loquimur, non est ubi sunt tanta mala; quòd & vates ipse huius cantici compilator addendo nomen ciuitatis,interpretationemque eius ponendo, clarissimè demonstrauit. Subdit enim, § Hierusalem. § Et hoc est nomen ciuitatis beatæ: Vbi aduertere debemus, sicut etiam animaduerterunt omnes 9
scribentes in initio operum suorum: quod in diuinis scripturis est sensus historicus, allegoricus, tropologicus, & anagogicus. Hierusalem igitur aliquando recipit sensum historicum,aliquando allegoricum,aliquando tropologicum, & aliquando anagogicum,ut uideri potest in lectionibus, quæ dicuntur in sabbato sancto,& sic plerumque circa idem diuersi sensus habentur, & de uno ad alium sensum transitur. Et sicut nemo prohibetur, diuersis exceptionibus, uel defensionibus vti l. nemo. ff. de exceptio.& c.auditis extra de præscript. sic etiam diuersis in laudem Dei expositionibus (salua fide) vti permissum est: Hierusalem ergo, ut etiam aduertit glos.literalem, siue historicam,ciuitatem illam esse Palęstinæ; Vbi Dominus noster Iesus Christus passus est, extra illius ciuitatis portam, non latet peritos scripturarum; & ista materialis Hierusalem (quam etiam & peregrini quandoque religionis gratia petunt) fuit ædificata primo in monte Sion,vbi Dauid fabricauit domum, & atrium suum: sed postea fuit ampliata versus partem Aquilonarem in monte Moria per Salomonem,vbi ædificauit templum,& domos nobilium,& sacerdotum:& sic fuit magnificata,& ampliata ad latera Aquilonis,idest ad latera Aquilonaria montis Sion. Per quod figurabatur, ex illa Sion materiali debere incipere ecclesiam ciuitatem regis magni Christi,& magnificari,& ampliari, & dilatari per totum orbem:& sicut illa ciuitas materialis continue quatiebatur ventis Aquilonaribus: eo quòd erat sita ad latera Aquilonis: Ita ecclesia Christi dicitur sita ad latera Aquilonis, & quod multiplicitet fuit afflicta,& flagellata diuersis persecutionibus, & tormentis Iudęorum,& tyrannorum. At allegoricam Hierusalem,militantem ecclesiam significare pari modo sciunt,sed tropologicam,siue moralem,animam esse cuiuslibet 10
fidelis. Non ignorant demum anagogicam Hierusalem regionem illam esse fidelissimam,siue cœlestem illam patriam, quæ dicitur ecclesia triumphans: de qua sanctus Paulus ait; Quæ sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra: Quam ciuitatem sancta nostra mater ecclesia annotauit,& illam vult intelligi; dum interpretatur nomen huius ciuitatis: dicens; § Dicta pacis visio. §

L. nemo ff. de except. c. auditis de præscri. Glos. in c. ieiunium in ultimo Anagogę distin. 77.

Galat. 4.

Sanè Hierusalem interpretatur visio pacis eo, quia componitur ex duobus, scilicet ex nomine salem, quod interpretatur pax, & hiere: quod interpretatur videbitur. Vnde dicunt Hebræi, quod hoc nomen fuit compositum per duos
Genes. 14. sanctos viros. Nam primo Melchisedech, quē dicūt esse Sem filium Noe, uocauit ipsam salem, eo qđ fuit in ea rex & sacerdos, & seruabat in ea iustitiam, ex qua cō sequitur pax; & ideo vocauit eam salem: idest pacificam, in qua obtulit panem, & vinum. Secundam verò partem huius nominis imposuit Abraam: dicunt enim, & est verisimile, ꝙ in eodem monte, ubi nunc est Hierusalem, voluit Abraā sacrificare filium suum Isaac. Sed quia fuit prohibitus ab Angelo, & apparuit ibi aries, hærens vepribus, & sacrificauit, & immolauit ipsum loco ipsius Isaac.
Genes. 22. Ideò uocauit nomen illius loci adonai hiere, idest Dominus uidet. & sic vsque in hodiernum diem dicitur in monte Dominus videbit: & sic ex hoc nomine hiere, & hoc nomine salem, componitur Hierusalem, quod idem est, quod visio pacis, siue in qua Dominus pacificus monstrabitur, uel videbitur: Patet ergo, quòd in ecclesia triumphante uisio est per apertam speculationem pacis ueræ, & per-
12 petuæ: Quæ nullo turbine bellorum interciditur, aut interturbatur. In militari uerò ecclesia uisio est per fidem pacis internæ ad Deum, ad se ipsum, & ad
Psal. 118. proximum; quia ut ait Propheta ad Deum: Pax multa diligentibus legem tuam;
Psal. 121. & non est illis scandalum: sed ad illam cœlestem etiam sæpe suspirans Hierusalem præfactus sanctus Dauid, dicebat, stātes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Vbi pedes, quibus totum geritur corpus, accepit pro affectibus, quibus anima ad omnes suas mouetur operationes: & dum spe ad illam perueniendi dulcissimè afficitur: contemplabatur etiam illius ædificationem, nec illam tacuit: sed statim adiecit. Hierusalem, quæ ædificatur ut ciuitas.

Hoc idem vates etiam noster in isto hymno demonstrat, cum dicit; § Quæ construitur in cœlis Viuis ex lapidibus. § Cœpit aūt hæc sancta ciuitas
13 condi, siue construi primo in Abel: & quotidie vsque ad finem mundi cōstruitur, & quamuis per annos. 1656. ad vniuersale vsq; diluuium, imò vsq; ad aduentū dñi nostri, Iesu Christi ciuitas hæc cęlestis non multum fuit aucta, vidit nihilominus Propheta in spiritu futuro tempore maximè illam augendam fore: nec hoc nobis abscondit, ut non solum homines; sed integrè tribus illuc ascenderēt. Nam dicebat, tanquàm Propheta de futuro per præteritum loquendo. Illuc ascē
Psal. 121. derunt tribus, tribus Domini testimonium Israel ad confitendum nomini dñi, & isti fuerunt sancti martyres uerè testimonium Israel. similiter, & Isaias nō igno
Isai. 54. rans hanc veritatem, dicebat de multitudine in futurum saluandorum: lętare sterilis, quæ non paris, erumpe, & clama, quæ non parturis: qm̄ multi filij desertæ magis, quàm eius, quæ habet uirum. Comparabat.n. paruum numerum ciuium huius vrbis tpe synagogæ cum magno illo numero futuro tēpore ecclesię. Ergo
14 quotidiè hæc cęlestis ciuitas Hierusalem construitur; non quidem ex lateribus, luto, & palea confectis; sed viuis ex lapidibus, & sanctis animabus sanctorū, qui sunt uiui lapides, & in æternum permansuri: dè quibus archiapostolus ait, & ipsi
Pet. 2. tanquam lapides viui superædificamini domos spirituales in sacerdotium sanctū: sed qm̄ ista structura sancta cōstāt fundamēto, Iesu Christo nēpè, qui est tanquā primarius lapis, qui per fidē huic cęlesti ciuitati substernitur, & docuit S. Paulus
1. Cor. 3. dicens: fundamentum aūt nemo potest ponere preter id, quod positum est, quod est Christus Iesus: ac partium ēt sectione, nēpe hominum animabus, & Angelo-

rum

rum tribus hierarchijs, quæ nec in donis naturæ, nec in donis gratiæ sunt pares: demum ornatu cõstat, nempè coronis, & aureolis: nam aureolæ erunt in præmiũ accidentale: sed coronæ aureæ erunt in premium essentiale, nempè Dei cognitio intuitiua. Ideò benè subdit ecclesia de ornamentis dicens; § Et Angelis coronata, Vt sponsata comite. § Q. d. & hæc sancta ciuitas est adornata, scilicet numerosa in Angelicorum spirituum multitudine; sicut sponsa est exornata comite; viroq; suo cõnubialis fęderis socio, ac consorte. Hierusalem ergo Angelis coronata est, idest, cum Angelis comitata effecta est una sponsa. Sed quid sibi vult iste transitus à ciuitate vnius ex lapidibus constructa ad sponsam unam in Angelorum, hominumq; societate, sponsata? sancta scriptura, ut trahat nos ad amorem cęlestium; varijs solet locutionibus vti, & Dominus noster in docendo tales etiam seruauit translationes: Nam aliquando regnum cœlorum thesauro Matth. 13. in agro abscondito simile dicit: aliquando homini quærenti bonas margaritas: & multis similibus vsus est: sic & vates noster in hoc hymno facit, dum gloriam illius patriæ celebrare satagit, modò sub figura ciuitatis, modò ueluti sponsam illam nòbis gratia repræsentat: Vt si non afficimur erga ciuitatem veluti coloni, & conciues: afficiamur saltem erga sponsam comitatam, tam nobili, & Angelica societate. Sed cur uoluit Dominus hanc sanctam Hierusalem Angelis orna- 15 re? certè propter hoc; quia sciebat quantum comites, idest Angeli affecti sint gratia huius sponsalitij erga humanam naturam: & ideo magna est illorum pro nobis sollicitudo, & maximè sunt erga nos affecti. Nam & illis Deus de no- Psal. 91. bis mandauit, ut custodiant nos, scit namque creator noster sapiens, atque omnipotens infirmitatem, ignorantiam, & malitiam nostram nimis magnam esse; ob hoc prouidit nobis angelicam custodiam: ut scilicet per sanctos Angelos abstrahamur ab imminentibus vitijs, à corporalibus quoque periculis; inducamurque ab eisdem ad deplangendum peccata præterita, ad præsentia cognoscenda, denique ad futura cauendum. Deinde excitemur à torpore nostræ negligentiæ ad bona agenda; tandem illuminant etiam corda nostra; & varijs modis nos admonent, terrent, consolantur: inspirant, proteguntque à tentamentis Dęmonum, & illorum reprimunt sæuitiam, ne nos impugnent, & noceant, quantum possent, si permitteretur: O quàm libentissime sancti Angeli hæc omnia faciunt; tam propter diuinum præceptum; cui in cunctis promptissimè parent, quàm propter honorem ipsius Dei: multum enim cupiunt ipsum ab hominibus honorari: & postremò ex sua erga nos charitate, quos sciunt creatos ad Angelicam beatitudinem obtinendam; immo, & tanquàm fratres, conciues, ac socios suos futuros. Hæc omnia sibi præcepta totis viribus peragunt; omnia ista indicare uoluit nostra sancta mater ecclesia in supradictis uerbis.

Transit modò ad aliud, & dicit. § Noua veniens è cœlo: Nuptiali thalamo Præparata, ut sponsata Copuletur Domino. § Profectò noua, scilicet, 16 Dei ciuitas à cęlo uenit (est enim huius ciuitatis rex ipse Deus.) Vnde dicitur, Matth. 18. simile est regnum cęlorum homini regi; est etiam sponsa, quia qui habet sponsam, est sponsus, dicebat sanctissimus præcursor. Item est Dei ecclesia, Hierem. 23. quia promisit Deus, per Hieremiam dicens; congregabo vos de populis, & adunabo uos de terris, in quibus dispersi estis; & sic idem in scripturis significant, videlicet ciuitas, sponsa, & ecclesia. Et vt supra annotauimus, est

in fieri:non dum completa ciuitas;non dum adornata ſponſa;non dum congre-
gata eſt eccleſia,pars triumphat,pars adhuc eſt in caſtris, & ſtipendia facit. De
pernoctantibus modo in caſtris nunc loquitur: de militanti Eccleſia modo eſt
ſermo, contemplabatur enim principium, à quo venit, nempè à cœlo, ideſt, à
Chriſto,qui per euangeliſtam dixit:Ecce noua facio omnia. Nec mirum:nihil
17 enim (teſte ſapiente)nouum ſub ſole,omnia, ex quo peccauit Adam, vetera-
Apoc.21. ſcunt, omnia ruunt:eo quod,qui veteraſcit, & ſeneſcit propè interitum eſt. Vn-
Eccl.1. de Paulus adhortatur nos dicens: Renouamini ſpiritu mentis veſtræ:& indui-
Epheſ.4. te nouũ hominẽ, qui ſecundũ Deũ creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis:
expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis. Idem ſanctus Iſaias di-
cebat;exuite vos,& confundemini,quia nihil turpius veteri homine: quia cum
in honore eſſet,non intellexit:comparatus eſt iumentis inſipientibus, & factus
Iſai.32. eſt ſimilis illis. Debet ergo,vt aquila renouari:Renouabitur(inquit Dauid)vt
Pſal.102. aquilæ iuuentus tua:Videlicet debet alta petere uolare,ſuper nubes,ut vnde ve-
nit illo ſuos inferat volatus:& hanc aliquando ſanctus Ioannes venientem vidit
in ſuis reuelationibus,dum diceret;ego Ioannes vidi ſanctam ciuitatem Hieru-
Apoc.21. ſalem nouam,deſcendentem de cœlo, à Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam
uiro ſuo:hæc ſunt fere verba authoris noſtri: dum dixit: § Noua veniens è cœ-
lo,Nuptiali thalamo,Præparata,vt ſponſata Copuletur Domino: § hoc eſt mi-
litaris Eccleſia eſt à Deo præparata ad cœleſtem nuptialem thalamum, diuerſis
gratijs,ac virtutibus,videlicet ſeptem ſacramentis:tribus theologalibus virtuti-
bus:& quatuor cardinalibus:fructibus ſpiritus ſancti;videlicet,charitate,gaudio
pace,patientia,benignitate,bonitate,longanimitate,manſuetudine,fide modeſtia
Galat.5. continentia,& caſtitate: Deinde pręceptis charitatis Dei,& proximi, eccleſia-
ſticiſque ſanctorum, patrum traditionibus, & exercitijs corporalibus, & ſpiri-
tualibus in operibus miſericordiæ. Demum promiſsionibus varijs pręſentis,
& futuræ vitæ,quibus donis, & gratijs ad beatificam Dei viſionem intuitiuam
militaris Eccleſia aptatur,decoratur,pręparatur,pulcherrimaque efficitur:vt ſci-
licet ſponſata copuletur Domino,hoc eſt vt ſic ornata copuletur cœleſti ſpon-
ſo,quia caput mulieris eſt vir:ſic Eccleſia fulcitur Chriſto; Chriſtus namque &
18 ſponſus Eccleſię & ornamentum,& honor,& gloria eius eſt: Quibus tanquam
veſtita,& ornata,& Deo patri placet, & à peccatis ſe protegit, hoſtibuſque ſuæ
ſalutis reſiſtit. Tranſit nunc ad ciuitatem,de qua incæperat canere. § Plateæ
& muri eius Ex auro puriſsimo. Hęc verba elijciuntur ex apocalypſi ſancti
Apoc.21. Ioannis;dum dicit.& erat ſtructura muri eius ex lapide iaſpide, ipſa verò ciuitas
aurum mundum,ſimile vitro mundo,& fundamenta muri ciuitatis omni lapide
pretioſo ornata,& platęa ciuitatis,aurum mundum,tanquam vitrum pellucidũ.
Vbi eſt aduertendum,quòd ſupra quaſi admirando ſancta Eccleſia exclamaue-
rat: Vrbs beata Hieruſalem,quæ conſtruitur in cœlis: modo quales ſint ipſius
plateę, & muri huius vrbis declarat. Nam pulchritudo noſtræ viſibilis ciuita-
tis conſiſtit in amplis plateis,& altis muris: ſed apud nos non inueniuntur hu-
iuſmodi platęę,vel muri fabricati, nec ex ferro,non ſolum ex auro puriſsimo.
19 Hic enim in mundo non ſplendent corda; ſicut in cœlo:& hic ferè omnia tene-
bris ignorantiæ,& peccatorum offuſcantur;ſed in ciuitate, cuius platęę,& mu-
ri ex auro puriſsimo, ideſt, ex beatorum animabus exiſtunt,non ſunt tenebræ
ibi, non ſunt peccata; quia in omnibus iſtis ſanctis beatorum animabus fer-

uor charitatis fine omni peccati macula dominatur: Nam dum dixit Ioannes, quod illud aurum est simile vitro mundo, hoc sibi voluit; quoniam charitatis feruori adiunctus est præclarissimus sapientiæ splendor;ita quod beati instar vitrorũ sibi mutuo patent, seu cogniti sunt:& sicut vitrum lumine penetratur,sic sancti in patria intus, & foris diuinæ lucis participatione implentur, & cogitationes suas in alterutrum intuentur:ita quod non egent lingua:sicut nec Angeli ad suos exprimendam conceptus. Ad aliam vates huius sanctissimæ ciuitatis pulchritudinem describendam transit. § Portæ nitent margaritis ; Adytis patentibus. } Exprimit hic locus id, quod dixit Ioannes in suis reuelationibus Apoc.21.
& duodecim portæ: duodecim margaritæ sunt per singulas: & singulæ portæ erant ex singulis margaritis:& portæ eius non claudentur per diem; nox enim illic non erit. Idcirco hic dicit adyta illius sanctæ vrbis esse patentia. Est autẽ 20
adytum,idest locus templi penitior, atque secretior: in penetralibus illius constitutus. 21
Cæterum portæ huius cœlestis ciuitatis sunt Patriarchę,Prophetę, & Apostoli. Vnde & de Apostolis inquit Eusebius:Isti sunt duodecim portæ cœlestis Hierusalem:de quibus dicitur, ab orientæ portæ tres, ab occidente portæ tres,à meridie portæ tres, ab Aquilone portæ tres, margaritis, idest,virtutum ornatu,& pretiositate splendentes. Eorum enim exempla, vitam, moresque,fidem,& doctrinam sequentes, cœlestem Hierusalem intrant:& non solũ eos imitando,uerum,& eorum patrocinio(quasi per portas)introducuntur;nisi reluctemur,& ingredi fugiamus. Quare subnectit hic versiculus, quis illam tam splendidam ciuitatem ingredi permittitur.cum inquit: § Et virtute meritorum,Illuc introducitur Omnis:qui ob Christi nomẽ Hoc in mundo premitur. Q.d.qui pro Christo hic pressuris premitur, & angitur, intrabit in cœlestem Hierusalem(Beati enim,qui persecutionem patiuntur propter iustitiam quoniã ipsorum est regnum cœlorum)& hic locus alludit ad illud Domini nostri dictũ dicentis:In mundo pressuram habebitis,sed confidite, ego vici mundum: & ad illum alium locum, arcta est via, quæ ducit ad vitam. Aduertendum est nobis insuper, quod non omnis pressura mundi ad nostram ducit ciuitatem. Non enim pœna facit martyrem;sed causa; Nam & caro, & mundus, & Diabolus suos habent martyres;qui hic pœnas inferni incipiunt;illic nunquam finituras. Propterea nostra mater Ecclesia dixit ob Christi nomen;Non coronabitur ergo nisi qui legitimè pro Christo certauerit:Nemo igitur(præamandi fratres) otiosus,nemo tepidus;quatenus talis,illuc ingreditur. Si ergo delectat magnitudo præmiorum; non deterreat certamen laborum. Qui vult ergo ad hanc ciuitatem tam nobilem,& tam diuitem peruenire, imitetur illum,qui in agone contẽdit. Nam ab omnibus ille se abstinebat;& quidem, vt corruptibilem coronam accipiat citò perituram. Deinde prosequitur, dicens. § Tunsionibus pressuris Expoliti lapides,Suis coaptantur locis Per manus artificis. } More ędificij materialis exprimitur hic quamaptissimè ædificatio ciuitatis sanctæ Hierusala in cœlis,nempe in extruenda domo exciduntur lapides,& sculpuntur:tũduntúrque malleis antequam adaptentur ædificio:Ita animę sanctę accommodandę extructioni cœlestis Hierusalem hoc in mundo tribulationibus,& persecutionibus premuntur,atque contunduntur;vt expolitæ, adornatæque tam sancto operi inserantur. Per multas enim tribulationes (ut ait Paulus) oportet nos venire in regnum cœlorum: & Ioan. in suis reuelationibus ait. Non intrabit

Euseb.in homil. Natalis Apost.

Matt.5.

2.Tim.2.

1.Cor.5.

Act 14.

Apoc.21.

trabit in eam, scilicet, ciuitatem sanctam Hierusalem aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium. Vnde & Salomon quoque ait. Domus autem cum ædificaretur de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata est. Nam malleus, & securis; inquit Grego. & omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur, quia illic dolati, atque perfecti lapides ducimur, ut locis iuxta meritum congruis disponamur. Hic.n.foris tundimur, vt illuc sine reprehensione veniamus: hic malleus, hic securis, hic omnia tunsionum resonant ferramenta: in domo aūt Dei nulli ictus audientur: quia in æterna patria omnis iam percussionis strepitus conticescit: nequaquam ibi malleus percutit: quia nulla animaduersio affligit: nequaquam securis incidit qui receptos interius nulla foris seueritatis sententia proijcit. Sed sequitur cantum suum sancta ecclesia dicens; § Disponuntur permansuri sacris ædificijs. § Disponuntur autem lapides illi permansuri sacris ædificijs: quoniam inde nunquam auellentur, nec dimouebūtur, & per hanc permanentiā in cęlestibus regnis, ubi sacra Dei ædificia, nobis pro regno, & paterna domo præparata, omnem diuinam dispositionem de nobis, dum hic in mortali uita viuimus; libentissimè ferre decet. Postquàm bona promissa talia sunt, quod nec oculus vidit. Hic omittitur magnitudo illius gloriæ pertractanda; iuxta reuelationes sanctis patribus factas, & tantummodo gratias Deo agamus pro dictis: dicentes, orando cum sancta ecclesia. § Gloria, & honor Deo Vsque quo altissimo, § Per omnia, & extra omnia, in se existenti: vni essentialiter, & trino personaliter, patri, & filio, & glorioso consolatori: cui per infinita nunquam numerata sæcula semper & in se à suis creaturis est laus, & nihil impossibile. Amen.

2.Reg.6. Greg. in lib. Mor. 34. c.7.

In festo dedicationis ecclesiæ ad laudes Hymnus Vigesimus Nonus.

CVM supra sancta mater ecclesia in hymno præcedenti descripsit ciuitatem supernam Hierusalem, in regno sanè cęlesti regnantem, & triumphantem; & mirabili quidem decore præparatam, atque spirituali ædificio profectò ædificatam: In presenti modò post præconia, & laudes prædictæ cælestis Hierusalem, intendit ad angulare fundamentum, Christum nempè, se uertere: ut quemadmodum illa cœlestis Hierusalem cum bona voluntate Deum prædicat trinum: Ita ipsa (in terris illius cætus beatarum animarum typum, & figuram gerens, quia sub Christo ipsa quoque militat, Deumque piè, ac religiosè colit) petit orationem suam suppliciter exaudiri à Deo, & sua uota, precesque suscipi: pręsertim cum illa in templo materiali, diuino nomini consecrato quotannis in ipso dedicationis die potissimum conueniat ad venerationem diuinæ maie-
1 statis. Quare sic incipit. § Angularis fundamentum: Lapis Christus missus est: Qui compage parietum In vtroque nectitur: § &c. Palam est, Christum sæpius in sacris literis, ac scripturis, lapidē angularē appellari, ut in psalmo: lapis quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli, & Apostolus ad Ephes. superædificati super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum:

Psal. 117. Ephes. 2.

tarum: ipso summo angulari lapide, Christo Iesu; In quo omnis ædificatio: constructa crescit in templum sanctum. Et hic lapis missus dicitur apud Isaiam, cum ait; Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum in fundamento fundatum. Effectus est ergo Christus angularis lapis: primo in quantum in eo coniunguntur duæ naturæ, humana scilicet, & diuina sub vna persona. Secundo in quantum in eo coniunguntur duę leges, noua scilicet, & vetus. Tertiò in quantum in eo fuerant coniuncti duo populi, Iudaicus scilicet, & gentilis, ut hic dicitur. Nectitur enim iste lapis, & coniungitur per compagem, & coniuncturam, & coniunctionem spiritualem in vtroque parietum: quia iste sanctissimus Christus duos parietes, hoc est, duos populos, Hebręos scilicet, & cæteras nationes ab ijs religione, ac moribus dissidentes in vnum catholicæ ecclesiæ corpus, ac ædificium coniunxit, copulauit, coagmentauitque: quemadmodum Paulus scribens ait; Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum; & sic ex duabus legibus fecit vnam: quia præterijt vmbra, & mansit veritas. Vnde per quandam similitudinem Christus dicitur lapis angularis. Nam sicut lapis unus, & idem existens in angulo coniungit duos parietes; ita persona Christi existẽs vna cõiungit duas naturas in unitate suppositi, & ita vnus Christus cõiungit duos populos, ex duob. faciens unũ sub uno capite. Itẽ sicut lapis angularis existens vnus est finis vnius parietis, & principiũ alterius: Ita Christus fuit finis totius legis veteris; quia oĩa, quę scripta, uel dicta sunt in lege veteri: figurabant, uel ꝓnunciabant Christũ; & oĩa impleta sunt in Christo. Et sic Christus tanquã finis illius legis, cepit circũcisionẽ; & comedit agnum paschalẽ, ut daret finẽ illi legi, & fuit principiũ legis nouę. Quia ut principiũ legis euãgelicæ accipit baptismum; & instituit sacramentum eucharistiæ, ut daret principium legi nouæ. At uerò hunc angularem lapidem sancta militaris ecclesia, hilari profectò accipit animo, ut hic noster demonstrat vates, cum ait; ¶ Quem Sion sancta suscepit: In quo credens permanet. ¶

Isai. 28.

2

Ephes. 2.

Nota.

3 Vbi aduertendum est, quòd Sion dicitur ecclesia in terris militans, quæ per fidem adhuc speculatur Deum, videtque nunc per speculum, & in ænigmate: Sion enim mysticè speculum, siue speculatio interpretatur: hic enim in terris (ut præmisimus) Deum per fidem speculamur, & cognoscimus, & sic super hanc petram angularem ædificata, & firmiter fundata est sancta Sion, hoc est, sancta ecclesia. Palàm est ergo, quòd nomine Sion in sacra scriptura frequenter accipitur ecclesia Christi militans in terris: ut psal. fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Soin: latera Aquilonis, ciuitas regis magni; & rursum. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Demum ipsa Sion credens in Christo, ac in fide sancta, ecclesia permanet stabilis; per oppositum eius, quod dicit Isaias, si non credideritis non permanebitis. Sequitur vates cantum suum: ¶ Omnis illa Deo sacra: Et dilecta ciuitas, Plena modulis, & laude, Et canoro iubilo: Trinum Deum, vnicamque Cum fauore prædicat. Crederem ego hanc sententiam, nempè præauditorum sex versuum ad ecclesiam beatorum potius referri, quàm ad degentium in hoc mundo; quasi hoc sibi velit author: sicut in cœlis te prædicat illa plena modulis, & laude multitudo sancta beatorum; nos ita etiam (quod dicitur in sequentibus versibus) imitantes hanc sanctam beatorum fidelium congregationem coram te preces, & uota uirtutibus sacris plena effun-

Psal. 47.
Psal. 86.

na effundimus: ut tu nobis Domine infundas largam benedictionem: qua paradisum penetrare valeamus, & tetrinum Deum nos quoque cum illis cantare, & prædicare queamus. At siquis de militari Ecclesia vult hos versus recitatos intelligi secundum quosdam, etiam benè intelliget: & hanc

Apoc. 7. cœlestem Ecclesiam, de quà dicimus intelligi, sanctus Ioannes in spiritu sublatus vidit: cum ait: & post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, & clamabant voce magna dicentes; salus Deo nostro, qui sedet super thronum & agno. Benedictio, & claritas, & sapientia; & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen. Itaque omnis illa cœlestis, & triumphans Ecclesia ad honorem quidem Dei sacrata, & dicata, & dilecta, & à Deo amata, modulis (inquam) & cantibus angelicis referta, atque laude, canoreque iubilatorio, & exultatoria exultatione trinum Deũ, scilicet in personis, & vnum in substantia, & essentia, cum omni studio precum prædicat, & canit. Sed de triumphante ad militarem transitum facit ecclesiã, & ait. ⸗ Hoc in templo summe Deus Exoratus adueni: Et clementi bonitate Precum uota suscipe. Largam benedictionem Hic infunde iugiter. ⸗ Cum

4 sancta nostra ecclesia huc vsque vtramque Ecclesiam mysticam dignis celebrauit preconijs: dignum tertio loco erat: ut de templo Dei (cuius materialis templi ædificatio, & constructio insinuat nobis spiritualem fabricam ecclesiæ Christi tum in terris, tum in cœlis) quæ domus orationis est hoc in mundo, oratio haberetur, ac sermo; fit ergo hoc loco ad Deum supplex oratio in illius dedicatione, annuaque dedicationis celebritate, vt suæ maiestatis presentiam, benignitatisque fauorem in spiritu expandat, atque concedat, & supplicum in eo vota, precesque libenter suscipiat. Sic etiam rex Salamon in dedicatione templi

3. Reg. 8. magnificè à se Deo extructi; vtroque genu in terra posito, & sublatis in cœlum manibus deuotam effudit orationem, dicens: Respice ad orationem serui tui, & ad preces eius Domine Deus meus: Audi hymnum, & orationem, quam seruus tuus erat coram te hodie, vt sint oculi tui aperti super domum hanc nocte, & die super domum; de qua dixisti; erit nomen meum ibi, vt exaudias orationem, quam orat in loco isto, & exaudies in loco habitaculi in cœlo, & cum exaudieris, propitius eris: & reliqua, quę magna cum pietate, & animi sinceritate deinceps diffuse prosequitur. Aduerte hic, quòd petimus Deum à nobis exoratum in templo hoc materiali aduenire; & adesse per gratiam, vt infundat omnibus largam eius benedictionem. Sed etiam ò Domine. ⸗ Hic promereantur omnes Petita acquirere: Et adepta possidere Cum sanctis perenniter, Paradisum introire Translati in requiem. ⸗ Amen. Hoc est, in hoc templo ita plebs Christiana mereatur adipisci, & obtinere iustas, & sanctas suas petitiones: & mereatur perpetuo retinere adepta simul cum sanctis, & de labore ad requiem; & de tristitia ad gaudium sempiternum, de maledictione ad benedictionem, de iniquitate ad iustitiam, de tribulatione ad fœlicitatem, & de morte ad vitam æternam mereatur introire. Amen.

De

De Beata Maria Virgine ad matutinum Hymnus Trigesimus.

IGnorat nemo hunc sacrosanctum hymnum in horis ab Ecclesia sancta cani vespertinis: & hoc quidem non sine magna emphasi : quandoquidem quemadmodum vesper, stella illa (inquam) quæ sole iam occiduo prima omniũ ex stellis lucere vesperi conspicitur: in prima nocte lucet, viatoresque, ac mundi huius peregrinos, illuminat : dum in hac misera lachrymarum valle, degunt, & agunt: Ita Virgo Maria, maris, hoc est mundi huius, ac cordium hominum, tanquam fulgentissima, atque splendidissima stella, quæ inquirentes alium ciuitatẽ, cœlestem dico, illuminat, vt quidam enim scribit, Verum quæ patria est nostri, super astra locatur : ijs, qui in tenebris peccatorum sunt atque de nocte (si enim hunc mundum visibilem ad cœlestem conferimus patriam non secus ac tenebrosam noctem esse conspiciemus) spatiantur, ac de ambulant, præsto est: vt illis securum disponat accessum atque tutum iter, quo ad portum eos dirigat salutis, ac vt facilius ad eius filium ipsi penetrare valeant : Vnde sancta mater ecclesia nunquam à vestigijs sui sponsi Christi aberrans : cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, considerans huius sacrosancti hymni virtutem, atque verba : cognouit etiam tempus, atque horam, quo hymnus iste cantari debebat, esse debere in noctis crepusculo, ut stellę spiritualis comparatio ad temporalem atque mundanam facta, melius, atque facilius dignosceretur. Sed aliam rationem huic quæstioni, & sine dubio meliorem affert Vener. Beda dicens. Nam & optimus, ac saluberrimus in sancta Ecclesia mos inoleuit: vt hymnus ipsius quotidie cum psalmodia vespertinę laudis ab omnibus canatur. quatenus ex hoc animos fidelium, & frequenter dominicę incarnationis memoria ad effectum deuotionis accedant, & recogitata sæpius exempla gentricis illius in virtutũ soliditate confirment; & hoc opportune ad Vesperas fieri complacuit, vt videlicet fatigata per diem: & distenta diuersis cogitationibus mens nostra incumbente tempore quietis, ad vnionem se suæ considerationis colligeret, iamque salubriter admonita quicquid superfluum: vel nociuum diurna vagatione denuo precibus ac lachrymis extempore mundaret. Quare sic exorditur, eamque sic salutat; { Aue maris stella, Dei mater alma : Atque semper virgo: Fęlix cœli porta : } & quæ sequuntur. Vbi laudatur sacrosancta Virgo Maria, quod ab Angelo cęlitus misso salutata Dei mater est effecta: deinde rogatur, vt nobis mater nostra ostendens viscera, filium reddat placatum, atque benignum. Sed textum, & literam indagando dicamus, quòd verbum, Aue, hoc in loco habet vim salutationis, & congratulationis, salutationis magis est, quàm deprecationis, & sic talis habeatur sensus, & intelligẽtia, Verè o vnica, & incomparabilis Virgo nunc es sine omni væ, sine omni miseria culpæ, ac pœnæ. Vnde eximius quidam versificator dixit. Fęlix mater aue ; væ facis esse breue. Apparet ergo hic salutationem hanc neque salut s optatiuam, neque benedictionis, neque gratiæ: quia istis sancta Maria Virgo est prædita: sed, vt diximus, congratulationis; lętitiæ, & gaudij esse: ac si diceret author noster sanctus : Regina cœli lætare: vel gaude tu gloriosa: & de hac dictione, Aue, vide quæ supra dixi in hymno sanctorum Innocentium ; qui incipit : { Saluete flores Martyrum. } libro tertio. Clamemus hic

1

Beda in homil. feriæ. 6. 3. dominicæ aduen.

hic & nos ergo cum Gabriele, qui primum locum obtinet inter Angelos. Aue gratia plena, Dominus tecum. Aue gaudij pelagus inexhaustum. Aue vnicum molestiarum leuamen. Aue omnium cordis dolorum medicamentum. Aue sancta Virgo, per quam mors quidem fuit expulsa: vita autem introducta. Post salutationem nominauimus illam esse maris stellam, & bene, quia hæc nuncupatio, qua semper sancta Virgo, stella maris appellatur, alludit ad interpretationem nominis eius (Maria enim stella maris interpretatur, vt refert sanctus Bernardus) Missus est Angelus Gabriel à Deo: loquamur (inquit) pauca, & super hoc nomine Maria: Quod interpretatum maris stella dicitur: Maria enim Hebraice dicitur, stella maris, vel illuminatrix. Latinè ethymologizatur mare magnum: Siriace verò Domina nuncupatur. Ipsa fuit maris stella in filij Dei natiuitate: tunc enim emisit radium in totum mare, idest, totum mundum, illuminantem mare magnum in filij passione: quia tunc ipsius animam pertransijt gladius: sed Domina in sua assumptione: quando super choros Angelorum est exaltata. Bene, inquam, matri Virgini, & valde conuenienter adaptatur, vt stella sit maris. Ipsa namque aptissimè sideri comparatur; quia sicut sine sui corruptione sidus suum emittit radium; sic absque sui læsione Virgo parturit filiũ. Nec sideri radius suam minuit claritatem: Nec Virgini filius suam integritatẽ. Ipsa est igitur nobis illa nobilis stella ex Iacob orta, cuius radius (vt diximus) vniuersum orbem illuminat: cuius splendor & præfulget in supernis, & Inferos penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes, quàm corpora; fouet virtutes, excoquit vitia: Ipsa (inquã) est præclara, & eximia stella super hoc mare magnũ, & spatiosum necessario subleuata, micãs, meritis, illustrãs exemplis. Est etiam stella: quia cum magna esset ad modum stellæ, modica apparebat per humilitatem: Item quia sicut stella de nocte lucet, sic beata Virgo lucet ijs, qui sunt in cæcitate peccatorum: Item quia naufragantes huius mundi ad portum salutis dirigit, & ideò dicitur in scriptura. In me omnis spes vitæ, & virtutis. Item demum, quia ad modum stellæ radios ex se profert, scilicet bonorum exẽplorum; Nam amore solitudinis, erubescentia, modestia sermonis, amore castitatis, humilitate, atque obedientia semper præfulsit. Sed nota, quod locus iste conuenit & dictis viri illius dicentis. § Vergine chiara, e stabile in eterno, Di questo tempestoso mare stella. § Præterea non solum stella maris; sed & Dei mater alma est Virgo Maria. Nam spiritus sanctus obumbrando ventrem Mariæ formauit, & organizauit corpus Christi ex puris sanguinibus eius: & sic patet qualiter ex obumbratione, & opere spiritus sancti Virgo Maria concepit sine semine viri, & sine opere Adam obseruata semper Virginitate absque omni sorde, corruptione, & absque fidei coniugalis iniuria, & læsione, & cum prolis sanctitate facta simul est mater Dei, & fæcunda, & virgo: Mater Dei (inquam) fuit facta naturalis, & carnalis, semper, & ante partum, & in partu, & post partum fuit etiam virgo: In qua nunquam inordinatus aliquis fuit affectus, cogitatus, aut motus. Demum cœli porta etiam esse dicitur: quoniam sicut per Euam fuit obserata, & clausa porta terrestris paradisi, quæ tamen omnino per præuaricationem Adę clausa fuit directè, & consummate: sic per Virginem gloriosam reserata, & aperta dicitur cœli porta; quæ per Christum complete, & propriè dicitur reserata. Et quoniam ò Virgo Maria, tu es illa. § Sumens illud aue: Gabrielis ore. Funda nos in pace Mutans Euę nomen. §

Q.d.ò

Ioan. Damasce. in sermone festi assũpt. beat. Mariæ.

3

Ber. in secunda homil. Euangelij.

Luc. 1.

4

Num. 24.

5

Eccles. 24.

6

7

Q.d.ô Maria Virgo, quæ accepisti illam Angelicam salutationem Gabrielis ab ore, quæ pacem cum humano genere Deum fecisse, & inijsse indicauit (Deum enim, & hominem genuisti) pacem Deus reddidit in se reconcilians iam summis: funda nos etiam in pace: qui in omnibus te sectamur, & fidem profitemur, quam tu professa es coram Angelo, quia tu es illa, mutans Euę nomen, atque conditionem. Cæterum hic omissis quorumdam 8
opinionibus, qui putant mutationem illam nominis Euę in nomen aue esse factam, quia ijsdem literis, sed è diuerso sumptis illę duæ dictiones Eua, & Aue scribuntur: & etiam multis, & varijs, ac arbitrarijs interpretationibus, quæ huiusmodi dantur Euę, & aue: dicamus breuiter (adhærentes ijs, quæ catechismus Romanus sentit de tali mutatione (quod illa mutatio nominis Euæ à Beata Virgine est accipienda secundum conditionem, & sortem ipsius Euæ omnino mutatam in oppositas proprietates per sacram Virginem: Quippe maledictio illa Euæ mutatur per Mariam in benedictionem: Eua dolorem, & mortem nobis intulit. Maria Virgo gaudium, & vitam sempiternam attulit: Eua exilij & expulsionis à regno cœlesti causa fuit: Maria verò reuocationis in antiquam patriam, & introitus in paradisum præbet beneficium; & ita cæterę conditiones imperfectionem arguentes in Eua cõmutatę sunt in oppositas & perfectiones in dies in sacrosancta Virgine: quæ ob eam causam conuenienter, & rationabiliter potest dici mutasse nomen Euæ. Quia ergo ô Maria, mutasti maledictionem Euę & contudisti mortem, & Diabolum, & illum disperdidisti; Ideo modo.

Rom. catec. in art. 3. symboli explicatione.

§ Solue vincla reis: Profer lumen cęcis: Mala nostra pelle: Bona cuncta posce. § 9
Sic orantes Virginem Mariam, dicamus: ô Maria quoniam peccatorum vinculis ligati, & contriti sumus: & quoniam circumplexi sunt nos funes: ob id quod in tenebris diu, & in mentis cæcitate inuoluti fuimus, magisque tenebras, quàm lucem dileximus: Proinde te rogamus, ô Domina nostra; vt dissoluas, relaxes, & omnino auferas à nobis reis talia vitiorum uincula, remissionem, ac gratiæ infusionem nobis impetras à filio tuo: & si huc usque in cæcitate peccatorum ambulauimus: nunc nobis cæcis, fidelibus tamen Christianis tribue lumen: ut viam vitæ: quæ est semita mandatorum Dei, ducens ad æternam vitam: inuenire possimus. Auelle ergo, & pelle omnia à nobis mala culpæ, pœnasque quas pro eis meremur, misericorditer moderare: vt non secundum peccata nostra Deus faciat nobis, & retribuat secundum iniquitates nostras: sed tu nobis bona cuncta, & spiritualia, & temporalia necessaria: & sic bona gratiæ in præsenti, ac dona gloriæ in futuro postula, & posce à filio tuo concedi. Cæterum vbi orantes petimus per Beatam Virginem pelli nostra mala: si quis vellet etiam intelligere mala pœnę haud perperam forte intelligeret. Non enim solum malum culpæ: quod videlicet male agendo contrahitur, cuius modi est furtum, homicidium, adulterium; vel aliud peccatum, atque id verè malum est, separans nos à Deo: sed etiam malum pœnæ per beatam Virginem à nobis tolli cupimus. Quis enim non optat quotidie malum corporis; vel fortunæ à se diuelli? Vt est famę calamitas, contemptus eius personæ paupertas, fames, bellum, ægritudo, & quæcunq, temporalis miseria? Quæ omnia Deus plerumque nobis immittit ob peccata nostra commissa: Vnde ait per Prophetam Deus; Ego dominus creans malum; Et alibi: Non est malum 10
in ciuitatem, quod Deus non faciat. Et in futurum, ô spes nostra: § Monstra

te esse matrem, sumat per te preces: Qui pro nobis natus Tulit esse tuus. } Monstra(inquam)ò Maria te esse, & Dei, & nostram matrem: Dei, ita agendo apud eundem tuum, & Dei natum: quæ vt esses mater eius, fuisti in primo gradu post Christum prædestinata ab æterno: & in libro vitæ scripta: & sic postea mater eius effecta super choros Angelorum in gloria collocari meruisti; & mediatrix inter filium tuum, & omnes homines fieri digna fuisti; Vt te sentiamus ei esse gratissimam, & charissimam matrem, nobis impetrando supradictorum criminum veniam, & remissionem. Nostram vero matrem monstra te esse: & ita age, ac te deprecationem nostram apud tuum filium ita exhibe(non enim infantem suum obliuiscitur mater)vt tuis gloriosis precibus, id est per te, & nostras humiles preces, qui pro nobis natus Deus, & nostram salutem voluit, de Deo formam serui accipiens, & concupiuit esse tuus: sumat & acceptet, illisque semper adsit. Petiuimus huc vsque de nobis tolli scelera, atque peccata: Nunc verò(quasi,quod hanc à Virgine impetrauimus gratiam) postulamus conseruari in humilitate, ad similitudinem suam,& in castitate, atque in perpetua iustitia, ne vnquam labamur, dum in hoc peregrinamur mundo: sed semper planum habeamus iter: vt post huius vitæ cursum omnes Iesum videndo colletemur:. Dicimus ergo. { Virgo singularis. Iter omnes

11 mitis: Nos culpis solutos: Mites fac, & castos. } Si puellę, & uirgines nostri temporis scirent, quàm ardenter Deus amet virginitatem virginum, ac earum singularitatem, virtutesque & pudicitię, & castitatis: earumque mansuetudinem, atque patientientiam, elaborarent vtique in quibus possunt, imitari Virginem Mariam, in virginitate quidem virginem nullam similem habentem: quia virginem Mariam salutans Sedulius, inquit; Nec primam similem visa es, nec habere sequentem: Profectò inuiseret sæpius illas,in illisque habitare dignaretur spiritus sanctus almus, gratiarum largitor optimus: templum ipsę quoque ipsius fierent. Sed quoniam sunt societatum amatrices, parumque pudicæ, modestæ, ac honestæ: immitesque ad omnes parentum suorum affatus, & reprehensiones:. Immo quotidianis delectantur collocutionibus, ac obscęnis nefandisque sermonibus similiter, & continuis congressionibus, ac deambulationibus: transeuntes per platęas, modò gradientes circa angulos propè viam domus illarum: pręparatæ semper ad aspicienda vana,inania, ac parum honesta, garrulę,vagę, & quietis impatientes, non valentes in domo consistere pedibus suis, & nunc, vt diximus, foris, nunc in platęis, nunc circa angulos insidiantes: Hinc est quod sepè numero occurrit illis maritus, qui illis extraneus videtur: quique illas valde perturbare, ac contra illas male agere videtur: & sic in continua sunt militia, miseria, paupertate, ærumna,ac(vt ita dicam) calamitate propter illarum malam antegestam vitam. Propter hoc Paulus ad Timot. scribebat dicens: Adoloscentulas viros suos ament, filios suos diligant,prudentes,castas, sobrias,domus curam habentes,benignas, subditas viris suis. Hodiè igitur à matre earum Virgine Maria discant singularitatem, ament solitudinem, continuent esse pudicæ, & in omni modestia ex-

12 hibeant se mites, obediant parentibus, & seruiant Iesu Christo earum sponso: ne quid deterius illis contingat: sed benè in futurum habeant: & dicant nobiscum hodie, humili, cordeque contrito. O Virgo singularis, quæ mitissima es omnium mulierum: Vnde & merito fuisti digna iudicem ferre sæculi

condi-

conditorem; & fac nos saluas, & casti tui filij merito liberatas ob omni culpa, siue peccato contrario per turpem sermonem, ac per nimis remissam nostram vitam anteactam: & mites fac, & castas: cohibendo nostros prauos mores, & reducendo nos ad vitam honestam, & castam: regendo, ac protegendo omnes sensus corporis nostri: mentesque nostras ad cœlestia erigendo; Vt sibi fixa sint corda nostra: vbi sunt æterna bona. Cæterum illæ dictiones, Virgo singularis, non sunt positæ hic sine magna emphasi: quippè quum hic illa, scilicet Virgo Maria, singularis virgo appellatur, habendo respectum ad quinque prudentes virgines: de quibus Matt. fatur. Inter quas vna, & singularis, imò prima omnium est illa: proindè merito à Francisco de illa sic canebatur. Matt. 25.

> Vergine saggia, & del bel numero vna
> Delle beate vergini prudenti,
> Anzi la prima, & con più chiara lampa.

Et quia ò Virgo es mater castitatis, & puritatis: Idcirco nobis. § Vitam præsta puram: Iter para tutum: Vt videntes Iesum, § Semper collætemur. Quasi dicat hoc loco sancta mater ecclesia ad virginem matrem suam: ò mater puritatis, suauitatis, & castitatis nobis nunc degentibus in hoc mundo, concede, vt vitam viuamus mundam, castam, & omnino sanctam, penitusque à peccatorum putredine, ac contagione semotam: & nobis tale præsta, ac tribue hic iter securum, ac tutum, ut tales fiamus (cum ex hac vita migrabimus) quod nullius culpæ retinaculo, aut habena, vel mole peccati distineamur: quo minus libere, & absolute istinc ad Deum digredi possimus: sed (inquam) tale nobis para iter, vt in eo, scilicet itinere, & præsenti vita videntes Iesum, gaudeamus, dum ei persoluimus laudes: & in futuro plenius eum, ac perfectius intuentes, ac cognoscentes, lætemur, & exultemus cum Domino nostro filio tuo: cuius genitori, idest § Sit salus Deo patri: Summo Christo decus: Spiritui sancto Tribus honor vnus. § Amen. Hic aduerte, quod spiritus sanctus est vnus in essentia: quia Deus spiritus est, & vnus est in persona à patre, filioque procedens, idem exhibetur patri, & filio, & spiritui sancto honor. Vt Deus trinus, & vnus honore trino, & vno, colendus, ac honorandus insinuetur. Hæc dixi, quia multi sunt textus, qui habent trinus honor vnus. Dic ergo sic: Tribus (inquam) personis diuinis modo nominatis vnus sit honor, eadem veneratio, & laus, atque honoratio propter eamdem substantię, & diuinitatis earum excellentiam ęqualem.

In festis Beatæ Mariæ Virginis ad Matutinum Hymnus Trigesimus Primus.

SI nos consideremus quamobrem hymnus iste sanctus in matutinali cantetur officio: certè non erit difficile causam inuenire. Nàm neminem fugit, Dominum nostrum Iesum Christum in media nocte: quando canitur sanctus iste hymnus, esse natum: nempe, quando totus mundus erat in tenebris: Vnde in missa, quæ in illa nocte celebratur, cantatur illa prophetia Isaiæ, Populus gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucē magnā: Et Euangelium legitur sancti Ioannis; vbi dicitur: & lux in tenebris lucet. Cum ergo hymnus iste editionem Isai 9. Ioan. 1.

Domini nostri Iesu Christi in lucem, ac eius natiuitatem contineat, quæ in nocte contigit: Idcirco iure quidem optimo canitur in matutino, & in ipsa nocte. Quare sic demum exorditur sancta ecclasia, & cantat. { Quem

Beatus Greg. Author. terra, pontus, æthera Colunt, adorant, prædicant, Trinam regentem machinam: Claustrum Mariæ baiulat } &c. In quibus eximia sanctissimę Virginis Mariæ dignitas primo commendatur; secundo quòd cęli, & terræ Dominum (cui totus famulatur orbis) ipsa suo gestauerit vtero virginali: Tertio, quod nunciante Angelo, & spiritu sancto in eam superueniente, ipsa filium Dei conceperit, & ipsa Virgo permanens illum in lucem ediderit.

Secunda pars ibi. { Claustrum } &c. Tertia ibi: { Beata cœli } &c. Itaque post sensum literalem huic literæ datum; possumus etiam spiritualiter illam intelligere: per terram enim homines in terris degentes: per pontum, in mari, & in insulis illius habitantes,& per æthera, animę cęlestes, atque beati intelligi possunt. Sed qualiter terra, pontus, & æthera Deum colunt? dic. Primo nempe in iubilo interioris gaudij pro nostra liberatione, & cum uocis expressione, confitendo beneficia. Secundo colunt Deum, siue colimus, & colere debemus, cum cithara fidei trinitatis, & spei, & charitatis, sine quibus mereri non possumus. Tertio colere debemus Deum, & cum psalterio decem præceptorum. Quartò & cum psalterio duodecim chordarum, idest. 12. articulorũ; quia ex fide, & charitate formata operamur, & pręcepta implemus. Quæ omnia

2 quatuor sunt omnibus christianis necessaria, & hæc obiter sint dicta. Venter ergo beatæ Mariæ semper Virginis portat illum, dico, iam notissimum Deum,

Psal. 23. & Dominum fortem, & potentem, Dominum potentem in prælio, qui mortem deuicit, qui infernum confregit, qui Diabolum superauit, ac spoliauit, cui

Matth. 28. & data est omnis potestas in cœlo, & in terra, & quem (inquam) trinam machinam, hoc est, vt supra in hymno ascensionis dicitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, regentem: terra, pontus, æthera, colunt, honorant, adorant, cõ-

3 mendant, prædicant, & annunciant. Vnde etiam circa hunc vltimum uersum ſenti Bernardum. Maria fuit sine pudore fœcunda, sine grauamine grauida, sine dolore puerpera: ibi portauit stella solem, palmes uitem, riuus fontem, filia patrem, creatura, creatorem. Et quidem auditu mirabile est, quòd ineffabilis Deus: & qui nec sermonibus explicari potest; nec cogitationibus comprehendi; patrique per omnia æqualis; per virginis ad nos venit vterum, & fieri ex muliere dignatus est. O res; inquam, mirabilis; quis vnquam existimare posset, ut portaretur manibus fœmineis portator orbis; panis Angelorum aleretur; uirtus cœlorum infirmaretur, & uita omnium moreretur. Sequitur.

Cui Luna, Sol, & omnia,
Deseruiunt per tempora,
Perfusa cœli gratia
Gestant puellæ viscera. }

Theodoretus Prouid. Dei. 1. serm. Q. d. hic sancta Ecclesia, & huic Christo nõ tantũ Luna, quæ Sole est minor; verum & ipse cœlestis lucis fons, & dux, & princeps Sol, qui est reliquorũ luminum, siderũ nẽpe, quę a Sole splẽdorẽ capiũt, moderator; famulat: quinimmò (inquã) nõ solũ Luna, & Sol, cęteraq; alia luminaria, facta quidem per tempora, hoc est, pro temporibus distinguendis; nempe vt sint in signa, & tempora, & dies, & annos: sed & omnia, quæ in cœlo, quę in terra, & quæ in mari viuunt, huius Christi ditioni sunt subiecta. Vnde & Daniel;

Daniel; aſpiciebam, inquit, in viſione noctis: & ecce in nubibus cœli quaſi filius Dan. 7.
hominis veniebat, & vſque ad antiquum dierum peruenit: & dedit ei poteſtatem,
& honorem, & regnum; & omnes populi, tribus, & linguæ ſeruient ei. Vel 4
myſticè dicas ſic: Non ſolum luna, idest non tantum regalis, & imperialis poteſtas; ſed & ſol, ideſt ſed & etiam pontificalis authoritas debet parere huic immẽſo Christo; quaſi dicat non ſolum ſæculares, & laici, ſed & ſacerdotes, & religioſi debent Christo obſequium præſtare. Luna enim eſt totus populus ſimplicium, ſol uerò eſt ſanctiſsimum, & papæ, & cardinalium collegium; à quo lumen ſumunt Christigenæ omnes, & influentiam. Nam ipſi eccleſiæ ſunt cardines, atq; columnæ. Viſcera ergo puellę hoc eſt, beatæ Mariæ Virginis perfuſa, madefacta, rigata, & repleta cœleſti rore, & gratia; humiliter portant illum, cui luna, ſol, & omnia deſeruiunt per tempora: & bene per tempora Deo deſeruiunt omnia.

Cap. ſolite. §. præterea de maio. & obe.

Cap. fraternitatis. diſt. 71.

5
Nam, inquit Chryſoſtomus; cœlum in die lucis ſplendore veſtitur, & ſolis fulgoribus decoratur; in nocte clariſsimo lunæ ſpeculo, & aſtrorum fulgore uario polus ipſe illuſtratur; ut diei, noctiſque viciſsitudine, & numeroſitas temporum dignoſcatur, & poſt diurnum laborem requies miſeris mortalibus præbeatur: tempora alternis vicibus immutantur, frondeſcunt ſyluæ, amęnantur campi, prata vireſcunt, animantia cuncta diuerſis vſibus procreata edunt fætus, parẽt imperio, obſequia ſeruant, ſcatent fontes, amnes fluunt, inſtitutis terminis maria coercentur, Gaudet per hiemem verna temperies, ętatis flagrantia decoquit meſſes, autumni tas temulenta ſuas exhibet vbertates, hieme macerantur imbrib. terræ, ſuiſque inſtitutis cuncta deſeruiunt: ſolus homo Deo non ſeruit. § Beata mater munere: Cuius ſupernus artifex, Mundum pugillo continens, Ventris ſub arca clauſus eſt. §

Chryſoſt. in ſerm. quomodo primus homo toti prælatus ſit creaturæ.

6
Sub cuius ergo matris videlicet arca, circumdatione, & ſecreto ventris, ſupernus artifex, continens mundum pugillo; clauſus eſt. Et hic nota vnum mirabile, quod eſt, Chriſtum paruo pugno totum mundum portare, & regere; ſed non eſt mirum. Nam ſi menſus eſt pugillo (ſecundum Iſaiam) aquas, & cœlos palmo ponderauit, & appendit tribus digitis molem terræ, quanto magis toto pugno, & omnibus digitis amplectetur, & fortiter tenebit. Ipſe enim eſt (inquit Apoſtolus) portans omnia uerbo virtutis ſuæ. Sed priuſquã ad ſequentes verſus tranſeamus, poſſumus iſtis pręſentibus verſibus annectere & ea, quę beatus Gregorius ſcripta reliquit, dum in libro Moralium ſic diſſerit. Egreſſuſque eſt Sathan à facie domini. Quid eſt; inquit ille, quòd ſathan à facie Domini egreſſus dicitur, quomodo enim exitur ab eo, qui ubique eſt, hinc nanque ait: cœlum, & terram ego impleo. Hinc eſt quòd ſapientia illius dicit. Gyrum cęli circuiui ſola. Hinc de eius ſpiritu ſcriptum eſt; ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum. Hinc eſt quòd Dominus dicit iterum. Cęlum mihi ſedes eſt, terra autẽ ſcabellum pedũ meorũ: hinc rurſum de eo ſcriptum eſt: Cœlum metitur palmo; & omnem terram pugillo concludit. Ecce modo vti bene hæc congruunt noſtrę expoſitioni. Cœlum ergo palmo ipſe metiens, & terram concludens, oſtenditur, quòd ipſe ſit circumquaque cunctis rebus, quas creauit exterior. Id namque quod interius concluditur, à concludente exterius continetur. Per ſedem ergo cui pręſidet, intelligitur eſſe interius, ſupraque: per pugillum vero, quo continet, exterius ſubterque ſignatur: Quia enim ipſe manet intra omnia; ipſe extra omnia: ipſe ſuper omnia, ipſe infra omnia. Et ſuperior, eſt per potentiam; & inferior per ſuſtentationem: exterior per magnitudinem.

Iſaiam. 40.

Hebr. 1.

Greg. l. 2. Mor. 12.

dinem. Interior per subtilitatem sursum regens: deorsum continens: extra circumdans: interius penetrans, & reliqua, quæ cum magna deuotione ac sinceritate animi deinceps diffusè sequitur. Sed quamdiu (ad obiectionem modo ipse respondet) Sathan pressus maiestatis potentia appetitum suæ malitiæ exercere non valuit; quasi ante faciem Dei stetit. Sed & non solum Maria Virgo beata est, quia munere diuino effecta est Dei genitrix; verum est, & beata etiam
Isai. 23. propter Angelicam salutationem: cui acquiescens fuit digna parere filium Dei.
Eccle. 24. Vnde prosequitur sancta ecclesia, & de ea cantare pergens ait. § Beata cœli nū-
Sapien. 1. cio: Fœcunda sancto spiritu: Desideratus gentibus, Cuius per aluum fusus est. §
Isai. 66. Hic autem nuncius pro re nunciata, siue annunciatione sumitur, quod & nūcium dicitur: non autem pro ipso nunciante, quasi dicat; es facta beata, ô Maria, annunciatione, & salutatione tibi facta per Angelum: Nam ei credendo; & ei respondendo: Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum: & te-
Luc. 1. metipsam offerendo in obsequium Domini tui: statim & fœcunda (cooperante spiritu sancto) & eo plena facta es. Porrò desideratus gentibus est Domi-
7 Genes. 49. nus noster Iesus Christus, qui simili nomine interdum in sacris literis celebratur, ut in Propheta Iacob de Christo; non auferetur sceptuum de Iuda, nec dux de fenore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.
Agg. 2. In Aggęo similiter dicitur; Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cęlum, & terram, & mare, & aridam: & mouebo omnes gentes, idest, omnes homines, qui boni fient, & veniet desideratus cunctis gentibus. Quare autem hic summus Christus sit, siue fuerit desideratus a cunctis gentibus, ab omnibus hominibus bonis, non autem Iudæis, dico; quoniam iste populus gentilis fuit be-
Genes. 22. nedictus à Deo, ut probatur in Genesi: quando Deus dixit Abraæ. In semine tuo, idest in Christo benedicentur omnes gentes. Hoc idem dictum est ipsi
Genes. 28. Iacob. quando Dominus dixit: terram in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo, & dilataberis ad orientem, & occidentem, & septentrionem, & meridiem, & benedicentur in te, & in semine tuo cunctæ tribus terræ, idest, omnes homines saluandi; vbi ostēditur, qđ per benedictionem, & regenerationem in Christo totus populus gentilis erat futurus filius Israel, & Iacob secundum spem & fidem; & per cōsequens desideraturus Christum futurum. Non venit autem Christus desideratus Iudæis propter duas causas. Prima fuit, quia Christus uenit pauper, & deiectus præter opinionem eorum: Quia ipsi expectabant ipsum venire cum potestate temporali: ut eos temporaliter liberaret de potestate, & subiectione Romanorum, & omnes temporaliter prosperaret: sicut ipsi erant carnales, & temporales, & ideo videntes eum sic pauperem, & deiectum, ipsum contempserunt. Secunda causa fuit; quia eius euangelica doctrina erat contraria morib.
8 & desiderijs, & studio eorum. Nam ipsi quærebant dignitates, & diuitias temporales in hoc mundo: Christus autem prædicabat contra eorum superbiam, & auaritiam, & Simoniam, & vsuram, & suadebat amare cœlestia, & relictis, & contemptis mundanis ponere spem in Deo, & futura beatitudine. Amplius ubi dicitur in hoc versiculo, fusus est: tantumdem signat, atque conceptus ex sanctissimis Marię sanguinibus. Et profectò bene dicit sancta ecclesia, fusus: siquidē sicut quæ effunduntur, citò effluunt, & quasi mox sparguntur: sic egressus, & effusus, atque exitus instantaneus fuit. Nec corporaliter Aisus est à matre: sed natum, & ante se in terra situm beatissima Virgo statim hilari vidit animo; & de-
uotissime,

uotissime, quem genuit, ipsa adorauit, & manibus è terra sustulit, & brachijs strinxit, pannis inuoluit, & in præsepio reclinauit. Itaque omnes nos insimul Christigenæ huic gloriam suppliciter demus, dicentes; § Gloria tibi Domine: Qui natus es de Virgine: Cum patre, & sancto spiritu In sempiterna secula. Amen. §

De Beata Maria Virgine ad laudes Hymnus Trigesimus Secundus.

PARI modo cur in aurora cōcinatur sacrosanctus hic hymnus fortè quęret aliquis: cui respondemus: quòd postquam Christus natus est: tunc homines cęperunt ipsum scire, & lumen quale, quale maius habere: nec amplius in sic (ut prius) tenebroso erant statu. Vnde canitur in missa, quæ in aurora dicitur: lux fulgebit hodie super nos. Quo circa cum hymnus iste commemoret; Virginem Mariam filium suum lactasse, videlicet Christum; ac dicat; ablatum per Euam hoc almo germine Christo reddidisse Mariam: manifestè quidē apparet lucem aduentare. Si enim Eua posuerat nos in tenebris, lux verò orta est hodie; consequens est, ut lumen videre incipiamus: benè igitur sancta mater ecclesia in aurora canit hunc hymnum, scilicet; § O gloriosa domina: Excelsa super sidera; Qui te creauit prouidè Lactasti sacro vbere: § & reliqua. 1
Vbi dicitur quòd Maria virgo auctorem suum virgineo lacte nutriuit.
Secundo loco ipsa similiter laudatur, quòd lapsus humani generis fuerit reparatrix, instauratrix vitæ, cœlique reseratrix: Nunc super omnes cœlos exaltata, gloriosa residet in throno cęlesti. Postremò ad eam fit supplicatio fideliū. Secunda pars ibi: Quod &c. Tertia pars ibi. § Vitam datam: § &c. Instantes ergo circa hunc versiculum, dicimus, quòd profectò Maria Virgo verè est gloriosa domina: quia ei Dominus magna, & tam magna, quàm magna nulli vnquàm alij & fecit, & facturus est: ex ea enim carnem suscepit, & simul cum eo, & cœli, & terræ dominam, & reginam eam constituit: Nam voluit illam exaltari etiam super choros Angelorum, ac fieri excelsam super sidera, ac super omnes cœlos, eiusque iurisdictionis in cœlis participem fecit. Etenim illum, qui creauerat ipsam, ipsa sacro vbere de cœlo pleno, lacte quidem, & virgineo de cęlis sibi præstito sapienter, prudenterque lactauit. O res mirabilis: Quis vnquā existimare posset; ut panis angelorum aleretur; in manibus fœmineis portaretur portator orbis; & virtus cęlorum infirmaretur; & uita omnium moreretur. Et hic locus conuenit illi loco, qui dicitur. 2 Luc. 1.

Vergine pura d ogni parte intiera,
Del tuo parto gentil figliola, & madre.

Credo ergo eā, sibi matrem parauit: Est ergo filia, quoad eius creationem: est uerò mater quantū per modum ipsa lactauit ipsum: & sic, § Quod Eua tristis abstulit Tu reddis almo germine. Intrent ut astra flebiles, Cęli fenestra facta es. § Vbi aduertendū est, ꝙ quamquàm flebile sit secūdum quosdā, qđ fleri dignū est ob miseriam, & calamitatem suam: iuxta illud Boetij, flebilis heu mæstos cogor inire modos: & quamuis (inquam) homines etiam ex lapsu primorum parentum; & propria fragilitate miseri sint; & miserabiles, & digni, ut super

illis lamenta, & luctus, & fletus fundantur, & flebiles rectè dicantur; tamen hoc in loco per fideles ego intelligerem ipsos pęnitentes, & flentes sua peccata. q.d. quod Eua tristis, & misera abstulit a nobis, quod erat æterna vita, & perpetuà beatitudo; Tu ò Virgo Dei sancta, sancto tuo germine, hoc est tuo sancto ven tris tui fructu, Iesu Christo nempe, reddis, & restituis, scilicet paradisum per Euam clausum pandis: vbi est dies æternus, & vnus omnium spiritus, vbi est cer ta securitas, & secura æternitas, & æterna tranquillitas, & tranquilla fœlicitas, & fœlix suauitas, & suauis iucunditas: & cœli fenestra facta es, non tantum, ut edas lucem: uerum, ut per te intrent, siue ingrediantur omnes, qui pœnitentiam egerunt, peccataque sua luxerunt. Vnde nota, quòd locus iste est similis illi loco, qui ait:

O fenestra del ciel lucente, altera
Venne a saluarne in su gl'estremi giorni.

Et non solum ista sancta Virgo cęli fenestra facta est: Immò & ianua alti regis. Vnde subdit; § Tu regis alti ianua; Et porta lucis fulgida: Vitam datam per Virginem Gentes redemptę plaudite. § Et plaudere dicimur; cum alicui pro re bene gesta congratulamur, & lætitiam ostendimus, quasi manuum complosione illam palam indicantes, vt in psalmo dicitur. Omnes gentes plaudi-
Psal.46. 3 te manibus; Iubilate Deo in voce exultationis; Dicamus ergo sic orando. O Gentes redemptæ a Christo Iesu plaudite, & congratulamini vitam per Virginem Mariam esse datam nobis quondam miseris. Vel sic, cum lætitia, & plausu magno, extollite, declarate, atque prædicate vitam nobis datam per Virginem, eo quia ipsa effecta est excelsi regis Dei, habitaculi, & thalami alti, & magni re gis non solum iubilatrix, verum & ianua, hoc est primus ingressus: sed & porta lucis fulgida facta esse etiam dicitur, quia Christus, quando uenit in hunc mun
Ioan.1. dum in eam, & per eam veluti per quandam claram, & lucidam portam ingressus, & egressus est de ea ipse nascens. Vnde legitur:

Vergine bella che di Sol vestita,
Coronata di stelle al sommo Sole,
Piacesti sì, ch in te sua luce ascose, § idest, filium Dei.

§ O Maria mater gratiæ: Mater misericordiæ; Tu nos ab hoste protege, Et
4 hora mortis suscipe. Maria hic dicitur mater gratiæ; vbi aduertendum est secundum Dionysium, quòd ipsa non est mater gratiæ per principalem causalitatem; & auctoritatem. quia effectiua causa gratiæ gratum facientis non est, nisi Deus; sed per priuilegiatam potestatem, impetrandi, & procurandi, ac dandi hanc gratiam per modum mediatricis, ac efficacissimæ aduocatę ratione suę maternæ sublimitatis; qua comparentalis est patri æterno, & mater vera vnigeniti
5 filij eius: quod est dignitas quodammodo infinita. Vnde refert sanctus Bernar-
Bernardus. dus; quia Deus nihil nos vult habere salutis, & gratiæ, quod per manus Mariæ non transeat. Est etiam mater gratiæ, quia præ cæteris sanctis multò frequentius, multoque pluribus, ac copiosius eam impetrat, & transfundit. Et quoniam regnum misericordiæ ei commissum est. Ideo subiungit Ecclesia.

§ Mater misericordiæ § quoniam in se ipsa visceribus pietatis, & misericordiæ affluit, & superabundat: & quantum in ea est promptissima semper est misereri, misericordiam impartiri, indulgere, exaudire, & omnem pietatis effectum vndique exercere, sicque de plenitudine sibi concessa copiosissimè communicare.

Nec

Nec aliquem miserum quantumlibet impium, vitiosum, ac vilem despicit, aut derelinquit; si eam ex corde inuocauerit. Ergo (Romanus inquit Catechismus; ibi: Pro quibus sit orandum) nos exules filij Euæ, qui hanc lacrymarum vallem incolimus, assidue misericordiæ matrem, ac fidelis populi aduocatam inuocare debemus; vt oret pro nobis peccatoribus, ab eaque hac prece opem, & auxilium implorare: cuius & præstantissima merita apud Deum esse, & summam voluntatem iuuandi humanum genus nemo, nisi impiè, & nefariè dubitare potest. Sed ô Maria, tu nos ab hoste, & omni diabolica tentatione protege, & ab omni inuisibili hoste; non, ut penitus non tentemur; quando omnes, qui Deo placuerunt: per multas (inquit Paulus) tentationes transierunt fideles. Protege (inquam) omnes nos Christianos ab omni aduersario nostræ salutis, ut nihil proficiat inimicus talis in nobis, hoc est caro, mundus, & voluntas propria, fomes, aut acies vitiorum. Protege ergo nos o Maria, meritis tuis, ac precibus, uirtutemque ac gratiam resistendi, ac præualendi, uincendique in omni tentatione adipiscendo, ac tribuendo; quatenus Deus sic faciat nobis prouentum, ac triumphum, in tentationibus cunctis, & conterat sathanam velociter sub pedibus nostris: & hora mortis nos suscipe ô Maria virgo; hoc est in hora mortis nostræ tu nos sub alis tuæ maternæ, ac misericordissimæ pietatis, & charitatis, tanto specialius, & incessabilius suscipe, accipe, tene, conserua: Quanto tunc maius extat periculum, maior necessitas, impugnatio grauior, natura debilior. Animas quoque nostras de corporibus egredientes clementissimè suscipe, deduc, indueque, præsenta; & coram eo, quantum fieri poterit, excusa, releua, consolare; nec purgatorio adiudicatis absistas; sed digneris eas iuuare, & perpetuæ damnationis sententiam per te pia mater, & uirgo valeant euadere, & cum electis Dei omnibus ad æterna gaudia fœliciter peruenire. Amen. Ita quilibet viuat in conscientia, ut moriatur in vita. Amen.

Act. 14.

Typo-

TYPOGRAPHVS CANDIDO LECTORI.

VEntum est amice Lector ad calcem elucidationis Ecclesiasticorum hymnorum. Cęterumne tibi mirum videatur, quòd de beata Martina nonnulla subijciantur, quæ nihil ad hymnos faciunt, eius rei causam tibi duxi reddendam. Id profectò non temerè factum est. Nam in authoris ipsius autographo historiam hanc hymnorum expositioni attextam deprehendimus: quod ideo factum ab eo reor, quòd ædi D. Martinæ Romæ fuerit præfectus, vt ipsemet apertè superius in quodam commentario significauit. Videbatur igitur alienum, eum a nobis iri priuatum pietatis suæ fructu. Quare, & hunc commentariolum typis excusimus. Tu pro tuo candore, ac religionis studio fruere labore hoc qualicunque. Vale.

De sancta Martina virgine, & martyre ex vetustis manu scriptis codicibus, quos etiam Ado Treuiren. Episcopus secutus est: sed mutatus est hic stylus per F. Laur.

Martina Virgo, generis nobilitate sublimis, quippe patre consule nata, & multis aucta opibus, fidem Christi ea tempestate constanter professa est, 1 Calendis Ianuarij.
cum Alexander rerum potiretur. Aderat ei seruorum, & ancillarum ampla familia, nec tamen rebus suis ad fastum, aut luxum, ut solent plerique diuites, abusa est: sed dedita operibus misericordiæ, in miseros, & inopes ualdè se benignam, & liberalem præbuit. 2 Genus Martinæ Virg. Accinxit fortitudine lumbos suos, intenta operibus bonis, optimis prædita moribus, mente peruigili semper in acie persistens aduersus insidias rugientis leonis, qui circumit, quærens quem deuoret. Missi autem ab imperatore Vitalis Comes, & Cassius imperatoris cubicularius, & cũ ijs Gauis quidam, Romæ in Ecclesia beatam Martinam alacri vultu Deo preces offerentem offendunt: quam cum apprehendissent, dicunt ei. Dominus Alexander orbis te ueneratur, ut pote Romana nobilitate insignem; iussitque sponte te thura ponere Apollini magno Deo. Respondit illa hilari vultu: ubi me commendauero Deo, & sanctissimo Episcopo, una proficiscemur ad imperatorem. Itaque ingressa templum, Deoque se commendans, absoluta oratione cũ illis profecta est læta, & alacris. Sistitur Alexandro impe. Vbi ad imperatorem uentum est, nunciarunt illi, qui eam adduxerant, stare præ foribus palatis primæ dignitatis christianam fœminam, quæ ultro eius uoluntati parens, nihil recuset sacrificare Dijs immortalibus, & cęteris etiam christianis persuadere uelit, ut similiter faciant. Eo nuncio exhilaratus Alexander iussit eam introduci, aitque ad illam: cum sis animo liberali, & ingenio, accingere ad offerenda Dijs sacrificia, & immola Apollini hostias: ea re ita me tibi deuincies, ut maximos sis a me honores consecutura. At Martina virgo: iube me, inquit, sacrificare semper uiuenti Deo, qui ex nihilo omnia creauit: Vt ita me sacrificante pudefactus, & eneruatus Apollo desinat posthac illudere animis hominum sperantium in Dominum, & Saluatorem nostrum Iesum Christum. Alexandro autem præcipiente, ut in delubrum ingressa Apollini faceret sacrificium, dixit illi; ingredere tu, & sacerdotes Apollinis, & quot quot eius estis cultores, & coram aspicite quàm benignè sanctus, & bonus Deus de manibus meis accipiat sacrificium. Itaque imperator iussit omnes satellites suos, & qui ipsi assistebant ire in templum, & uidere quę fierent a Martina. Illa verò signo Christi se muniens, Deo se commendauit, & cum precandi finẽ fecisset, terrę motus uehemens vrbem cõcussit, Apollinis delubrum partim euertit, simulacrum comminuit, & cum sacerdotibus profanis magnam populi multitudinem extinxit. 3 Adhibentur tormenta. His rebus commotus imperator, & cum prę cordis cęcitate non intelligeret, uirtute diuina ea omnia accidisse, sanctæ Virginis faciem iussit alapis cędi, & vncis ferreis eius palpebras lacerari: instabant nefario operi cruenti carnifices, sed inter cędendum uiribus destituti, clamare cœperunt; Eheu, dum hanc torquemus, nos ipsi multo acrius cruciamur. Videmus enim quatuor

viros

viros splendidos ante illam, qui eam confirmant, & pœnas, quas illi inferre nitimur, in nos potius conuertunt. At verò ira percitus imperator, culpansque carnifices, quòd segnes manus ad torquendum illam adhiberent, minaci, & toruo vultu in eos respiciens, mandauit: vt eam à terra leuarent, & testarum fragmentis cęderent. Tum illa sursum creatis luminibus: Benedictus es, inquit, Domine Iesu Christe, qui gratiam tuam largiris spem suam in te reponentibus. Exaudi me Domine te deprecantem, & præsta mihi tolerantiam, & eos, qui me cruciāt ad te benignus conuerte. Hęc illa orante, atque animo inuictissimo in pęnis perdurante, cœlestis lux eos, à quibus torquebatur circumdedit, (erant autem octo) ruentesque in facies suas obsecrabant sanctam Martinam, vt apud Deum veniā ipsis impetraret eorum, quæ compulsi ei irrogassent supplicia. Quibus illa ait: si conuerti velitis ad Dominum meum Iesum Christum, & credere toto corde, quòd reddet vnicuique secundum opera sua, pręmijs in cœlo repositis perfruemini. Sin verò aliter senseritis, æterna, & horrenda vos tormenta excipient. Illi verò diuina iam illustrati gratia, in Christum se credere testati sunt, atque illicò crudele ministerium execrantes, vna voce Alexando dixerunt; Nos quidem his, qui dicuntur Dij, re vera autem idola sunt; deinceps non seruimus, edocti per beatam Martinam, quæ sit virtus omnipotentis Dei, & filij eius Iesu Christi; in eos autem accensus ualde imperator noluit eos suspendi, & carnes eorum spathis lacerari, & illi quidem dum ijs afficerentur pœnis, nihil loquebantur penitus; sed oculos habebant in cœlum erectos; sed cum diu ita excarnificati essent, gladio in eos iussit animaduerti, ueritus ne alij quoque ab ijs discerent, quæ nostræ sunt religionis. Illi nihil territi, sed Deum orantes, & crucis signum pingētes digitis in frontibus suis, læti ictum carnificis exceperunt die 17. mensis Nouembris: sicque fælicia regna martyres Christo effecti petierunt. Alia die rursus Martina virgo ad sacrificandum Dijs ab Alexandro inuitatur, sed verbis nihil obtinentibus, reditur ad supplicia. Iratus enim imperator iussit eam detractis prius vestibus suspendi, & eius carnes toto corpore incidi: illa interim dum sic affligeretur Deum precante, atque laudante: inde ad quatuor palos distenditur, & à duobus centurionibus fustibus uerberatur, cumque in confessione Christi perseueraret, mutati sunt per uices, qui eam cæderent, septem centuriones. Illa diuinitus roborata, pœnas irrisit, centurionibus imperatorem obsecrantibus, ut ab inferendis martyri supplicijs liceret ipsis desistere, propterea ꝙ se grauiter torqueri, & concremari, viribusque destitui sentirent. At imperator magis, magisque flagellari eam uoluit. Aderat huic spectaculo vir quidam prædiues cumenius nomine, qui imperatori persuasit, ut Christi martyrem præciperet in carcerem retrudi, illic adipe, & pinguedine perungi. Ibat illa in carcerem gaudens, & glorificans Deum, oransque feruenter, & totam noctem hymnis, & laudibus Dei transigens: sunt verò etiam auditæ voces cum ea pariter Deum laudantium virorum. Altera luce producitur è carcere, sistitur rursus Alexandro, iubetur se conferre ad templum Dianæ, & offerre illi sacrificium, nisi male perire uellit, & martyr quidem signum sibi crucis imprimens in Christi nomine in templum intrauit, sed cum preces fudisset ad Dominum, Demonemque in simulacro inde abscedere iussisset, tonitru cum fulgore repente extitit, lapsusque è cœlo ignis idolum Dianæ in fauillam redegit, sacerdotes templi excussit, & templum corruens multos è populo oppressit. Tunc imperator timore correptus tradidit

Marginalia: Conuertuntur ad Christum eius tortores. — Signo crucis se muniunt. — Noua sanctæ Mart. supplicia. — Signum crucis sibi imprimit.

traddit eam cuidam Iustino præfecto,ut impelleret eam ad sacrificandum. Qui mox extendi eam mandauit in conto,& iterum membra eius sphatis incidi. Dixerat enim illi sancta virgo;afflige me quantum vis ; non me adducere poteris , ut Dijs tuis immolem . Circa mamillas etiam vngulis eam attectari voluit crudelis iudex, donec centum, & octodecim ab vncis vulnera accepisset. Sub his vngularum cruciamentis nihil omnino loquebatur, sed oculis in cœlum defixis, Deum mente precabatur, acceptis autem tot vulneribus,cum iam eam expirasse iudex putaret, carnifices ab inferendis vlterius plagis cessare iussit. Sed vbi eam adhuc viuere comperit, ait illi : Vis ne Martina sacrificare, & lucrari ea, quæ etiamnum supersunt tormenta ? aut certè obstinato animo decreuisti manere cum Christo tuo : Respondit illa ; Ego Christum habeo confortantem me, nec sacrifico abhominandis Dijs tuis. Præfectus ijs auditis, præ ira insaniens, præcepit carnificibus, ut eam de conto deponerent, & tanquam præ nimijs doloribus pedibus consistere non valentem, in grabatum impositam ad carcerem deportarent. Illa vero astringens corpus suum, & impellens carnifices, properauit ad carcerem psallens in eo, & glorificans Deum immenso velata lumine. Præfectus autem ad imperatorem abiens iam cenantem, narrauit ei rem gestam, & quam in sua sententia constans, & immobilis Martina perstaret, nec vllis pœnis ab ea se deduci pateretur. Imperator ijs cognitis,bestijs eam mandauit obijci deuorandam. Ducitur igitur in amphiteatrum iussu præfecti Iustini,& præsente imperatore ad bestias damnatur. Ibi tum leo immanissimus dimittitur, ut martyrem deuoraret. Et ille 5
quidem irrugiens accurrit ad illam : At non modo nihil illi molestiæ intulit, sed etiam posita omnino feritate ad eius se pedes abiecit. Itaque sancta virgo prorumpit in laudes Dei, & eũ ardenter orat,ne se sinat ab ipso separari. Porrò leo cum in caueam reduceretur, impetu facto in Eumenium imperatoris cognatum, eum interfecit. Timore itaque percitus Alexander eam iubet in carcerem recipi; quem illa repetijt laudans Deum, & festum illic agens diem. Post biduum imperatore sacrificandi causa templum adeunte, iterum illo iubente, è carcere producitur, & in delubro idolis sacrificium facere compellitur. At illa constanter dixit,fac quod tibi uisum est; Me enim non poteris auellere ab eo,quem mecum habeo,dño Iesu Christo. Rurlus ergo suspenditur,& vn- 6
gulis atrocissimè laceratur,ita ut ad ossa vsq; caro scinderetur,& ad ipsas et ossiũ medullas ferrũ penetraret. Tum uero clamabat præco;confitere Martina Dianã deam, & salua eris. Respondit illa;Christiana sum,Christum Deum confiteor: Iam defecerant, qui eam cruciabant, dissolutis eorum brachijs, & manibus. Alexander uerò eam in ignem conijci voluit, vt periret. Fit ergo ignis copiosus,& martyr in illum iactatur: sed ea orante lapsus inter è cœlo, & concitatus turbo discussit flammam,& incensi sunt, qui illic astabant. Sed hæc omnia non virtuti diuinæ, sed maleficis artibus ascribens imperator, stultissimamque opinione imbutus maleficia in eius capillis hærere existimans, mandat radi pilos capitis eius, parent ministri, radunt caput Virginis. Imperator autem iam rasæ insultat, & tanquam quæ omni sit virtute nudata. Sed cum neque sic eam ad suam posset inflectere voluntatem, in templo Dianæ tribus diebus, & noctibus eam includunt,vbi illa more suo hymnis,& laudibus Dei insistebat,precibusque

Damnatur ad feras.

Vngulis atrocissime discerpitur.

SVMMARIVM CONTENTORVM IN NVMERIS IN TOTO HOC VOLVMINE.

LIBRI PRIMI.

EPITOME PROOEMII.

EPITOME HYMNI Primi.

13 Tro-

20 Mens nostra quando dicatur dormire.
Christus dicitur lux secundum vtramque naturam ibidem.
21. Ordo præposterus quid.
22 Menti prius conuenit concinere, deinde voluntati, demum linguæ & ori.
23 Metonymia, seu transnominatio quid.
24 Metaphora, seu translatio quid.
25 Gloria duplex exterior & interior.

EPITOME HYMNI Quarti.

1 BENEFICIVM primum homini collatum quod.
2 Lux desiderabilis est.
3 Nox aliquando ꝑ diabolo, aliquando pro membris eius, idest, peccatoribus, & iniquis, aliquando pro peccato, aliquando pro præsenti vita sumitur in sacra scriptura.
4 Vmbra pro tempore nequitiæ.
5 Vmbra pro lege veteri.
6 Deus quando misertus sit nobis.

EPITOME HYMNI Quinti.

1 HOMINES plerique somniculosi.
2 Oculi nostri sæpe vana attrahunt.
3 Officium primæ quando sit exoluendum.
4 Septies in die cur Deo laudem dicimus.
5 Dies naturalis habet septem varietates.
6 Psalmus primæ, scilicet Beati, cur sit sexdecim versuum.
7 Psalmus secũdus completorij cur sit sextantum versuum.
8 Septies in die cadit iustus.
9 Sol dicitur sidus lucis.
10 Deum rogare debemus prostrati.
11 Basilij magni dictum.
12 Linguam refrenare debemus.
Lingua mentitur, detrahit, & mordet ibidem.
13 Nulla bestia monstrosior homine, qui lingua abutitur.
Lingua mysticè quid ibidem.
14 Videmus duplici oculo.
15 Pharisęi quibus assimilentur.
16 Vecors quis.
17 Cogitatio mala quid operetur.
18 Ebrietas quid operetur.
19 Venter nimis expletus quid operetur.
20 Abstinentia quid operetur.
21 Spiritus sanctus dicitur cõsolator.

EPITOME HYMNI Sexti.

1 SPIRITVM sanctum nõ omnes inuocant cum fructu.
2 Spiritum sanctum recipere uolentes quid oporteat facere.
Spiritus sanctus multiplex ibidem.
3 Vnum sumitur dupliciter.
4 Spiritus sanctus cur sanctus.
Spiritus vnde dicatur ibidem.
5 Spiritus sanctus à multis geritur, sed non ingeritur.
6 Spiritus sanctus docet nos tria.
7 Confessio triplex est.
8 Amor multiplex.
9 Ignis mysticè quid.
10 Proximi appellatione quid.
11 Orare debemus pro fidelibus, & nfid elibus.

EPITOME HYMNI Septimi.

1 Deus omnia potest.
2 Deus regit, & gubernat omnia.
3 Deus est omnipotens.

4 Deus est verax.
5 Nihil sub sole firmum.
6 Mane,& meridies quid.
Vitæ duæ denominantur per mane,& meridiem ibidem.
7 Multi ignes accendunt ad amorem Dei.
8 Dies nulla re magis affligitur, quàm flammis,& caloribus mundi, & diaboli.
9 Diaboli calliditas quid.
10 Mundus inflammat litibus.
Sacerdotes nō debēt litigare ibid.
Causæ, & lites criminibus creant materiam ibidem.
11 Pax quomodo habēda cum Deo.
12 Pax qūo habenda cum proximo.
13 Pax cum nobis quomodo habēda.

EPITOME HIMNI Octaui.

1 DEVS est tenax vigor rerum, & quomodo.
2 Deus est immotus.
3 Motus triplex.
4 Motus aliàs triplex, & qūo non mouetur, uel mouens deus.
5 Spiritus sanctus quomodo mobilis,& stabilis.
6 Deus omnia sapienter tempora disponit.
7 Vesper bifariam considerari potest.
8 Vesper accipitur pro stella.
9 Vesper mysticè quid ibidem.
10 Denarius diurnus quid.
Præmium vitæ æternæ quale ibidem.

EPITOME HIMNI Noni.

1 DEVS creator optimus lucis est.
2 Creare, facere, & generare differunt inter se.
3 Lux quid.
4 Deus multa creauit,quæ non fecit palam.
5 Deus res cur creauerit.
6 Deus in intellectu fecit omnia.
7 Omne agens agit secundum suam propriam formam.
8 Totum spatium 24. horarum à nobiliori parte dicitur dies.
9 Dies pro quo sumatur.
10 Sapientissimè deus à luce auspicatus est rerum creationem.
11 Deus fecit omnia ad utilitatem hominis.
12 Nemo īpinguatus recalcitret Deo, creatori suo.
13 Quid hic significet chaos, & quomodo tunc oramus exaudiri.
14 Curare cur etiam oportet nos hora uespertina.
Christus venit in hunc mundum hora vespertina ibidem.
15 Apostoli sunt dies, & lux mundi.
16 Ecclesia tota dicitur mundus mysticus.
Doctores sunt stellæ huius mundi ibidem.
Christus est sol huius mundi ibid.
Elementa mundi huius mysticè sunt sacramenta ibidem.
17 Exules a patria multum dolent.
18 Statim abolendæ sunt peccati maculæ per pęnitentiam.

EPITOME HIMNI Decimi.

1 BEATVS vir, qui semper est pauidus.
2 Fœlices qui,& qua hora canendus hic hymnus.
3 Deus est tribus modis causa.
4 Deus triplex causa, & quomodo operetur.
5 Præsul quis dicitur.
6 Cuique homini suus angelus bonus pręsul, & præses datus.

7 Alexan-

7 Alexander Papa ordinauit aquam benedictam in domibus teneri.
8 Somnium quid, & quid phantasma.
9 Phantasmata noctium quæ sint intelligenda.
10 Hostis nostre quis hic significetur.
11 Diabolus tentat nos multis modis ibidem.

SVMMARIVM HIMNORUM secundi libri.

EPITOME HYMNI Primi.

1 Dies fastus quis.
2 Ars clericorum quæ sit.
3 Somnus quid sit.
4. Somnus quandoque torpor inertiæ, seu acediæ.
5 Somnus aliqua reprehensibilia habet.
6 Somnus causa fuit multorum malorum.
7 Domus nostra quæ.
8. Deus dicitur pater noster.
Deus dicitur pater tribus modis ibidem.
9 Deus est alpha, & o mega.
10 Simul ac surgimus est strato mane, deus orandus est, & ante alia opera quærendus.

EPITOME HIMNI Secundi.

1. Hymnus cæteris pulchrior quis.
2 Homo interior quo cibandus.
3 Fides meridiei assimilatur.
4 Filij Dei nomina quinque.
5 Christus fons luminis.
Iubar pro spiritu sancto ibidem.
6 Christus verus sol dicitur, & est, & quare.
7 Iubar stellam quandam corporaliter denotat.
8 Deum cur patrem uocemus.
9 Deus quomodo fecit, creauit, possedit nos.
10 Quot modis deus dicatur pater.
11 Diabolus dicitur inuidus.
12 Mens nostra est instabilis.
13 Homo omnia animantia excedit.
14 Ecclesia est unum corpus mysticum in Christo.
15 Corpus accipitur pro Christo.
16 Prædicatio est cibus mentis.
17 Ebrietas spiritus sancti sobria temperatura.
18 Ebrietas carnis sobria non est, sed fomes vitiorum.
19 Bibere quid sit corporaliter, & myslicè, seu spiritualiter.
20 Dies pro præsenti vita, & peregrinatione hac.
21 Taléta accepta quomodo sint erogãda.
22 Christus mystica est aurora.
23 Filius est totus in patre.

EPITOME HYMNI Tertij.

1 Athenienses ad nihil aliud uacabant, nisi aut audire, aut dicere aliquid noui.
2 Deus est immensus solùm præsentia maiestatis.
3 Longitudo, latitudo. &c. non sunt in Deo propriè.
4 In Deo profundum iustitiæ, quia peccatores damnat.
Deus dissimulat peccata hominũ propter pęnitentiam.
5 Aquæ natura quæ, & quo sint diuisæ aquæ.
6 Aquæ quomodo maneant sursum.
7 Diaboli fraus ad nouos nos trahit casus.

8 Originale peccatum,& fomes fortè dicitur hic error vetus.
9 Fidei opera à deo precamur.
Diabolus quæ subministret ibidem.
10 Diabolus nullius est creaturæ Deus.
11 Fidei christianæ,atque ueræ laudatio.

EPITOME HYMNI Quarti.

1 Ecclesia surgit de nocte ad orandum.
2 Filius Dei dicitur consors paterni luminis duabus de causis.
3 Filius Dei dicitur dies.
4 Dæmonum qualitates.
5 Somnolentia mysticè sumpta.
6 Somnolentia fugienda in diuinis celebrandis.
7 Aues occidi non possunt uolantes.
Otiosus homo tentatur à Diabolo ibidem.

EPITOME HYMNI Quinti.

1 Ales diei nuncius quis.
2 Galli natura quæ.
3 Ales Christum indicat.
4 Christus quomodo nos uocet ad vitam.
5 Christus verus Messias.
6 Christus lignum vitæ.
7 Christus brachiũ, & dextera Dei.
8 Christus unde dicatur.
9 Christos intelligimus sacerdotes, Patriarchas, & Prophetas. At pro Christiano intelligimus episcopos.
Expositio uerborum; Nolite tangere Christos meos,&c. ibidem.
10 Vigilare oportet in orationibus.
11 Vigilare est æquiuocum ad plura.
12 Deus ab omnib. magnificãdus.
13 Diabolus sollicitus est contra corda charitate calentia.
14 Peccati originalis appendices quę.
Appendices peccati originalis quę ibidem.
15 Peccatum originale comparatur ad tria.
16 Peccatum originale quot modis dicitur.
17 Peccatum originale quibus comparetur.
18 Lumen nouum quid.

EPITOME HYMNI Sexti.

1 Durabile non est quod caret alterna requie.
Quod caret alterna requie durabile non est ibidem.
2 Noua placent.
3 Beneficia diuina animos nostros releuant.
4 Præceptum Domini est velut lex naturæ.
5 Anima nostra terræ comparatur.
Anima nostra quibus aliquando egeat medicinis ibid.
6 Animam peccatis aridam quid oporteat facere.
7 Terra quid.
8 Terra quibus sit plena.
9 Terra ut quid facta sit.
10 Gratias agere debemus Deo.
Deus dat escam omni carni ibidem.
Escam omnibus dat affluenter Deus ibidem.
11 Vulnera cordis nostri quæ.
Enumeratio peccatorum cordis ibidem.
Mentis nostræ vulnera ibidem.
12 Dauid lacrymis pascebatur.
13 Peccata operis quæ.
14 Bonum multiplex.

15 Bonorũ alia ſumma, alia media.
16 Mors duplex eſt.
17 Mors, & dormitio quomodo differunt.
Cogitare illicita quid operetur ibidem.
18 Mors quid ſit.
19 Mors pro diabolo.

EPITOME HYMNI Septimi.

1 Spiritus ſanctus gubernat Eccleſiam.
2 Hymnus: rerum creator optime: continet in ſe ſacramẽtum pænitentiæ.
3 Confeſsio peccatorũ ſtatim poſt accepta peccati vulnera fieri debet.
Confeſsio neceſsitate facta eſt velut confeſsio latronum ibidem.
4 Peccatum, & crimen, atq; delictum differunt.
5 Manus tollere debemus cum oramus.
6 Cærimoniæ nos ad deuotionem excitant.
7 Sacerdos omnis in orando extollat manus.
8 Epiſcopus in orando eleuet manus ibidem.
9 Imperator Iuſtinianus in cõpon. leg. eleuauit ad cœlum manus.
10 Petrus confeſſus eſt.
Dauid confeſſus eſt peccatum ſuũ ibidem.
Eua confeſſa eſt ſuum peccatum ibidem.
Adam confeſſus eſt peccatum ſuũ ibidem.
11 Deo nuda ſunt omnia.
Quę peccata occulta & quomodo manifeſtanda ibidem.
12 Pænitentiam citò facere debemus.

EPITOME HYMNI Octaui.

1 Dominus timentium ſe facit voluntatem.
2 Hymnus: Nox, & tenebræ. eſt totus tropicus.
3 Peccata quinque aliud alio grauius.
4 Nox eſt ſolis priuatio.
5 Tenebræ faciem omnium rerum occultant.
6 Solis proprietates.
7 Vnus eſt Deus.
8 Aliud eſt eſſe principaliter, aliud mutabiliter, aliud immutabiliter.
9 Fucus quid.
10 Multa ſunt fucis illita.
11 Opes fallunt nos ſæpe numero.
Dignitates non ſemper bonæ ibidem.
Honores ſępe nos fallunt ibidem.
Bona dicuntur, quia beant ibidẽ.

EPITOME HYMNI Noni.

1 Qui vult mirabilia Dei ſcrutari quid debet facere.
Contemplari volentes mirabilia Dei quid oporteat facere ibidẽ.
2 Docere non debent qui nondum didicerunt.
Indoctus doctum non facit ibidẽ.
Mundus paruus quid myſticè ibidem.
3 Centrum poli quid myſticè.
4 Quarto die Deus cœlum depinxit decoro igne.
Quarto quoque die, ſcilicet pentecoſtes corda Apoſtolroũ fuerũt picta igneo candore hoc eſt ſpiritus ſancti lumine ibidem.
5 Luna ut quid formata.
Lunæ proprietates ibidem.
Luna regina cœli appellatur ibidẽ.

6 Nox hæreticos signat aliquando.
Lumen fideles homines dicit ibidem.
7 Apostoli dant primordijs mensiũ terminum notissimum.
8 Expositio verborum Abachuc, Qui ascendis super equos tuos, &c.
Quadrigæ quid mysticè ibidem.
Equi mysticè quid signent ibidem.
Apostoli in scriptura appellantur equi ibidem.
9 Cor pro anima accipitur.
Ordinẽ seruatũ in condendo mũdo in nobis mysticè seruari rogamus ibidem.
10 Sol quid mystice signet.
Luna quid mysticè denotet ibidẽ.

EPITOME HYMNI Decimi.

1 Deus quærendus dum inueniri potest.
2 Mens humana nunquam quiescit.
3 Mens nostra pro terra accipitur.
4 Nox atra tenebras peccatorum indicat mysticè.
5 Nemo sine peccatis uiuit.
6 Criminis significatione quid.
Episcopum oportet esse sine crimine ibidem.
7 Sine gratia Dei nihil facere possumus.
8 Culpa vnde dicitur,& quare.
Culpa dicitur aliquando peccatũ, aliquando telum,aliquando dolus aliquando spina ibidem.
9 Culpa bifariam mordet conscientiam.
10 Cõpunctio bona, & perfecta quæ.
Quot requirantur ad bonam, & perfectam compunctionem ibid.
Remorsus conscientiæ qui ibidem.
11 Obscura mysticè quid.
12 Deus quomodo quærendus.

EPITOME HYMNI Vndecimi.

1 Lux pro prædicatione Euangelica.
Lux pro diuina gratia ibidem.
2 Diei nomine tota præsens uita denotatur.
3 Noxa quid hic, & quid aliàs significet.
4 Sex sunt quæ odit Deus,& quæ.
5 Lux prima quæ sit intelligenda.

EPITOME HYMNI Duodecimi.

1 Quod factum est à Deo, id haud otiosum.
2 Animalia feria quinta esse cæperũt
3 Animalium motus contrarij sunt nobis.
4 Hominum pars inferno,pars cœlis irrogatur.
5 Pisces quid mysticè
6 Cœlorum aliud æthereum, aliud aereum.
7 Cœlum pro aere sæpè usurpatur.
8 Aqua quid sit.
Aqua irim causat ibidem.
Aqua purgauit mundum, multaq; alia effecit ibidem.
9 Aqua quid hic mysticè.
10 Mors est duplex.
11 Seruus dicitur multis modis.
12 Tumor arrogantium est quadruplex.

EPITOME HYMNI Decimi tertij.

1 Deus semper à nobis laudari debet.
Solẽnia anniuersaria propter quid instituta ibidem.
2 Deus multa fecit in nocte passionis pro nobis.
3 Vnitas quid.

4 Trinitas

4 Trinitas multiplex in scripturis inuenitur.
5 Laudare Deum quomodo debemus.
6 Cantica quæ Deo cantanda.
Laudamus Deum aliter hic in mũdo, aliter laudatur in patria ibidem.
Creaturæ nos excitant ad laudandum Deum ibidem.
7 Psallere ad vitam actiuã pertinet.
8 E lecto surgere spiritualiter quid sit.
Lectus membra nostra signat mysticè ibidem.
Lectus pro vna lege mandatorum accipitur ibidem.
9 Vulnera quæ trahamus ab Adam per peccatum originalem.
10 Homo est promus ad malum quatuor generibus peccatorum.
11 Peccamus quatuor modis.
12 Diaboli fraudulentia multa peccamus.
13 Corpus quid sit, & quid corpus corruptibile.
Corpus significat multa ibidem.
14 Dierum nomine quid hic denotetur potius.

EPITOME HYMNI Decimi quarti.

1 Sol nunquam magis horrendum vidit spectaculum, quam in die passionis Domini.
Tenebræ mysticè quid ibidem.
2 Filio Dei quatuor attribuuntur, & quæ.
3 Filius Dei est æterna cœli gloria.
Filius Dei est spes beata mortaliũ ibidem.
Filius est proles castæ Virginis ibidem.
4 Fides ne sit infructuosa.
5 Dextera significat auxilium dei.
Dextera mysticè quid, nẽpe Christus ibidem.
6 Gratias Deo quantas agere debemus de acceptis beneficijs.
7 Lucifer quid sit secundũ literam.
8 Lucifer spiritualiter quid significet.
9 Christus secundum utramque naturam dicitur lux.
10 Fides earum rerum est, quæ sub aspectum non cadunt. &c.
Fides cur quæsita dicatur ibidẽ.
11 Fides formata, & informis dicitur, & quid utraque.
Fidei proprietas quæ ibidem.
Fides quid & qualis ibidem.
12 Fidei bona quæ sint, & quanta.
13 Fides facit filios Dei, vincit mundum, purgat peccata. &c.
14 Spes quid sit, & spei quæ bona.
15 Melius legitur sęcunda spes, quã secunda.
Charitas nunquam excidit, ac proinde fidei, & spei præstat ibidem.
16 Charitas quid, & quæ bona subministret.

EPITOME HYMNI Quinti decimi.

1 Mundus sine homine erat velut domus sine habitatore.
2 Parum est ius noscere, si personæ, quarum causa constitutum est ignorentur.
3 Adam primus omnium hominum creatus fuit.
4 Deus dicitur plasmator hominis.
5 Creatura rationalis creata fuit, ut summum intelligeret bonum, intelligendo amaret, amando possideret, possidendo beata esset.
6 Homo vbi factus sit, & quo ministerio, & ex quo.
7 Homo ut Græce anthropos sit nominatus.

EPITOME HYMNI Sexti decimi.

tes designat, s. cœlestem, terrestrem, & infernalem.

5 Arma clericorum orationem, lacrymas & suspiria verissimè dici.

Castra clericorum ecclesiæ. ibid.

6 Gemitus contritorum non despicit Deus.

7 Voluptatum carnalium sedes, ac seminarium est in lumbis.

8 Lumbos accingere secundum Gregorium quid sit.

Accingere lumbos secundum Albertum Magnum sex modis contingit ibid.

9 Iecur est locus cupiditatis.

10 Luxuria qũo remouenda à nobis.

Luxuriam tria inducunt ibidem.

Luxuriat raro non bene pasta caro ibidem.

Vitandus est nimius ciborum apparatus ibidem.

Luxuriæ damna quæ ibid.

EPITOME HYMNI Decimi septimi.

1 AVRORA quid, & quomodo describatur.

2 Aurora diuinæ gratiæ quæ.

3 Polus pro intellectu accipitur, & quomodo spargitur ab aurora.

4 Lubricum quid secundũ literam, & quid metaphoricè.

5 Reatus quid, & quòd idem quod culpa, & crimen.

6 Culpa multis modis dr̃, & accipit̃.

7 Mane vltimũ mysticè quid, nempe dies aduẽtus Christi ad vltimum iudicium.

Mane multiplex. ibidem.

8 Dies septimus mũdanę durationis habet mane, sed non vesperam.

EPITOME HYMNI Decimi octaui.

1 VNITAS Deitatis quomodo, & quare vocatur principalis.

2 Sol Christum mysticè signat.

3 Lumen duplex est, scilicet naturale, & spirituale, seu infusum.

4 Lumen naturale quid sit.

Animam nostram esse immortalem, & dependẽtem à primo esse quo lumine cognosci potest. ibi.

Lumen spirituale quid.

5 Lumen speculatiuum quid, & quomodo per ipsum cognoscuntur tria principia naturalia.

7 Leges tres sunt naturales, seu tria principia in genere morũ, & q̃. ibi.

Nullum malum impunitum. Nullum bonũ irremuneratum, unum ex naturalibus principijs.

8 Gentiles habuerunt lumen naturale; sed non supernaturale.

9 Mane accipitur multis modis.

Per omnia sæcula sæculorũ quomodo interpretatur. ibidem.

Sæcula vnde dicantur. ibid.

SVMMARIVM TERTII LIBRI.

EPITOME HYMNI PRIMI.

1 DEVS est cœlorum, & siderũ conditor.

2 Cœli nomine quid veniat.

3 Deus est factor uisibilium, & inuisibilium.

Nomine visibilium, & inuisibiliũ quæ significentur. ibid.

4 Christus dicitur lux.

6 Christus quomodo æterna lux sit.

6 Deus est æternus ibidem.

Aeternũ sumit̃ multis modis. ibid.

Vir est æternus vxori. ibidem.

Lex euangelica est æterna. ibidem.

Sacerdotiũ Christi est æternũ. ibi.

7 Christus qũo sit redemptor oĩum.

8 Genus humanũ ante aduẽtũ Christi erat in triplici miseria cõstitutũ.

9 Miseria multiplex regnabat in populo Iudaico.

Super-

Superstitiones multæ regnabāt in populo Gentili. ibidem.
10 Scribæ qui erant.
Pharisæi qui erant, & vnde dicti ibidem.
11 Christus non solum liberauit fideles ueteris testamenti de limbo inferni, sed etiam liberauit populum gentilem à miserabili seruitute diaboli.
12 Diabolus uocatur mors, & mendacium, sicut Christus uita, & veritas.
13 Hymnus: Conditor alme siderū, cur in vesperis recitetur.
14 Aetates mundi quot, & quæ sint.
Aetas prima quot annos habuit ibidem.
Aetas secunda quamdiu durauit ibidem.
Aetas Tertia ibidem.
Aetas quarta similiter ibidem:
Aetas quinta quàm late se extenderit ibidem.
Aetas sexta quot annos quoq; habuerit ibidem.
Vesper primæ ætatis quis fuit ibi.
Finis quartæ ætatis qui fuit ibidē.
15 Aetas septima quæ erit, quando, quæ bonis, quæ malis, & quomō post eam non erit vulta tempus.
16 Christus quando venerit in mundum per incarnationem.
17 De præpositio multipliciter capitur.
18 Christus cur sexta ætate uenerit
Aetas sexta apta ad quid ibidem.
19 Christus cur non prius quam in sexta ætate uenit.
Homo lege naturali saluari non potuit ibidem.
Homo etiam sub lege scripta cecidit, nec per eam saluari potuit ibidem.
Medicina spiritualis non prodest sine affectu percipientis.

20 Cur non uenit Christus serius, quā in sexta ętate.
21 Incarnationem Christi multæ figurę, & prophetę præcesserunt.
22 Partes mundi totalis, seu totius vniuersi tres sunt.
23 Cælestia quomodo Christo genu flectant.
Terestria quomodo Christo genu flectant ibidem.
Inferna quomodo Christo genuflectant ibidem.
Genua flectentes quid indicamus ibidem.
Basilij magni dictum de genuum flexione.
24 Hagie Græca dictio quid significet.
25 Christus venturus est iudex.
26 Diabolus habet mille nocendi modos.
Diabolus suadet multa mala ibi.

EPITOME HYMNI Secundi.

1 Ecclesia Dei conuenit cum antiquis patribus.
2 Vigilantibus corona promittitur.
3 Filius Dei verbum dicitur supernum.
4 Verbum nunquam reliquit patrē nec ab eo separatum fuit.
5 Pręconium filij Dei, annunciatio de eius aduentu.
Aduentus Domini duplex ibidem
6 Appellari non potest à summi iudicis iudicio.
7 Gladius bis acutus quid mysticè significet in Apocalypsi B. Ioannis.
8 Cordium rimatio quando fiet, cur, de quibus.
Rimari facta pectoris quando ueniet Dominus ibidem.
Rimatio pectoris de quibus erit ibidem.

Rima-

Rimatio pectoris circa quæ uersabitur ibidem.
Redditio rationis in die iudicij circa quæ uersabitur ibidem.
9 Regnum multipliciter capitur.
10 Apostoli sunt principes super omnem terram.
11 Cœlibatus perēnis q̃d hic denotet.
Cælebs quis ibidem.

EPITOME HYMNI Tertij.

1 Ecclesia olim ambulabat in tenebris noctis.
2 Vox clara mystice significat vocem Domini.
Christus est vox clara ibidem.
3 Expositio uerborum Psalmi 28. Vox Domini super aquas ibidem.
Vox Domini super aquas quomodo intelligatur ibidem.
Sacramentum Eucharistiæ est sacramentum magnificum ibidem.
Sacramenta ecclesiæ sunt septem ibidem.
3 Vox clara capitur pro prædicatione euangelica.
4 Vox clara Ioannem Baptista m denotat.
5 Christus dicitur sidus nouum.
6 Tres modi producendi hominem præcesserunt ante Christum.
Christus quartum adinuenit modum hominis producendi ibidē.
7 Nomine debiti quid intelligamus, nempe peccatum.
Omnes in peccatis uiuimus ibidē.
8 Debitum cur sic.
Debitores sumus ex omisso, & cōmisso ibidem.
Debitum peccati multiplex ibidē.
9 Christus dicitur agnus.
Christus agnus obtulit se Deo patri, ut liberaret genus humanum ibidem.
10 Agnus dicitur ab innocentia, & ab agnoscendo.
11 Agnus cur e sursum missus fuerit.
12 Duplex filij Dei aduentus.
13 Cum dictio habet multas significationes, & quas.
14 Mundus accipitur pro hominibus commorantibus in mundo vniuersis, tam bonis, quàm malis.
Mundus accipitur pluribus modis ibidem.

EPITOME HYMNI Quarti.

1 Filius Dei dicitur solus genitus ante principium temporum, & mundi exordium.
2 Deus ubi erat prius quam mundus esset.
3 Præpositio De hoc etiam loco idētitatem substantiæ significat.
4 Christus dicitur, & est lumen, & quare.
5 Christus est splendor patris.
6 Christus dicitur spes perennis, & quomodo.
7 Spes quid sit.
8 Spes multipliciter sumitur.
9 Maria Virgo dicitur illibata.
10 Maria Virgo quomodo dicatur illibata.
11 Christus solus induit naturam humanam & non pater neque spiritus sanctus, proinde solus dicitur uenisse.
12 Christus cur nasci corporaliter, & salus mundi aduenire voluerit.
13 Laudamus alia ratione, uel intentione homines, alia uerò Deum.
14 Mare significat sæculum præsens in sacris literis
15 Sanguis Christi peperit multa bona, & quæ.

16 Hymnis

16 Hymnus quid, quid etiá psalmus.
Canticum quid ibidem.
17 Hymnus nouus significat legem euangelicam.

EPITOME HYMNI Quinti.

1 Hymnus: A solis ortus cardine; est velut epithalamium quoddá: quod Christo nato, tamquàm charo sponso suo cantat ecclesia.
2 Ortus solis quis locus.
Limes terræ quid & ubi.ibid.
3 Deum canere debemus vbique.
4 Cardines terræ sunt poli.
Cardines terræ mysticè quid. ibi.
5 Natiuitas Christi triplex secúdum tres eius naturas.
Christus tres habet naturas. ibi.
6 Missæ tres in natiuitate Domini quid repræsentent;
7 Christus accepit formam serui.
Corpus seruile, quod Christus accepit, corpus humanum.ibid.
8 Christus quinque modis naturam humanam assumpsit.
9 Christus non est natus ex semine virgineo, aut fœmineo.
Christus natus est ex purissimis virginis Mariæ sanguinibus.
10 Homo est téplum spiritus sancti.
11 Qualiter virgo intacta genuit saluatorem multis figuris demonstratur.
12 Prophetæ multi præuiderunt incarnationem Christi, & multi eá præsignarunt.
Alites Deus alit ibidem.
Volatile quid ibid.
Homo moritur corpore, sed viuit anima Deo.ibid.
13 Ales mysticè indicat animas credentium.
Volucres q̃d alias significẽt ibid.
14 Chorus pro multitudine cęlestis exercitus.
15 Angeli canunt deo, gratias agẽtes pro beneficio incarnationis, &c.
16 Pastor omnium Christus est.

EPITOME HYMNI Sexti.

1 Herodis Ascalonitæ affectus pessimi.
2 Herodes præd ctus cur tyrannus anxius nuncupetur;
Tyrannis Herodis omnibus fuit alijs maior ibidem.
Cõsiliũ nõ est cõtra Dominũ ibi.
Sapiẽtia non est contra Dñm ibi.
3 Herodis furor, crudelitas, insania, imprudentia.
4 Ex affectibus, & factis Herodis liquet, quàm acerba sit etiam in hac uita sors iniquorum, etiam si cęco mundo splendidi videatur.
5 Audit, verbũ cur in principio hymni Innocen. fuerit sic positum.
6 Tyrannus vnde dicatur Grecè, & quid significet Latinè.
7 Tyranni multis cognoscuntur modis, & qui sint illi modi.
8 Tyranni cauent sibi, ne sapientes, corũ malitia cognita, instigẽt populum.
9 Tyranni oderũt disciplinam, & sapientiam, ut sibi contrariam.
10 Tyranni congregationes, & spiritualitates non permittunt.
11 Tyranni habent multos exploratores per ciuitates, quia semper de se malè dici credunt.
12 Tyranni fouent in ciuitatibus factiones.
13 Tyranni laborant facere subditos pauperes, ne liceat eis per otium insurgere.
14 Tyranni procurant bella, & mittere bellatores extra regnum, & quare.
15 Tyranni non faciunt sui custodiá

per

per ciues, sed per forenses.
16 Tyranni alteri parti fauet in factionibus, ut alteram fugent.
17 Tyrannus in quo differat, secundum beatum Basilium à vero rege.
18 Pessimæ Herodis nequitiæ nō fuit absimilis illa Pharaonis.
19 Israel interpretatur vir vidēs Deū.
Israel indeclinabile ibid.
20 Iacob habuit duodecim filios, ex quibus duodecim tribus, dictæ ob id tribus Israel.
21 Qui filij Israel secundum carnem, & qui secundum spiritum.
22 Populus Iudaicus falsò dicitur Israel, cum adhuc maneat cæcus.
23 Regia significat aulam, seu palatiū regis.
24 Herodes furens cecidit in laqueū, quem tetendit.
25 Satelles habet varias significationes, & quas.
26 Rachel interpretatur ecclesia, seu fidelis anima.
27 Christus præscius futurorum, secretorum cōscius, cogitationum iudex, & mentium perscrutator.
Laus innocentium sanctorum ibi.
28 Mors sanctorum innocentiū quid designet.

EPITOME HYMNI
Septimi.

1 Affectus pulcherrimi ecclesiæ erga sanctos Innocentes.
2 Sancti Innocentes flores Martyrū nuncupantur.
3 Innocentes martyres sunt vituli nouelli, cornua producentes, & vngulas.
4 Salutationum multa sunt genera, & qualis hæc.
5 Limen propriè quid, & mysticè quomodo sumitur.
6 Victimā quid.
7 Palma quid.
8 Infantes martyres laude facti sunt qui fuerunt imperiti sermone.

EPITOME HYMN
Octaui.

1 Epiphania est dies manifestationis, &c.
2 Herodes plures fuerunt.
Herodes Antypas fecit Ioannem Baptistam decollari ibi.
Herodes Agrippa coniecit in uincula Petrum ibidem.
3 Magi dicuntur hic non diuinatores, aut sortilegi, sed sapientes.
4 Magi capiuntur aliquando pro maleficis.
5 Magorum nomina Baltasar, Melchior, & Gaspar.
6 Christus dicitur lumen gratiæ.
Christus dicitur lumen multiplex ibidem.
Maria dicitur stella maris ibidem.
7 Oblata munera quid declarent.
8 Ad quid aurum, ad quid thus, ad quid myrrha ibidem.
9 Christus dicitur cęlestis agnus.
10 Ioannes Baptista cur in Iordane baptizaret.
Baptismi figura præcessit in transitu filiorum Israel per vada Iordanis ibidem.
11 Christus propter tria voluit baptizari in Iordane.
12 Christus accepit circumcisionem multiplici ratione.
13 Legalia ante passionem Christi viua fuerunt, post passionem mortua, post lucem euangelij sepulta.
14 Lauacrum quid, & unde dicatur.
15 Hydriæ sex quid significent.

EPI-

EPITOME HIMNI Noni.

1 Bethleem est maior omnium magnarum urbium.

2 Ciuitates illustrantur non solum per fundatores, sed ex natalitio hominũ, sapiētia, sanctimonia &c.

3 Bethleem domus panis uocata est.
Bethleem typum gerit Christi, & ecclesiæ ibidem.

4 Miraculum unum magnum recēsetur in hymno isto, quod cum tam magnus sit sol uincitur splēdore à stella visa Magis.
Sol est octies uel decies maior terra ibidem.

5 Stella visa à Magis differt ab alijs multipliciter, & quibus modis.

6 Thus mysticè quid.
Aurum mysticè quid ibidem.
Myrrha mysticè quid ibidem.

7 Myrrha uarie usurpatur.
Myrrha prima quæ ibidem.
Mirrha secunda ibidem.

8 Passio Christi dicitur myrra prima, & electa.
Christus dicitur myrrha prima, & quare ibidem.

EPITOME HIMNI Decimi.

1 Oratio est bona cum ieiunio.
Orationes pię ascēdūt ad Deū ibi.
Eleemosynæ ascendunt ad Deum ibidem.

2 Christiano cuilibet quid agendũ sit in quadragesima.

3 Quadragenarius numerus quid denotet.

4 Deus orationibus pijs placatur.
Eleemosyna offensiones hominũ redimimus ibidem.
Ieiunio proprias vitæ sordes eluimus ibidem:

5 Deus est & verè dicitur scrutator cordium.

6 Gregorij magni dictum.

7 Homo se accusare debet de peccatis suis ibidem.

8 Ecclesia Dei non potest errare, nec obliuisci suæ salutis.

9 Adam quando confessus sit, & quã do ueniam obtinuit.
Cain confessus est, sed sine spe ueniæ ibidem.
Esau confessus est, sed sine spe veniæ ibidem.
Iudas confessus est, sed sine spe veniæ ibidem.
Dauid confessus est, & pepercit ei Deus ibidem.

9 Abstinentia uitia sunt extinguenda, non caro.
Gregorij magni dictum ibidem.

10 Abstinentia est triplex, & qualis vnaquæq; secundum Rainerium de Pisis.

11 Abstinentia Adam reuocatus est ad Paradisum, Ambrosij dictum.
Ieiunare quomodo debemus ibid.

12 Mens nostra comessationibus, & epulationibus crebris deprimitur, ac degrauatur.

13 Conteri corpus nostrũ per abstinentiã, quomodo sit intelligēdũ.

14 Corpus potest signare plura vitia in eo sita.
Peccata capitalia septem in corpore nostro ibidem.
Superbia est in capite ibidem.
Auaritia est in manibus nostris ibi.
Acidia est in pedibus ibidem.
Gula in ventre ibidem.
Luxuria in renibus ibidem.
Inuidia est in oculis ibidem.
Ira sanguis circa cor accensus ibi.

EPI-

EPITOME HYMNI Vndecimi.

1 Ecclesia inhæret vestigi js sanctorum patrum.
Ecclesia imitatur actiones sui spōsi Christi ibidem.
2 Mysticum idem quod arcanum, seu figuratum.
3 Numerus quadragenarius qnomodo resaltet, & quid signet.
Quaternarius numerus designat Euangelij obseruationem ibidē.
Denus circulus decem decalogi præcepta indicat ibidem.
4 Lex Moysen denotat, prophetę Eliam per antonomasiam.
Antonomasia quid ibidem.
5 Moyses ieiunauit quadragīta diebus
Elias ieiunauit quadraginta diebus ibidem.
Ieiunium Moysi,& eliæ fuit figura ieiunij Christi ibidem.
Moyses & elias ieiunantes 40.diebus figurarunt ieiuniū Christi, qui 40.diebus,& noctibus ieiunauit ibidem.
6 Lex uetus quæ, & cur sic dicitur & quomodo differt à noua.
Lex Christi noua ibidem.
Lex Christi, lex libertatis ibidem.
7 Lex Moysi mortua est simul cum Christo.
Lex vetus mortua est quo ad literam ibidem.
Lex vetus non est mortua quo ad spiritum ibidem.
Lege mortua surrexit ueritas ibid.
Lex euangelica est veritas,& spiritus,& anima,& vita legis Moysi ibi.
Lex Moysi dicta est sepulcrum, in quo erat sepultum euangelium.
Lex Moysi,& vetus dicitur venter, & vterus in quo Christus latebat.
8 Lex Moysi, & lex Christi differunt quo ad dationis modum.
Lex uetus cum grandi comminatione data ibidem.
Lex Christi data est per modum consilij ibidem.
9 Lex euangelica in quatuor cōsistit.
10 Prophetarum alij maiores, alij minores.
Prophetæ maiores qui ibidem.
Prophetę sexdecim quid figurent ibidem.
Artificiatum pro artifice, & e contra ponitur.
Lex pro legis latore ibidem.
11 Moyses ieiunauit pro recipienda lege veteri.
12 Ieiunandum etiam nobis,ut legislatorē nouū,&c.& gratiā spiritus sancti recipiamus in paschate.
Iosaphat pugnaturus contra hostes ieiunauit ibidem.
Hester pro Iudæis cum ancillis suis ieiunauit ibidem.
Niniuitę saccis operti ieiunarunt ibidem.
Ieiunium ciuium Sypontinorum ibidem.
13 Christus nō ieiunauit,quòd esset inferior Moyse,& Elia: sed ut numerum quadragenarium commendaret.
14 Quadraginta diebus sæuijt ira Dei in diluuio.
Quadraginta annis filij Israel commederunt manna in deserto ibidem.
Quadraginta annis offensus Deus illi generationi ibidem.
Quadraginta militum martyrum fides enituit ibidem.
Quadraginta dies apparuit Iesus discipulis ibidem.
15 Christus est rex omnium.
16 Christus est factor temporum multiplici ratione.
17 Hiems est humida, & frigida.
Ver quid ibidem.
Æstas calida,& sicca ibidem.

Autumnus

EPITOME HYMNI Duodecimi.

8 Diem resurrectionis Domini præconizat multum Maximus episcopus.
Expositio verborum Psalmi. Hæc dies quam fecit Dominus &c. ibi.
Laus magna diei resurrectionis ibi.
9 Idololatria damnatur ab ecclesia.
Vsus artis magicæ & superstitiones damnantur ibidem.
10 Gentiles adorabant Solem, & Lunam, & stellas.
11 Cãticum nouum quid intelligatur.

EPITOME HIMNI Tertij decimi.

1 HVMANVM genus opprimitur multis tenebris.
2 Amorem erga creatorem nostrũ habere tenemur.
Fidem erga redemptorem habere tenemur. ibidem.
Spem habere debemus erga promissa nobis facta ibidem.
Charitatem habere tenemur erga proximum ibidem.
3 Dolorem de peccatis nostris habere tenemur, & pro illis satisfacere.
4 Preces quid.
5 Orationes quid.
Gratiarum actiones quid ibidem.
Supplicationes quid ibidem.
Postulationes quid ibidem.
6 Vultus serenus verbum Dei denotat.
7 Lampades corda humana signant metaphoricè.
8 Lumen Christum indicat. ibidem.
Tenebrę mentis cęcitatẽ minuunt.
9 Periculum vbi magis est, ibi magis est consulendum.
10 Peccatum habet multa nomina, & quæ.
11 Vincula peccata denotant, seu culpas.
Vincula vt soluantur ibidem.
12 Brachium quid mysticè.
13 Christus cur lux vera dicatur.
14 Christus est ipsa bonitas, & quid sit bonum.
15 Non est homo iustus, qui faciat bonum, & non peccet.
16 Expositio verborum Psalmi; Dedit dona hominibus.
17 Christus quomodo uita dicatur.
18 Deus est vbique quomodo, & vbi magis proprie.
19 Christus est gaudium mundi idest credentium.
20 Filius Dei est pietas tam magna, &c. vt sit immensa.
21 Amor multiplex est, & qui sint amores.
22 Lumen pro fide accipitur.
23 Lumen pro fide acceptum dupliciter peruenit ad nos.
24 Charitas augeri potest, non autem minui.
25 Amor, & dilectio & caritas differunt.
Charitas, amor, & dilectio unde dicantur ibidem.
26 Charitas multis rebus assimilatur.
27 Charitas differt ab alijs duabus virtutibus theologalibus.
28 Dolorem de peccatis non solum intrinsecus habere sed & extrinsecus ostendere debemus.
Christus lacrymatus est pro morte Lazari ibidem.
29 Framea quid significet.
30 Sathan idem designat, quod aduersarius, & pro quo sumitur.
31 Sedes Christi quæ secundum humanitatem.
32 Gloria Dei duplex est.
Gloria Dei, quam habet ab ęterno in se ipso non fuit augmẽtata per aduentum Christi ibidem.
Gloria Dei prima est idem cum diuina essentia ibidem.

EPITOME HYMNI
Quarti decimi.

1 VNVM mirabile reperitur in quatuor primis verſibus hymni.
2 Homines Deus redemit,& Angelos reparauit per crucis myſterium.
3 Vexilla ſunt inſignia militaria principium,uel regum.
4 Vexilla paſsionis Chriſti quæ.
5 Crucis myſterium ſacrificium altaris intelligi poteſt.
6 Myſterium quid ſit, & dicatur ſecundum beatum Gregorium.
Sacramenta dicuntur myſteria, & quare ibidem.
7 Caro capitur in ſcriptura ſacra pluribus modis.
8 Patibulum quid ſignificet.
9 Sanguis, & aqua ſimul emanarunt à latere Chriſti;& quare.
10 Expoſitio uerborum Pſalmi; Dominus regnauit à ligno.
11 Purpura quid ſignet.
12 Arbor fidem denotat ſecundum Euſebium.
13 Crux inſtrumentaliter operata eſt beatitudinem hominis.inde beata crux dicitur.
14 Pretium ſæcli denotat Chriſti ſanguinem.
Vna gutta Deifici ſanguinis fuſa ſuffeciſſet ad redemptionem totius generis humani,ſi ſic deo placuiſſet ibidem.
15 Arbor metaphoricè dicitur ſtatera corporis Chriſti, & quare.
16 Aquilæ comparatio ſaluatori noſtro per omnia conuenit.
17 Paſsionis Chriſti multa bona extant,& quæ.
18 Iuſtitia quid ſit.
Iuſtitia eſt duplex ibidem.
19 Septẽ vitia capitalia paſsione Chriſti curantur,& quomodo.
20 Omnis ſpiritus quid deſignet.
21 Laudare Deum quomodo intelligantur creaturę irrationales, ut aqua,mare, uenti,lapis, & huiuſmodi,
22 Omnia laudauerunt Deum, quando dederunt ſignum natiuitatis Chriſti.

EPITOME HYMNI
Quinti decimi.

1 Prælium quid, & unde dicatur.
2 Triumphus quid.
3 Protoplaſtus primus homo,& unde ſic dicitur.
4 Moritur homo multipliciter.
Adam ruit in mortem iuxta ſecundum mortis genus ibidem.
5 Lignum notat virum iniuſtum,ſcilicet Adam,
Lignum capitur tribus modis ibi.
6 Adam attulit nobis multa damna, & quæ.
Pomi lignum damna multa nobis attulit ibidem.
Genus humanum tria damna ex peccato primorum parentum incurrit ibidem.
7 Chriſtus paſsione ſua nos redemit: reſurrectione ſua nobis recuperauit immortalitatem, at aſcenſione eius in cœlum ab exilio nos reuocauit,& in patriam priſtinam reduxit.
8 Homo cecidit Diabolo deſtinante: ſerpente exequente, dialogo interueniente.
Homo reparatus eſt Deo deſtinante:Angelo exequente; virgine cõſentiente ibidem.
Nihil eſt tàm naturale,quam eodẽ genere quodq; diſſoluere, quo colligatum eſt ibidem.
9 Chriſtus dicitur ars patris, & quare.

Ars

Ars Christi quæ ibidem.
10 Christus accepit medicinam pro nobis.
11 Plenitudo tẽporis quando fuerit.
12 Christus cur incarnari voluerit.
13 Præsepe quid mysticè.
Cur Christus in præsepio reclinatus ibidem.
Stabulum mysticè sumptum quid ibidem.
14 Membra sunt multiplicia, & quid per membra.
15 Fascia quid.
16 Honoris, & laudis differentia, & quomodo Deo competunt.

EPITOME HIMNI Sexti decimi.

1 Lustrum quid sit secundum Gulielmum.
2 Christus est agnus missus à Deo, vt hostia acceptissima, immolandus.
3 Fel Domino porrectum quid.
4 Arundo, in qua spongia exhibenda Christo quid.
Arundinẽ Iudęi quare darẽt Christus ibidem.
Arundo significat regnum Iudęorum fragile, & vacuum ibidem.
5 Clauis tribus cur Christus fuit cõclauatus.
6 Claui prædicti sunt Romæ in ecclesia sanctę crucis in Hierusalem.
Denarius vnus, quo appreciatus Christus fuit est in ecclesia sanctæ crucis in Hierusalem ibidem
7 Lancea mysticè quid significet.
8. Corona spinea quid.
9 Terra naturam hominum infatuatam, & putrefactam à peccatis denotat.
10 Crux fidelis dicitur sublimior, & fructuosior alijs arboribus.
11 Crux multas affert vtilitates, & quas
12 Crux comparatur multis rebus.
13 Lignum dulce cur dicatur crux.
14 Cedrus ubi nascitur.
15 Per prosopopęiam dirigitur sermo ad crucem.
16 Crux nauta dicitur per metaphoram, & quare.
17 Christus sex uicibus fudit sanguinem secundum Albertũ, & quid per eas significetur.

EPITOME HIMNI Septimi decimi.

1 Christus agnus multum differt ab agno ueteris testamenti.
2 Baptismum figurat transitus maris rubri.
Aegyptus ponitur pro regione peccati ibidem.
3 Cœna Christi vltima fuit ex septẽ decorata.
4 Cœnas quatuor fecit Christus: & quas.
5 Prouidi ad Christi cœnã ire debemus, quomodo intelligatur.
6 Homo qui habuerit maculã: qui fuerit cęcus: claudus, qui fuerit torto naso: fracto pede: si lippus: albuginem habens in oculo: si, lepra habuerit, scabiem, si impetiginem in corpore, vel fuerit herniosus, & omnis, qui habuerit maculam, nõ offeret panes Deo, nec accedet ad ministeriũ eius.
Tractãtes sacra mysteria corpore sint casti, & corde pudici ibidem
7 Stolam ad cœnam agni accedentes sacerdotes habere debent, purpuram reges: cucullam monachi: togam aduocati, chlamydẽ milites: rustici habitum ferant ad cœnam.
Stola mysticè quid signet ibidem.
8 Crux Christi appellatur ara.
Abraam gerit personam Dei patris ibidem.

Isaac gerit figuram Christi ibidē.
Isaac portauit ligna holocausti, imposita super humeros suos à patre ita Christus in humeris suis gestauit lignū crucis in quo erat crucifigēdus ibidem.
9 Crux Christi appellatur lignum vitæ, & quare.
Crux ista Christi in multis rebus figuratur ibidem.
10 Corpus Christi cur torridum dicatur.
11 Pascha capitur pluribus modis, & quibus.
12 Vespere signat noctem, in qua filij Israel liberati fuerunt à seruitute Ægypti.
13 Pascha quid.
14 Pascha varia significat.
15 Azyma quid, & vnde.
16 Fermentum peccati habet indiciū sæpe in scriptura.
17 Christo homini conueniunt plures actus.
Christus dicitur caput nostrum, dicitur mediator; dicitur ostiū, dicitur fundamentum, dicitur hostia: dicitur sacerdos, dicitur pastor, dicitur, dicitur uia, dicitur & uita ibidem.
18 Tartara quid indicent.
19 Tumulus quid, & cur sic dicatur.
Monumentum quid ibidem.
20 Christus cur resurrexit à mortuis
21 Christus surrexit velociter; integraliter, foci aliter; & æte rnaliter.
22 Paradisus quid propriè, & quid per translationem.

EPITOME HIMNI

Decimi octaui,

1 Filius Dei fuit ante sæcula, & cum patre semper.
2 Aliud est esse, aliud principaliter esse, aliud mutabiliter, aliud immutabiliter.
3 Filius quomodo sit semp cū patre
4 Producēdi hominis quatuor sunt modi.
5 Adam non solum similitudinem Dei: sed etiam habitus theologales habuit.
6 Imago vnde dicatur.
7 Diabolus interpretatur defluens, & vnde sic dicatur.
Diabolus vocatur multis modis ibidem.
8 Diabolus quō deceperit Adam.
Diabolus in tribus tentationibus cōtra primū hominem se erexit. ibidem.
9 Homo est duplex, & quid vterq;
Homo quid, & ex quibus constat.
10 Animæ hominum sunt quibuslibet rebus præponendæ.
11 Animæ appellatione quid in sacra scriptura.
12 Seruus turpe est, ut sedeat, quando coram eo surgit Dominus.
13 Baptismus multiplex.
14 Conscientia quid sit.
Conscientiæ vincula quæ ibidem.

EPITOME HIMNI

Decimi noni.

1 Rex inferni quis.
2 Infernus est quadruplex.
3 Abraam fuit prima via credendi.
4 Infernus sumitur pro purgatorio.
Infernus accipitur pro limbo ibi.
5 Ioannis Damasceni dictum pulchrum.
Resurrectio si non esset, non differemus ab rationis expertibus.
6 Christi descensus ad inferos quid signet.
7 Pompa quid propriè significet.
8 Spes quæ differtur, affligit animam.
Dolores inferni qui ibidem.

EPI-

EPITOME HYMNI Vigesimi.

1 Iesus Christus est nostra redemptio.
2 Iesus est amor desiderabilis.
3 Iesus creator omnium, corporaliũ, & spiritualium.
4 Iesus homo in fine temporũ, idest in sexta ætate.
5 Iesu nomen in se habet quinque literas, & quid illæ literæ signẽt.
6 Dextera patris quid signet.
Sedere ad dexteram patris quid sit ibidem.
Sedere cur conueniat Christo ibidem, & cur ad dexteram Dei ibidem.
7 Superare mala nostra per Christũ quid sit.
Cain potuit mereri veniam homicidij, sed noluit intelligere, ut bene ageret ibidem.
Iesus sitit nostram salutem ibid.
8 Gloria accipitur aliquando pro laude.
Synagoga ponebat gloriam suam in actibus materialibus, & apparatu exteriori ibid.
Synagoga per sola opera exteriora putabat iustificari ibidem.

EPITOME HIMNI Vigesimiprimi.

1 Fideles Christi sunt fortunati.
Christus triumphauit in curru nõ auri, uel argenti, lapidumue pretiosorum, sed gratiæ ibidem.
2 Rex æternus dicitur Christus.
Aeternum est multiplex ibid.
3 Ascensio differt ab assumptione, & euolatione.
4 Natura humana olim erat longe infra naturam Angelicam.
Angeli ante natiuitatem Christi se adorari ab hominibus patiebantur ibidem.
5 Olympus quid signet.
6 Christus quomodo regat mundi fabricam.

EPITOME HIMNI Vigesimi secundi.

1 Adam in quæ post peccatum mala inciderit.
2 Spiritus sanctus est creator animarum, & cordium.
3 Spiritum sanctum sæpè inuocet quælibet anima.
4 Spiritus sancti multa sunt nomina.
Spiritus sanctus paracletus, quid hoc significet, & cur sic dicit ibi.
Spiritus sanctus væ adimit, & à terrenis ad cœlestia mentem vehit ibidem.
5 Spiritus sanctus cur uocetur donum.
6 Spiritus sanctus cur fons viuus; cur dicatur ignis; cur charitas ibidem.
7 Spiritus sanctus cur spiritalis vnctio.
8 Spirituale, & spiritale differunt.
9 Spiritus sancti dona, & eorum effectus.
10 Filius Dei uocatur leo, ouis, ostiũ, lux, veritas, atque resurrectio.
Spiritus sancti comparatio ad filiũ ibidem.
11 Numerus ternarius quid signet.
Quaternarius numerus quid significet ibid.
Elementa mundi sunt quatuor ibidem.
Climaa mundi sunt quatuor ibidem.
Tempora anni sunt quatuor ibidem.
Anima est triplicis naturæ ibid.

12 Digitus dexteræ Dei dicitur Spiritus sanctus,& quomodo.
Digitus mysticè quid signet ibidem.
13 Sensus spirituales qui,seu interiores qui.
14 Spiritus sanctus dicitur vtriusque, scilicet,patris,& filij: quoniam ab vtroque procedit.

EPITOME HYMNI Vigesimitertij.

1 Homo dignè paratus esse debet ad promissa Dei recipienda.
2 Egressus eius à patre,regressus ad patrem,&c.hæc authoritas docet nos facere signum crucis.
3 Lex quando data fuerit filijs Israel.
Egressus filiorum Israel quando fuerit.ibid.
Dies quinquaginta interponuntur à die ascensionis vsque ad diem pentecostes ibid.
Legis datio fuit figura missionis Spiritus sancti, & promulgationis legis euangelicæ.ibid.
4 Dies pentecostes signat beata anni iubilęi tempora.
5 Hora tertia affuit spiritus sanctus Apostolis.
6 Episcopi in Apostolorum locū succedunt,& debent consecrari hora tertia.
7 Lumen patris dicitur filius.
8 Ignis decorus,& almus dicitur esse spiritus sanctus.
9 Magnalia quid indicent, mirabilia opera,siue mysteria,&c.
10 Apostoli cur diuersis, & omnium gentium linguis locuti sint in die pentecostes.
11 Linguarum genera quot.
Linguæ quæ omnium excellentissimę ibidem.
Linguarum quæ clarior,& sonantior sit ibid.
12 Alumni Apostoli, & Christi discipuli vocantur,& quare.
13 Signa miracula signant.
14 Petrus appellatur princeps Apostolorum,& vnde hoc nomen est exortum.

EPITOME HYMNI Vigesimiquarti.

1 Orbita quid.
2 Discipulorum appellatione non solum duodecim Apostoli,sed & septuaginta duo alij discipuli intelligi pōssunt.
Corpus Christi mysticum quibus constet.ibid.
Coniuncturas 72. habemus in corpore ibid.
3 Linguarum figura quid.
4 Mustum quid, & quare facilè inducat ebrietatem.
5 Iudæi viperæ typum gerunt.
Synagoga viperæ assimilatur ibidem.
6 Annus iubilæus quis,& vnde dicitur.

EPITOME MYMNI Vigesimiquinti.

1 Differentia inter mysterium,sacrificium, & sacramentum.
Corpus Christi cur gloriosum dicatur ibid.
2 Christus Rex gentium dicitur, & quare.
3 Sex vicibus Christus effudit sanguinem.
4 Fructus ventris Mariæ quando fuerit seminatus:quando germinauit: quando collectus fuit,quādo ad domum allatus fuit: quando fuit flagellatus; quando uentilatus;

tilatus: quando purgatus: & quã do comedatur.
5 Intacta Virgo Maria dicitur, & quomodo.
6 Rex gentium Christus cur datus nobis.
7 Semen verbi mysticè est prædicatio euangelij.
8 Incolatus quid significet.
- Christus prius voluit ministrare, quam ministrari ibidem.
9 Sacramentum Eucharistiæ institutum fuit in vltima Christi cœna.
10 Cœnarum alia est refectionis doctrinæ, alia refectionis virtutis, alia Eucharistiæ; alia contemplationis, & gloriæ.
11 Apostoli vocantur fratres Christi.
12 Fratres quot modis in sacra scriptura dici soleant.
13 Apostoli cur fratres Christi appellentur:
14 Christus cur voluit se dare turbę duodenæ.
15 Turba accipitur aliquando in bonam partem.
16 Apostoli sunt sal terræ.
Apostoli sunt lux mundi ibidem.
Apostoli sunt duodecimi fontes aquarum ibidem.
Apostoli sunt duodecim horæ diei ibidem.
Apostoli sunt duodecim portæ cęlestis Hierusalem ibidem.
Apostoli sunt lapides viui qui voluuntur super terram, qui positi sunt in rationali summi Pontifices ibidem.
Apostoli sunt fundamenta, & turres, & columnæ ecclesiæ ibidem.
Apostoli sunt cedri Libani ibidẽ.
Apostoli sunt galli in ...te cantantes & leones sæuientes. ibidem.
Apostoli sunt cæli, qui enarrant gloriam Dei ibidem.
17 Turba variè sumitur.
Turba multitudinem peccatorum dicit ibidem.
18 Munificentia magna Christi erga nos in eucharistiæ institutione.
19 Caro in sacra scriptura multipliciter capitur.
20 Sacramentum eucharistiæ adoratione latriæ adoramus.
21 Antiquum documentum est instrumentum vetus.
Nouus ritus quid ibidem.
22 Sacramentum eucharistiæ est mysterium fidei.

EPITOME HIMNI Vigesimi sexti.

1 Solennia quomodo declinentur, & quomodo grãmaticè dicitur solennibus non solennijs, & quo modo debet scribi hoc nomen.
2 Exercitatio quæ fieri debet in donis spiritus sancti.
3 Azima quæ.
4 Legitima indulta sunt traditiones legis Mosaicæ maximè in cærimonialibus.
5 Sacrificiorum triplex genus olim erat in lege veteri.
6 Holocaustum quid.
Holocaustum ad cuius honorem offerebatur ibidem,
7 Hostia pro peccato erat secundum sacrificium, & cur sic dicta.
8 Hostia pacifica quid.
Hostia pacifica diuidebatur in tres partes ibidem.
9 Sacrificium verum, & potissimum est, quo Christus se obtulit.
10 Sacrificia quæ offerebantur in lege veteri hoc vnum singulare; & præcipuum omnium, quo Christus se ipsum obtulit, figurabant

rabant, tanquam perfectum, per imperfecta.

11 Agnus typicus quid vocetur ab ecclesia.

12 Fragiles erant discipuli Christi olim.

13 Apostoli & discipuli quare tristes erant.

14 Sacrificium per Christum institutum soli præsbyteri ministrant.
Presbyter unde dicitur ibidem.
Sacerdos solus potest, & non laicus distribuere eucharistiam, & multis rationibus probatur ibidem.

15 Presbyter olim erat nomen ætatis, non officij.

16 Panis angelicus cur sic vocetur.
Panis cœlicus, siue Angelicus quid significet ibidem.

17 Panis eucharistiæ origine cœlestis est, substantialiter deificus: causaliter viuificus: sacramentaliter vnitiuus: effectu uiaticus: de quo vide.
Figuræ, quibus panis cœlicus dat terminum, quæ.

18 Sacramenti eucharistiæ laus.

EPITOME HYMNI Vigesimi septimi.

1 Verbum supernum quando prodierit.

2 Verbi superni laus.
Vitę vespera non intelligitur sexta ætas, sed extremum vitæ Christi ibidem.

3 Discipulus tradens Christum quis.

4 Iudæi nostri temporis à Iuda proditore: non à Iuda filio Iacob dicuntur.

5 Sacramentum eucharistiæ cur sub duabus speciebus à Christo sit institutum.

6 Laus magna sacramenti per Christum instituti.

7 Christus se dedit in pretium, & præmium, & quomodo.

8 Sacramentum Eucharistiæ plura habet nomina, & quæ.

9 Bella hostilia quæ.

10 Vita est multiplex.

11 Diuinus Doctor Thomas Aquinas composuit Hymnum sacratissima festi corporis Christi, & totum eius officium.

EPITOME HIMNI Vigesimi octaui.

1 Quærere Deum volentibus tria sunt necessaria.
Puer Iesus non est inuentus inter cognatos ibidem.

2 Nemo se à Deo derelictum esse putet ibidem.

3 Nemo debet esse proprij sensus, vel voluntatis.

4 Altum capitur quadrifariam secũdum Albertum.

5 Christus cur potius rex gentium appellatur, quàm Iudæorum.
Abraæ promissus fuit Christus, & prophetis indicatus & vbi.

6 Dauid prædixit sacramenta nouę legis esse septem.

EPITOME HIMNI Vigesimi noni.

1 Amor Iesu est dulcissimus, quia multas suauitates nobis attulit, & quas.

2 Amor Iesu quando cor nostrum visitet.

SVMMARIVM. Quarti Libri.

EPI-

EPITOME HIMNI
primi.

1 Ioannis Baptistæ conceptio quomodo,& quo tempore,& ubi cõtigerit fieri.
2 Ioannis Baptistæ natiuitas quo tẽpore contigerit.
3 Ioannis Baptistæ vitæ austeritas,
4 Ioannes Baptista à quo fuit decollatus.& quando.
5 Ioannes baptista ubi decollatus, & ubi fuerit sepultus.
6 Ioannis Baptistæ caput ubi hodie reperiatur.
7 Fibrarum nomine quid intelligatur.
8 Ioãnes Baptista interpretatur Domini gratia.
9 Zaccharias cur amiseritaffatum.
10 Zacharias mutus factus quid denotat.
11 Zachariæ os apertum esse quid innuat.
12 Ioannes Baptista est vox verbi.

EPITOME HIMNI
Secundi.

1 Ioannes Baptista à teneris annis incępit incolere desertum.
2 Ioannis Baptistæ iudicium, atque scientia fuerunt mirabilia.
3 Ioannes Baptista cur se receperit in speluncam.
4 Serais Dei non conuenit habere vestimentum ad speciem,vel delectationem, & decorem, sed ad nuditatis tegumentum.
Deus non requirit à sacerdotibus munditiam vestium, sed cordis ibidem.
5 Hirtum quid significet.
6 Strophium quid.
7 Bidens quid significet.
8 Ioannes Baptista non bibit neq; vinum,neque siceram, &c.
Ioannis Baptistæ pastus qualis ibidem.
9 Mel quo se cibabat Ioannes Baptista quid erat.
Locusta plura significat ibidem.
10 Ioannes Baptista monstrauit digito Christum.
11 Ioanne Baptista cur non surrexit maior inter natos mulierum.
12 Vates a ui mentis dicitur,& significat plura.
13 Digitus, quo Ioannes Christum ostendit,comburi nunquam potuit,iubente Iuliano apostata.
14 Ioannis Baptistæ reliquiæ vbi sint.
15 Ioannes Baptista nunquam peccauit, & in bonitate perfectus fuit.
16 Ioanne Baptista nemo per orbis spatium fuit sanctior.
17 Christus cur voluit baptizari à Ioanne.

EPITOME HYMNI
Tertij.

2 Ioannis Baptistæ magna laus.
2 Ioannes Baptista cur præpotens dicitur martyr.
Ioannes Baptista quo anno passus sit martyrium ibidem.
Opprobrium illius disimulare non debemus,qui probra nostra deleuit ibidem.
3 Ioannes Baptista cur dicitur esse natus decrescentibus diebus.
Christus cur dicitur esse natus crescentibus ibidem.
4 Vates cap tur pluribus modis ibidem
5 Hominum alij virgines,alij vidui, alij verò coniugati sunt.
6 Serta,sertaque aucta, & triplicata quid

quid mysticè indicet.
7 Ioannes Baptista fuit virgo.
Nuptiæ replent terram, Virginitas paradisum, ibidem.
Virginitatis priuilegia ibidem.
8 Homines assimilantur semini, & qui cui.
9 Ioãnes Baptista habet multa apud Deum merita.
Lapides duri quid ibidem.
10 xpositio uerborum Isaiæ erunt praua indirecta &c
11 Gressus mysticè quid signent.

EPITOME HYMNI Quarti.

1 Apostoli fuerunt maximi prædicatores euangelicæ doctrinæ.
2 Apostolorum sanguine ecclesia Romana consecrata est.
3 Cœli Apostolos mysticè denotant.
4 Rosa martyribus ascribitur.
5 Ianitor cœli est beatus Petrus.
Petrus Apostolus accepit a Christo duas claues ibidem.
6 Aurum charitatem designat.
Argentum designat scientiam, ac doctrinam ibidem.
7 Apostoli sunt iudices sæculi.
8 Apostoli facti sunt senatores regni cœlestis.
9 A sententia senatus appellari non potest.
Senatus quid ibidem.
Senatores qui ibidem.
Patritij, qui ibidem.
Patres conscripti qui ibidem.
10 Senatum habet ecclesia.
Ecclesiæ senatores qui sint ibidem.
11 Petrus vbi fuerit crucifixus.
Ecclesia sancti Petri in Montorio Romæ habet aliquas beati Petri reliquias ibidem.
12 Locus vbi fuerit decollatus sanctus Paulus.
13 Caput Pauli postquam amputatũ fiut fecit tres saltus.
Fontes tot nati sunt, quot saltus fecit caput amputatum Pauli ibidem.
Fontes huiusmodi hodiè adhuc fluunt, & emanant vberrimè ibidem.
14 Columna, in qua decollatus fuit beatus Paulus est in ecclesia S. Vincentij, & Anastasij.
15 Roma propter quid fœlix appellatur.
16 Apostolorum mediatas corporũ est in ecclesia S Petri, altera verò eorum corporum medietas est in ecclesia sancti Pauli.
Apostolorum Petri, & Pauli capita sunt in basilica sancti Ioannis Lateran. ibidem.
17 Trinitas quasi trium vnitas.
18 Trinitati cur gloria sempiterna tribuatur.
Trinitati cur honor, potestas, iubilatio, & imperium dentur ibidem.

EPITOME HIMNI Quinti.

1 Petrus habet facultatem ligationis, & solutionis à Deo.
2 Petrus dicitur bonus, & cugnoscitur bonus.
3 Petrus dicitur pastor bonus.
4 Prælati oues suas alant, & pro eis animam suam ponant.
Prelationes, & dignitates seruitutes appellantur ibidem.
Papa cur se seruum vocet ibidem.
5 Episcopatum qui desiderat bonũ opus desiderat, quomodo hoc intelligatur.
Prælatorum officium ibidem.

Pascere

Pascere debent subditos prælati ibidem.
6 Pauperum bona furantur, qui vltra sibi necessaria retinent.
7 Petrus fuit clemens.
8 Petri, & Pauli nomina cur in hymnis exprimantur: aliorum verò sanctorum obtineantur.
9 Christus est lapis abscissus de mōte sine manibus, &c.
Imperium Trinitati cur tribuatur ibidem.
Imperium Babylonis, Persarum, Medorum, & Romanorum quādo cessauerit ibidem.

EPITOME HIMNI Sexti.

1 Aaron fuit inunctus in pontificem.
Christus schismati remedium prouidit ibidem.
2 Petrum negare ter, & ter confiteri quid sit.
3 Christus Petrum archiapostolum pontificem ordinauit.
4 Confessores pro tribunali sedent, dum alios ligant, uel soluunt.
5 Hymnus: Quodcunque, &c. cur in cathedra sancti Petri cantetur.
6 Spiritui sancto cur honor, & potestas attribuatur.

EPITOME HYMNI Septimi.

1 Ecclesia quid sit, unde duxit originem, quot modis dicitur, & cur mater sancta.
Ecclesia in primo homine præfigurata.
2 Ecclesia Dei quando sumpserit exordium ibidem.
3 Ecclesia Dei dicitur una ibid.
Ecclesia est corpus Christi ibidē.
5 Ecclesia dicitur catholica.
6 Ecclesia dicitur Apostolica.
7 Ecclesia designat Episcopum, quādoque uiros ecclesiasticos.
8 Ecclesia dicitur mater.
9 Ecclesia dicitur regina.
10 Maria Magdalena conuersa ad Deum laudandus deus ad similitudinem Nabuchodonosoris.
Nabuchodonosor post multa eius scelera conuersus est ad Deum ibidem.
11 Vidua pro ecclesia.
12 Maria Magdalena fuit soror Lazari.
13 Maria Magdalena à fauce tartari redit ad uitæ præmia.
Mariæ Magdalenæ laus ibidem.
Maria Magdalena fuit pęnitentiæ speculum ibidem.
Pęnitentia est remedium sufficiēs contra peccata ibidem.
14 Pęnitentiæ actor consequitur sanationem peccatorum, armationem insidiarum, & regni cęlestis aperitionem.
Maria Magdalena cur soror Lazari dicatur ibidem.
Lazarus erat quatriduanus, & quomodo ibidem.
Dies quatuor, quibus Lazarus fuit in sepulcro, quid denotent ibidem.
Christus diligit Martham, Mariā, & Lazarum, idest, actiuam, contemplatiuam uitam, & peccatores conuersos ibid.
Martha quid mysticè indicet ibidem.
Maria quid mysticè signet ibidem.
Lazarus quid mysticè designet ibidem.
15 Scandalum quid.
16 Lebes quid.

Phia-

17 Phiala quid.
18 Maria Magdalena cur uas ferebat.
Vas mysticè quid ibidem.
Regina Austri veniens audire sapientiam Salomonis quid significet ibidem.
19 Maria Magdalena fuit digna uidere Christum rediuiuum.
20 Maria Magdalena plus cæteris ardebat in amando Deum.

EPITOME HYMNI Octaui.

1 Nardus quid.
2 Nardus pisticus quid.
Maria Magdalena à Magdalo castello dicitur.
3 Maria Magdalena accessit ad pedes Domini, & non ad caput, cur sic.
4 Pedes Domini mysticè quid.
Caput Domini quid mysticè signet ibidem.
Maria Magdalena signat populum gentilem ibidem.

EPITOME HYMNI Noni.

1 Aeternum tripliciter sumitur in scriptura.
2 Drachma perdita quid significet.
Mulier misericordiam Dei signat ibidem.
Spiritus beati sunt thesaurus Dei ibidem.
3 Gemma quid.
4 Iesus est dulce refrigerium, & sub leuatio quædam, & recreatio mentis.
5 Iesus est spes omnium pænitentium una.
6 Mariæ Virginis humilitas, & de hac præconium Augustini.
7 Natura humana fragilis est.

EPITOME HYMNI Decimi.

1 Oues Christi fideles indicant.
2 Lupi dæmones indicant, vel hæreticos.
3 Diaboli contra nos sollicitatio.
4 Laqueus Diaboli est multiplex.
5 Catenæ, quibus Petrus fuit uinctus sunt Romæ in Ecclesia S. Petri ad vincula.
Filio cur attribuatur imperium, & decus.
6 Principem decet potius amari, quam timeri a subditis.

EPITOME HYMNI Vndecimi.

1 Angelorum nouem sunt ordines.
Angelorum, & archangelorum nomen in Græca lingua quid significet, & quòd hoc nomen sit officij, non naturæ ibidem.
2 Ad mysterium incarnationis nunciandum summum angelorum uenire dignum fuerat.
3 Angelus Michael fuit princeps Ecclesiæ Iudæorum.
4 Michael modò est princeps ecclesiæ Christianæ.
5 Angelus Michael præest paradiso, & ad suscipiendas animas est cōstitutus.
Angelus Michael fuit ille, qui fecit in Ægypto famosas illas plagas ibidem.
Lectiones nouem cur in officio dicamus, & nouem responsoria ibidem.
Psalmos nouem cur dicamus in officio ibidem.

Nouem

6 Nouem ordines, nomina, & officia angelorum.
7 Angelica natura diuiditur in tres Hierarchias.
8 Angelorum prima, secunda, & tertia hierarchia cui dedicatæ.
Archangeli sunt dedicati ad custodiam ciuitatum, & regnorũ ibidem.
Angeli ad custodiam uniuscuiusque hominis ibidem.
9 Christi tres denominationes.
Christus est vita, & quomodo ibidem.
10 Angelus Michael antiquum hostem contriuit.
11 Zabulon quis.
12 Paradisus quid secundum Albertum magnum.
Regio beatorum spirituum deitate præsentialiter fruentium dicitur paradisus.
Paradisus capitur pluribus modis ibidem.

EPITOME HYMNI Duodecimi.

1 Christus decus est Angelorum, & quomodo.
2 Cœlum triplex est.
3 Aula mysticè quid.
4 Angelus pacis Michael cur dicatur.
5 Gabriel idem ualet, quod fortitudo dei.
6 Templum mysticè quid.
Templum unde dicatur ibidem.
7 Templum aliquando significat corpus domini sacratißimum.
8 Archangelus Raphael medicus dicitur.
9 Maria virgo dicitur theotocos, idest, deipara, Deique genitrix.
10 Concio plura signat.
11 Chorus uaria significat.

EPITOME HYMNI tertij decimi.

1 Templum sanctæ Mariæ Rotundæ quo nomine olim appellaretur.
2 Qui non inseruiunt Christo, quã mercedem habebunt.
3 Mariæ Virgo est mediatrix, inter Deum, & hominem.
4 Maria Virgo est refugium nostrũ in tribulationibus, & necessitatibus.
5 Vates Prophetam indicat.
6 Prophetæ prophetauerunt aduẽtum Domini ad iudicium.
7 Martyres Dei inclyti qui.
Martyrum pœnæ, & supplicia, ac tormenta ibidem.
8 Maria Virgo fuit martyr omniũ maxima.
9 Confessores lucidi qui sint.
10 Chorus Virginum quid innuat.
11 Deo nihil est acceptius, quàm in suscepta religione persistere.
12 Perfidus quis dicatur propriè.
13 Filius Dei cur unigenitus dicatur.

EPITOME HIMNI Quarti decimi.

1 Iesus est saluator sæculi, & totius mundi.
Iesus reparauit humanam naturam ibidem.
2 Aduocatũ habemus Iesum Christum apud patrem.
3 Patriarcha quis, & vnde deducitur hoc nomen.
4 Ioannes Baptista quomodo Christi

sti præuius dicatur.

5 Petrus Archiapostolus dicitur clauiger æthereus.

6 Potestatem ligandi, atq; soluendi quando acceperint Apostoli a Christo.

Apostoli acceperunt potestatem ligandi, & soluendi a Christo in varijs temporibus ibidem.

7 Apostoli vnde dicantur,&quid significet hoc nomen.

8 Stola quid mysticè signet.

9 Castitatis laus, & præconia.

Confessio sacerdotum quid signet ibidem.

10 Castitas virginalis quæ.

Mulieres uidualem castitatem ducentes non procul a uirginitate ponuntur ibidem.

11 Monachi plangentis,&non docentis habent officium secundum D. Hieronymum.

12 Monachorum quatuor sunt genera, & quę.

Monachus unde dicatur ibidem.

EPITOME HIMNI quinti decimi.

1 Cęli nomine Angelica substantia intelligitur.

2 Terræ nomine humana intelligitur natura.

3 Apostoli quo ad authoritatē præfigurati sunt in duodecim filijs Iacob; quo ad doctrinæ infusionē in duodecim fontibus Elim: in duodecim lapidibus uestis sacerdotalis, quo ad exempli fulgorem: in duodecim panibus propositionis: quo ad gratiæ uirtutis refectionem: in duodecim lapidibus positis in ripa Iordanis, quo ad constantię stabilitatem: in duodecim bobus quoad maturitatem: in duodecim stellis in corona sponsæ quo ad cælestium contemplationem.

4 Apostoli sunt lumina mundi; & quomodo.

Apostoli & doctores illuminant oculos mentis; sicut sol illuminat oculos corporis ibi.

Deus est lux non illuminata; sed illuminans ibidem.

Apostoli,& Apostolici uiri sūt lux illuminata, & illuminans ibidem.

Lux illuminata, & non illuminans quæ ibidem.

Lux est multiplex ibidem.

5 Episcopus est lucerna.

Apostoli sunt lucerna super candelabrum posita, & quomodo ibidem.

6 Papa habet potestatem ligandi, ac soluendi, tanquam caput ecclesiæ.

7 Virtutum cardinalium species.

8 Infirmitas propter quid homini detur aliquando.

9 Apostolis subditur salus, & languor omnium hominum.

EPITOME HIMNI Sexti decimi.

1 Munus quid.

Donum quid ibidem.

Munera Christi ęterna quæ ibidem.

Apostoli quæ munera acceperint a Christo ibidem.

2 Apostoli sunt prinicpes ecclesiarum quomodo.

Ecclesiæ Christi omnes sunt septem,& non plures ibidem.

Viri sancti omnes sunt quinque Virgines prudentes ibidem.

Pec-

Peccatores omnes sunt quinque virgines fatuæ ibidem.

3 Apostoli sunt duces, & quomodo.

4 Apostolorum fides magna.
Fidei item magna laus, & bona ibidem.

EPITOME HYMNI
Septimi decimi.

1 Apostoli aliquando dicũtur literę, quædam dimissoriæ in iure ciuili,& pontificio.

2 Apostoli Infantes,& lactentes appellantur mysticè.
Verba Dei spiritus sunt, & uita ibidem.
Christus docuit loqui Apostolos ibidem.

3 Apostoli dicũtur mysticè sagittæ.

4 Serui impij qui sint.

5 Mariæ tres quid mysticè signent.
Ecclesia tota figuratur in Maria Salome ibidem.
In alijs duabus Marijs ecclesię par tes figurantur ibidem.

6 Galilęa mysticè quid.

7 Pedes Domini mysticè humanitatem Christi denotant.
Osculum indicat unitatem ibidem.
Osculum quadruplex est ibidem.

EPITOME HIMNI
Septimi decimi.

1 Sol gaudium resurrectionis Domini Iesu Christi sensit.
Sol tristatus est morte sui Domini ibidem.

2 Digitus beati Thomæ,quem in latus Christi iniecit Romæ reperitur in ecclesia sanctę crucis in Hierusalem.

3 Christus decies post resurrectionem suam uisus.

EPITOME HIMNI
Decimi octaui.

1 Martyres dicuntur milites Dei,& quomodo.
Miles debet habere sex conditiones ibidem.

2 Martyres Dei habuerunt omnes conditiones quas habere debet miles temporalis.

3 Militum aliæ species.

4 Milites cœlestis militiæ qui sint.

5 Sacerdotes sunt milites.
Sacerdotum arma, & castra vbi ibidem.

6 Aduocati sunt & ipsi milites.

7 Milites veri qui.

8 Deus quomodo dicatur sors sanctorum martyrum.

9 Deus dicitur corona martyrum.

10 Deus quomodo sit præmiũ martyrum.

11 Amicitia huius mundi inimica est Deo.

EPITOME HYMNI
Decimi noni.

1 Martyr cur Martyr Dei dicatur.
Martyres habet Diabolus ibidem.

2 Tędia,& mala vitæ quæ.

3 Animus gaudens ætatem floridã facit.

4 Tristitiam expellere monemur.

EPITOME HYMNI
Vigesimi.

1 Martyres odit mundus.

2 Mundus pro concupiscentia rerũ mun-

mundanarum.
3 Munera ineffabilia preparantur in cœlis Martyribus.
4 Laurus quid, & quid laurea.

EPITOME HIMNI
Vigesimi primi.

1 Martyres multi vltro se obtulerūt tormentis.
2 Compendium quid sit.
3 Martyres Dei quam possideant uitam.
4 Martina Virgo, & martyr fuit obiecta leonibus ad deuorandum.
Martina Virgo, & martyr tradita fuit leonibus, ut deuoraretur ab eis ibidem.
5 Vngula quid, & quot modis sumatur.
6 Tortor quid, & quo modis capiatur.

EPITOME HIMNI
Vigesimi secundi.

1 Christus dicitur rex martyrum.
2 Christus dicitur corona confitentium.
3 Diuitias habere cupiens quid agere debeat.
Honorem habere cupiens quid agere debeat ibidem.
4 Rex vincere in martyribus quomodo intelligatur.
5 Martyr fit multis de causis.
Abel fuit martyr pro iustitia ibidem.

EPITOME HIMNI
Vigesimi terrij.

1 Episcoporum conditiones quæ.
Confessorum conditiones quæ ibidem.
2 Pudicitia quam amanda sit.
3 Tumulus quid.
Cæmeterium quid sit ibidem.
Sepulcrum quid sit ibidem.
Dormitorium quid sit ibidem.
Monumentum quid sit ibidem.
4 Membrorum plura sunt genera.

EPITOME HIMNI
Vigesimi quarti.

1 Christus est perpes corona sanctorum.
2 Præsul quis.
3 Annuum quid.
4 Cœli sunt decem secundum theologos.
5 Vestigia quæ sancti patres nobis reliquerunt, quæ.

EPITOME HIMNI
Vigesimi quinti.

1 Digniora sunt preferenda.
2 Iesus est corona celsior.
Iesus est veritas sublimior ibidem
3 Confitens, & confessio, & confessor, pro quo significatio sumunt.
4 Confessor præpotens quis sit.
Prælati sunt tamquam signum posita ad sagittam, vnde inferiores vitam eorum respiciunt ibidem.
5 Luculentum quid.
Opes multorum malorum causa ibidem.
Abraæ substantia erat multa ibidem.
Bella ex quibus oriantur.
Lites quid causent ibidē.
6 Gaudia mundi vana ibidem.
7 Christus dicitur rex pijssimus.
8 Satelles superbus capitur pro carne.
6 Beati Benedicti factum.

10 Satelles

10 Satelles superbus etiam pro diabolo accipitur.

Diabolus satagit ad nos perdendum ibidem.

11 Militum Christi habitus qui.

Confessorum virtutes ibidem.

12 Confessores quales fuerint erga Deum.

Milites Christi erga Deum quales ibidem.

Laus magna confessorum ibidē.

Actus virtutum confessorum qui ibidem.

Confessores quibus actibus calcarunt hostem ibidem.

13 Confessionis ordo capitur pro doctrina patrum.

14 Diabolus habet suos martyres, alia confitentes, quàm tradita à patribus.

15 Gula fuit initium omnium malorum.

Ieiunium est omnium bonorum principium ibidem.

Adam post peccatum semper esurijt ibidem.

16 Confessorum ieiunium quale ibi.

EPITOME HYMNI Vigesimi sexti.

1 Virginitatem, & continentiam admiratur ecclesia.

2 Maria virgo super omnem humanam naturam castitatem seruabat.

3 Senarius numerus non uacat à mysterio.

Christus cur conceptus fuit in sexta ætate ibidem.

4 Conceptio humana quomodo perficiatur.

6 Virgines Deum sequuntur, quocunque ierit, & quomodo hoc intelligatur.

EPITOME HYMNI Vigesimi septimi.

1 Proles Virginis matris Christus dicitur secundū humanā naturā.

2 Opifex, & factor Virginis matris Christus est secundum diuinam naturam.

3 Tyranni mundi huius amauerunt multum effusionem sanguinis virginum, & martyrum.

Sæclum cruentum quid ibidem.

4 Supplicia illata teneris Virginibus per tyrannos sunt amica mortis.

EPITOME HYMNI Vigesimi octaui.

1 Ecclesiæ consecratio vnde originem sumpsit.

2 Consecrationis ecclesiæ festum semper fuit magnæ authoritatis

3 Ecclesia quid signet.

4 Hymnum, vrbs beata Hierusalem: ut quid cantet ecclesia.

5 Hymnus prædictus habet fere tot sacramenta quot verba.

6 Vrbs quid sit.

Vrbs congregationem hominum signat, &c. ibidem.

Vrbs vnde dicatur.

7 Hæretici sunt seclusi ab vrbe.

Hæretici neque amorem, neque charitatem habent ibidem.

Hęretici inter se sunt diuisi ibidem.

Hæretici non habent fossas, neq; mœnia, quibus se tueantur ibidem.

8 Boni catholici qui.

Vrbs beata ubi sit ibidem.

9 Sensus quadruplex est in sacra scriptura.

Hierusalem materialis quæ ibidē & ubi fuerit ædificata ibi.

Ædificatio Hierusalem quid signauit ibidem.

Hierusalem quid innuit ibidem.

10 Hierusalem significat tropologicè animam.

Hierusalem anagogicè quid inibi.

11 Hierusalem pacis visio interpretatur.

Abraam arietem loco filij sacrificauit ibidem.

12 Ecclesia militaris videt per fidem pacis internæ.

Pedes affectus signant ibidem.

13 Ciuitas Hierusalem cæpit construi in Abel.

14 Ciuitas coelestis Hierusalem quotidie construitur ex fidelium animabus, qui sunt lapides uiui ibidem.

15 Hierusalem sanctam cur Deus uoluit ornari Angelis.

Angeli habent pro nobis magnã sollicitudinem ibid.

Deus cur prouidit nobis Angelicam naturam ibidem.

16 Hierusalem cur noua dicatur, & cur sponsa.

Ecclesia, sponsa, & ciuitas idem in sacris eloquijs sonant ibidem.

17 Homo vetus comparatus est iumentis insipientibus.

Homine veteri nihil turpius ibidem.

x quo peccauit Adam, omnia veterescunt ibidem.

Nouum nihil est sub sole ibidem.

Homo renouari debet, ut aquila ibidem.

18 Christus est sponsus ecclesiæ.

19 Muri ex animabus beatorum existunt.

Linguæ beatis animabus non sunt opus ad loquendum ibid.

20 Adytum quid sit.

21 Portæ ciuitatis Hierusalem sunt patriarchæ, prophetæ & apostoli, & huiusmodi. ibid.

EPITOME HIMNI
Vigesimi noni.

1 Christus dicitur lapis angularis.

2 Lapis angularis cur dicatur Christus.

3 Sion dicitur ecclesia in terris militans.

4 Templi materialis ædificatio insinuat nobis fabricam spiritualem ecclesiæ Christi, tum in terris, tũ in cęlis.

EPITOME HYMNI
Trigesimi.

1 Hymnus. Aue maris stella, cur recitetur in vesperis.

1 Aue uerbum quam uim habeat.

Salutatio multiplex est ibidem.

3 Maria Virgo dicitur stella maris.

4 Mariæ virginis laus.

5 Maria virgo quomodo sit stella.

6 Maria virgo quomodo sit mater Dei sancta.

7 Maria uirgo dicitur porta cœli, & quomodo.

8 Maria uirgo quomodo dicatur mutare Euæ nomen.

9 Authoris oratio exigua ad Virginem Mariam.

10 Maria uirgo fuit in primo gradu post Christum prædestinata ab æterno.

11 Puellarum aliquarum reprehensio.

12 Maria virgo dicitur virgo singularis, & quomodo.

EPITOME HYMNI Trigesimi primi.

1 Hymnus: Quem terra, &c. cur cãtetur in matutino.
2 Deus dicitur fortis, & potens.
3 Mariæ uirginis laus ex Bernardo.
4 Sol, & Luna mysticè designant dignitates regales, & pontificales.
Sol, & Luna mysticè duas denotãt dignitates ibidem.
Cardinales sunt columnę ecclesię ibidem.
5 Seruiunt omnia ipsi Deo.
Solus homo non seruit Deo ibi.
6 Christus totum mundum pugillo portat.
7 Christus cur uenit desideratus gẽtibus, non autem Iudęis.
Populus gentilis fuit à Deo benedictus ibidem.
8 Euangelica doctrina erat contraria Iudęis.

EPITOME HIMNI Vigesimi secundi.

1 Hymnus: ò gloriosa Domina: cur in aurora cantetur.
2 Maria virgo dicitur Domina gloriosa, & quomodo.
3 Maria virgo quomodo sit porta lucis fulgida.
4 Maria virgo quomodo sit mater gratiæ.
5 Maria Virgo est mater misericordię, & quomodo.
6 Maria virgo est aduocata fidelis populi.

EPITOME VITÆ S. Martinæ virginis, & martyris.

1 Martinę virginis, & martyris festũ quando fiat.
2 Martinæ virginis genus.
3 Martinæ virgini adhibentur tormenta.
4 Martinæ tortores conuertuntur ad Christum.
5 Martina obijcitur leonibus ad deuorandum.
6 Martina vngulis discerpitur.
7 Martina cæditur gladio, moritur, in cœlumque ipsa vehitur.

FINIS.

EGO frater Hieronymus Pallanterius a Castro Bononiẽsi ordinis minorum conuentualium, sacræ Theologiæ professor has lucubrationes Michaelis Timothei Gatensis in hymnos ecclesiasticos magna ex parte percurri, & cum in ipsis nil nisi catholicum, & piũ deprehenderim, id in gratiam catholici & pij authori, manu mea omnibus testatum uolui: Die vndecima Aprilis. 1580

EGO frater Antonius à Burgo sancti sepulcri, procurator generalis ordinis Seruorum, cum aliqua ex ijs quæ habentur in præsenti volumine exactè legerim, nihilq; nisi pium, & catholicum deprehenderim, ideo in gratiam catholici, & pij authoris manu mea omnibus testatum volui. Die vndecima Aprilis. 1580.

EGO Iacobus Mazonius Cesænas commentaria ista multis in locis vidi, eaq; catholica piaque iudicaui, quod vt omnibus compertum esse possit, manu propria subscripsi: Die vndecima Aprilis. 1580.

EGO quoque frater Mathias Aquarius multos locos interpretationis horum hymnorum ecclesiasticorum perlegi, & nihil in eis reperi, quod fidei catholicæ, & bonis moribus contrarietur, in cuius rei testimonium propria manu me subscripsi: Die vigesima. Maij. 1580.






TER OMNES

